



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

A. gr. b. 3610^a (3)

~~No 14a~~

A. G. No 72

<36635082540018

<36635082540018

Bayer. Staatsbibliothek

F

^C
ISAACI CASAUBONI

ANIMADVERSIONUM

IN


ATHENAEI DEIPNOSOPHISTAS

LIBRI QUINDECIM

EDITIO NOVA, APPENDICE AUCTA.

TOMUS III.

ANIMADV. LIBROS XI—XV. CONTINENS.



LIPSIÆ 1843
IN LIBRARIA KUEHNIANA.
(T. O. Weigel.)

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF CHICAGO

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

ISAACI CASAUBONI
ANIMADVERSIONUM
IN
ATHENAEI DIPNOSOPHISTAS
LIBER UNDECIMUS.

p. 771.

CAPUT PRIMUM.

Libri hujus nexus cum superioribus. Vinum in convivii veterum ad tria. Adraſti convivium. Polyidus: κατακλίνειν. Θαλλία. locus Aeliani. Athenaeus in ſcribendo interdum minus diligens: interdum nimis. Mortuorum πρόθεσις. alia quaedam obſervata.

VETERES in convivii ſuis vino utebantur ad haec tria, neceſſitatem, voluptatem et pietatiſ officium. Quod neceſſitati dabatur, promiſcuae inter edendum ſumebant, ut quemque ſitiſ admoneret, et bibendi appetitum in quoque lex naturae excitaret. At bibere voluptatiſ cauſſa, et diis libationeſ facere, finitiſ demum epuliſ, aut ſaltem primis menſiſ comeſiſ, incipiebant. poſcere illi tum majoribuſ, et pocula diverſi generiſ expedire: et ſimul in hilaritatem omnibuſ modiſ ſe effundere. Servavit hunc ordinem Athenaeuſ in textura horum librorum, ut ſaepe diximuſ, et ſemper meminiffe Lector p. 772. debet. Opportune igitur conjecta eſt in locum iſtum totiuſ δεικνοſοφιſτικῆς Φιλολογίαιſ pariſ ea qua de poculiſ agitur. Cum autem plurimaſ ſpeciēſ, figuraſ et nomina vaſorum poteriorum haberent antiqui, omnia ferme quae de eo argumento dici poterant collegit auctor, quae ſuit ejuſ ſingulariſ diligentia, et κατὰ ſτοχάſιον digeſſit: quaedam priuſ in genere de poculiſ et voce
Cauſaub. Anim. in Athen. T. III. A

ποτήριον praefatus. Eum sermonem reliquis convivis silentibus, ita orditur Ulpianus, Παρὰ μὲν τῷ Ἀδράστῳ ἄνδρες φίλοι, καθίσαντες οἱ ἀριστοῖς δειπνοῦσι. Non est Adraſtus hic, neque poetae nomen, neque poematis ullius titulus, ut falso crediderunt: sed hic est ille rex Argivus Talai filius, qui Tydeum et Polynicem, avibus parum bonis generos sibi conciliavit. Hunc ajunt veteres, ut Polynici regnum patrium restitueret, domi proceres Graeciae convocasse. Apollodorus diserte scribit libro tertio Bibliothecae, eum συναθροῖσαι τοὺς ἀριστοτάτους. quin eorum catalogum habes apud Statium libro 4. Thebaidis, et ipsum Apollodorum, et Diodorum quoque p. 773. Siculum lib. 4. Nulla autem pars fuit historiae fabularis, quam plures poetae tractaverint. Ex eorum aliquo haec nunc sumit auctor, et nisi fallor, ad Epicum Cyclum respiciebat cum haec scriberet Athen. aut, quod pene certum est, ad Antimachi Thebaidem Cyclicam. nam similia his ex eo poeta proferuntur infra in δέπαστρον. Verisimile enim est, poetas Graecos id argumentum tractantes convivia descripsisse, quibus Adraſtus excepit principes a se advocatos. Quanquam referre possumus ad convivium nuptiale, cum Tydeus et Polynices uxores suas duxerunt. Observat autem Athenaeus, sedisse tum convivantes proceres, non decubuisse. apud Statium tamen Papinium, ubi convivium Adraſti describitur, tori nominantur. canit enim poeta primo Thebaidos,

— vario strepit icta tumultu

Regia: pars ostro tenues auroque sonantes

Emunire toros, altosque inferre tapetas,

Pars teretes levare manu, ac disponere mensas.

et mox de Adraſto,

— jamque ipse superbis

Fulgebat stratis, folioque effultus eburno.

Etiam quod ait de Polybio in via sacrificante (propter viam fortasse faciebat καὶ ἐξιτήρια εἶναι) et praeter-euntem Peteoum ad epulas detinente, ex quo Cycli epici poeta petatum videtur. Polyidus ille est opinor, de quo Apollodorus librò tertio, non is de quo Homerus in Iliade. aetate enim prior fuit et antiquior: nam Peteos, sive Peteous Menesthei pater est, quem bello Trojano Atheniensium copiae ducem habuerunt. Imago pristinae simplicitatis et antiqui aevi in historia quae hic commemoratur. Polyidus sacra facit in via ipsa publica, sicut Menelaus apud poetam in littore, suorum liberorum

γάμους ἐστιᾶ cūm forte illac iter faceret Peteous, benigne eum ad epulas invitat Polyidus, detinetque: et jussu sedere in floreo gramine, θαλλαν κατακλάσας ἀντὶ τραπέζης παρέθηκε τῶν τυθέντων, frondem virentem defringens, futuram pro mensa, partem victimae ei apposuit. κατακλίνειν fere significat collocare aliquem in lecto: vel facere discumbere. hic pro facere sedere: nam loquitur auctor de more veterum sedendi non accumbendi ad mensam. θαλλὰ et θάλλος et oleae termitem κυρίως, et omnem frondem virentem significant. [ut dictum est libro primo capite 19.] Corrige Aelianum in hac voce Ποικίλης libri 13. capite 16., ubi loquens de colle semper ardente, qui in agro Apolloniatarum: καὶ περὶ αὐτὸν ἐστὶ δένδρα εὐθαλῆ, καὶ πολλὰ χλωρά, καὶ τὸ πῦρ πλησίον ἐνακμάζον οὐδὲν λυπεῖ, οὔτε τὴν τῶν φυτῶν βλάστην, οὔτε τὴν τεθληυῖαν †. non debuit appingi defectus nota: sed erat scribendum οὔτε τὴν θαλλίαν. Addit deinde, etiam Autolycum non discubuisse in mensa, verum sedisse, cum ei finita coena nutritrix Ulyssēm adhuc puerulum attulit, et super genibus collocavit. Haec quidem nota historia est: Homerum enim habemus, unde sumitur. Sed adire ad fontem neglexere interpretes. Itaque non viderunt structuram rectam ora-
p. 774.
tionis, quae est hujusmodi: Αὐτολύκῃ ἡ τροφὸς, καθήμενῃ δηλονότι, (οὔτως γὰρ εἰσέπνουν οἱ τότε) τὸν Ὀδυσσεὰ ἐκάθισεν ἐπὶ τῶν γονάτων, καὶ οὐχὶ παρὰ τοῖς γόνασιν ἔστησεν. Haec praefatus ad rem accedit, his quidem verbis: Ἡμεῖς οὖν μὴ διατρίβωμεν, ἀλλ' ἤδη κατακλινώμεθα. Et si hunc scriptorem facio ut par est plurimi: fatendum tamen quod res est, posse interdum in textura horum sermonum aut judicium aut diligentiam desiderari. Nam quae haec consequentia est? postquam dixit sedisse veteres ad mensam inferre statim Ἡμεῖς οὖν κατακλινώμεθα. Plenum etiam otiosae περιεργίας quod hic observatur: primum ex omnibus scriptoribus (ita intellige vocem πρῶτον.) Simonidem Amorgium ποτήρια ὀνομάσαι. Quid enim refert hoc didicisse? et sunt qui dissentiant de Simonide Amorgio: nam Julius Pollux ejus loco Ionem Chium nominat. τὸ ποτήριον, ait, Ἴων ἐκάλεσεν. Simonidis versum scribe sic: Ἀπὸ τραπέζῃν εἴλε νιν ποτήρια. sustulerunt illum mensae pocula. Verba quae ex Alcmaeonide recitantur, ita melius scripseris: νέκυς δὲ χαμαιοστρώτους ἐπὶ τινος εὐρείης στιβάδος προέθηκεν· αὐτοῖς δὲ θαλλίαν τε τὰ ποτήριά τε στεφάνους τ' ἐπὶ

πρασίν ἐθηκεν. Refer haec ad morem τῆς προθέσεως, et collocationis mortuorum. de quo alibi multa dicimus. Artemidorus lib. 1. cap. 14. οἱ ἀποθνήσκοντες ἐσχισμένοις ἐνδελιοῦνται ῥάκησιν, ὡς καὶ τὰ βρέφη, καὶ χαμαὶ τίθενται. explicant ista vocem χαμαιστρώτους. sequentia verba quibus ait ornatos mortuos fronde virenti, poculis et coronis capiti impositis, pertinent ad veterum funerum consuetudinem. Soliti enim antiqui his similibusque modis honorem habere defunctorum cadaveribus. Θαλίαν malo quam Θαλαίαν. Verum haec alius loci. Non erat autem Alcmaeonis, ut videtur, poëma: sed soluta oratione conscripta historia: cujus auctor jam olim incertus. Quare etiam Apollodorus Bibliothecae libro 1. ita citat: ὁ τὴν Ἀλκμαιωνίδα γεγραφώς. Proxime sequentes periodi in omnibus libris antiquis sunt corruptissimae. Obscurum est quod additur: ὡς τὸ ἐκπῶμα οἱ Ἀττικοὶ ἐπὶ τοῦ ὑδροποτεῖν καὶ οἰνοποτεῖν λέγουσι. quorsum vox ἐκπῶμα? cujus quidem in subjectis testimoniis nulla mentio. Legendum videtur, ὡς τὰ ἐκ πίωμα οἱ Ἀττ. id est, *Atiēci utuntur vocibus a πίωμα deductis, tam de aquae, quam de vini potu.* adde, five alius cujuscunque rei. nam in proximo Aristophanis exemplo neque vini mentio fit, neque aquae, sed sanguinis. Scribe, Πολλῷ γ' ὁ Βάνικς ἐχρῆτο τῷ ποτηρίῳ: non διεχρῆτο. et, Κρεῖττων μὲν ἐστὶ χιλ. vide inferius in κύλιξ. Ait, ἐστὶ δὲ ῥῆμα καὶ παρὰ τῷ ποιητῇ οἰνοποτάζων γὰρ εἴρηκε. Graecos cum τὸν ποιητὴν dicunt, Homerum intelligere sciunt et pueri. Ita possumus hic accipere: nam canit poëta Ἰλιάδ. ῥαψ. v.

Αἰνεία Τρώων βουληφόρε, ποῦ τοι ἀπειλαὶ
τὰς Τρώων βασιλεῦσιν ὑπέσχεο οἰνοποτάζων;
interpretes de Anacreonte ceperunt, cujus proxime facta mentio. ferri potest: nam habetur paulo post hic illius versus, Οὐ Φίλος, ὃς κρητῆρι παρὰ πλέω οἰνοποτάζων. erit igitur παρὰ τῷ ποιητῇ, apud hunc poetam. Sequitur p. 775. tur, Καὶ Σαπφῷ δ' ἐν τῷ δευτέρῳ ἔφη, Πολλὰ δ' ἀνὰ-
ριθμα ποτήρια καλαίφικς. Vetus lectio καλλέφικς. Scribo, καὶ Σαπφῷ δ' ἐν τῷ δευτέρῳ, Π. δ. ἀν. π. καλὰ, ἔφη. At testimonium Alcaeī pro deposito non injuria habuerim. Sed tentare quid vetat? Ἀλκαῖος, ait, ἐκ δὲ ποτηρίων πώτης † δινομένη παρίσδον. Scribo, ἐκ δὲ ποτηρίων πίνοντες, δειπνουμένη παρίσδον. cum e poculis bibissent: illi coenanti affederunt. vel Δεινομέναι π. Dinomenes usitatum Graecis nomen. κατὰ τὴν Ἀνθέων χώραν verte, in

agro Anthesium. Anthea urbs Peloponensi apud geographos: cujus *ἀνθηκὸν* est *Ἀνθής*.

CAPUT SECUNDUM.

Mos apponendi pocula in altera mensa. κυλικεῖον. Heroes picti cum poculis αὐλακισμένη γῆ. τέμενος. οἰνόπεδον. Cylicranes. Scythinus Tejus poeta. Syracusanorum libatio quam mari faciebant aut diis marinis.

SOLET interdum Athenaeus orationem suam longiusculis hyperbatis obscurans, minus attentum lectorem fallere, ut libro superiore dicebamus, capite sexto. Idem observare licet etiam hic, cum scribit: "Ἄξιον δ' εἶναι νομίζω ζητῆσαι ὑμᾶς πρὸ τοῦ καταλόγου τῶν ποτηρίων, ὧν πλήρες ἐστὶ τὸ κυλικεῖον τοῦτο. εἴρηται γὰρ οὕτως ἡ τῶν ποτηρίων, σκευοθήκη. manet suspensa oratio ah εἴρηται ad extremam paginam ubi definit haec multorum versuum *παρενθήκη*. Vertendum: *Sed quaerendum vobis censeo, prius quam recensere pocula instituimus, quibus est refertum hoc κυλικεῖον: ita enim appellatur poculorum theca*, etc. quid sit quaerendum non hic dicit: sed dicitur infra, *Ἄξιον δὲ ἐστὶν*, ibi inquit, *ζητῆσαι, εἰ οἱ ἀρχαῖοι μεγάλοις ἐπινον ποτηρίοις*. Hic vero de dictione *κυλικεῖον* disputat philologus. Simul veteris consuetudinis nos admonens: quae fuit, ut in divitum conviviis cum cratere apponeretur poculorum ingens theca, magis ad opum ostentationem quam ad usum. Propria autem erat mensa ubi *κυλικεῖον* spectandum exhibebant, quam Servius poculorum mensam vocat. Lucianus in Lexiphane, *ποτήρια δ' ἔκειτο παντοῖα ἐπὶ τῆς δεξιφινίδος τραπέζης. ποχ, κυμβία δὲ ἦν καὶ Φιαλίδας, καὶ ποτήρια γραμματικά, ὥστε μεστὸν ἦν τὸ κυλικεῖον*. De Alexandridae *Meliloto* dictum libro sexto, capite 18. Cratini versus ita distingue, et scribe,

— πολλοστῷ δ' ἔτει

ἐκ τῶν πολεμίων οἴκαδ' ὥς ἦγον πάλιν
τοὺς συγγενεῖς καὶ Φράτορας καὶ δημότας
εὐρῶν μόλις, ἐς τὸ κυλικεῖον ἐγράφην.

mirum autem est, Athenaeum ita proferre hunc locum, quasi accipiat hic *κυλικεῖον* in vulgata significatione:

cum longe alia sit mens poetae. Ait qui ista loquebatur: se diu patria afuisse, in hostico retentum: unde longo post tempore domum redux, vix agnoscere potuerit suos cognatos, tribules, cives. tandem invenisse tamen: et p. 776. fuisse statim ascriptum ἐς τὸ κυλικαῖον. voluit dicere album tribulum, quod servabatur in curiis. oratores saepe illius mentionem faciunt. Sed ludens in tribules suos, homines vinosos, ait se ascriptum in cylicium: quasi tribules omnes ejus essent nihil aliud nisi cotylae, et οἶνηρά ἀγγεῖα, sive ἀμφορεῖς νεασμένοι. sic enim vulgo vocabant vino deditos ut libro superiore dicebamus, et ad Theophrastum. Locus Chamaeleonis quo afferuntur caussae cur dynastae et magna pars divitum poculis sese oblectent, lucem accipiet ex simili disputatione apud Platonem in Protagora Τοὺς ἥρωας, inquit, δημιουργοῦσι πίνοντας ἐκπώμασι μεγάλοις, id est, pictores statuarii, plastici, sculptores, caelatores, alique id genus artifices heroas faciunt e magnis poculis bibentes: propterea ρυτὸν quod nomen est potorii vasis percapacis, heroibus proprium assignarunt. Caussam pluribus exsequitur Athenaeus. Ita autem debemus accipere hic vocem δημιουργεῖν. Et nota sis hanc de antiquissimis heroum imaginibus observationem. Addit, οἱ Φάσκοντες τὸ μέγα ποτήριον Φρέαρ ἀργυροῦν εἶναι. Libro quinto, καὶ πίνει ἐξ ἀργυροῦ Φρέατος· καλῶς γάρ τις τὰ μεγάλα ποτήρια οὕτως ὠνόμασεν. Caussam cur tertio poculo depositus fuerit Cyclops, ait posse ascribi praestantiae vini illius, ἣν αὐτὸς Ὅμηρος ἐξηγήσατο. respicit illum versum: Ἀλλὰ τόδ' ἀμβροσίης καὶ νέκταρός ἐστιν ἀπόρρωξ. aut haec erit caussa, inquit, τὸ ἀγδὲς τῆς πόσεως τοῦ Κύκλωπος. Emendabam ex conjectura ἀγδὲς: nam bibere sine voluptate nihil ad caussas ebrietatis: at insolentia bibendi vinum ad eam rem efficacissima. deinde ita scriptum offendimus in Excerptis et Eustathio. Post haec sermonem de calycibus et poculis habiturus, Plutarchus, ita orditur, Ἀλλὰ μὲν, ὁ Πλούταρχος ἐφη, κατὰ τὸν Φλιάσιον ποιητὴν Πρατίναν, οὐ γὰρ αὐλακισμὲν, ἀνδρῶν, ἀλλὰ σκύφον μαστεύων, κυλικηγορήσων ἐρχομαι. [Locus est vitii manifestus. vir magnus emendabat οὐ γὰρ αὐλακισμένους ἀρῶν. ingeniose et proxime ad vestigia lectionis corruptae. Nos tamen aliter paulo sententiam explicamus, et corrigimus.] Lego οὐ γὰρ αὐλακισμένους ἐρῶν. ἀλλὰ σκ. elegans sane locus: emendatio etiam elegantissima. sed cujus laus magna ex parte Hoeschelianis Excerptis debetur, ibi invenimus, οὐ

γὰν αὐλακισμένην ἀλλὰ σκύφον μαστεύων. sed ille scriptor more suo Pratinae locutionem immutavit praecipuum illius verbum excoerpisse contentus. Pratinae sunt non quaecunque putarunt interpretes, verum ista tantum, οὐ γὰρ αὐλακισμένας ἐρῶν ἀλλὰ σκύφον μαστεύων. [notanda est oppositio inter ἐρῶν γὰρ, et μαστεύων σκύφον.] Olim bene meritis agri portio solita praemii loco dari: τέμενος proprie vocabant. αὐλακισμένη γῆ, arvi est periphrasis. Atque haec Pratinae verba sententiae suae accommodat Plutarchus, plane venisse. locatur autem in vocibus κυλικηγορεῖν et Κυλικράνες, cum subicit, οὐ τῶν Κυλικράνων εἰς ἐπάρχων, id est, *quatinus eorum unus non sit, qui appellati sunt Cylicranes*. Cylicranes (quorum et Macrobius meminit, ut videtur ex Athenaeo) tanquam viles mastigiaie habiti, οὗς, ait noster, χλευάζων Ἑρμιππος ὁ κωμικοποιὸς ἐν τοῖς ἰάμβοις Φησὶν, εἰς τὸν 777. Κυλικράνων βαδίζων σπληνόπεδον ἀφικόμην. ridicula vox σπληνόπεδον: si quid in literis judicamus. Ac censeo equidem emendandum esse, vel οἰνόπεδον. vineta sic proprie vocantur: sed pro agro simpliciter acceperunt. ut in illo Theognidis, Δηλάντου δ' ἀγαθὸν κείρεται οἰνόπεδον. vel θηλόπεδον. Distinguendum autem,

— εἰς τὸ Κυλικράνων
ἐγὼ βαδίζων οἰνόπεδον ἀφικόμην.

Non dubito hunc ipsum Hermippi locum ab Hesychio indicari, cum scribit: Κυλικράνων. Πολέμων Φησὶν ὅτι τοὺς ὠμοὺς καχαργμένοι ἦσαν κύλικας. οἱ δὲ τοὺς ὑπὸ τῇ Οἰτῇ Ἑρακλεάτας ἀπὸ τινος οὕτω ὠνομάσθαι. Ascripti haec ut legi debent: nam in Hesychii editionibus multa corruptissime scribuntur. Cylicranas autem ex quorundam sententia nomen invenisse scribit Athenaeus ἀπὸ τινος Κύλικος γένος Λυσσοῦ. arbitror verum esse Λυδοῦ, ut paulo post, τινὲς ἀφικόμενοι ἐκ Λυδίας. vel si diversa fuit traditio, γένος Λουσίου. a Lusis urbe Arcadiae, de qua Stephanus. *Scythinus Tejus* is est quem Diogenes Laertius in Heraclito appellat τὸν τῶν ἰάμβων ποιητὴν. in Physicis Stobaei laudatur ejus liber Περὶ Φύσεως. Locum illum in Illyrico vel in Epiro, ubi tumultus Cadmi et Harmoniae visebatur, geographis non est praetermissus. De eo etiam Dionysius Periegetes, de montibus loquens,

Κεῖνον δ' ἂν περὶ τύμβον ἰδοὺς περιηγέα τύμβον
τύμβον ὃν Ἀρμονίης Κάδμοιό τε Φῆμις ἐνίσπει.

videtur poeta verbo περιηγέα figuram loci respexisse, cujus gratia appellatus fuerit Cylices, quod Athenaeus ait. At Festus Avienus aliter describit:

*Tunc prorepentis quae sunt vada turgida Nerei
Harmoniae et Cadmi sustentat gleba sepulcrum.*

Quoties lego insequentem observationem Athenaei de calyce Syracusanorum, venit mihi in mentem populi Veneti, qui tradito more a maioribus, quotannis despondent. Simile quid factitatum esse olim a Syracusanis, videmur posse colligere ex Athenaei verbis: quanquam ille non plane descripsit vetus hoc illorum institutum. Polemo narrat, inquit Athenaeus, ἐν Συρακούσαις ἐπ' αἶρα τῇ νήσῳ πρὸς τῷ τῆς Ὀλυμπίας ἱερῷ, ἐπὶ τοῦ τείχους ἐσχάραν τινὰ εἶναι, ἀφ' ἧς Φησὶ τὸν Κύλικα ναυστολοῦσιν ἀναπλέοντας, μέχρι τοῦ γενέσθαι τὸν ἐπὶ τοῦ νεῷ τῆς Ἀθηνᾶς ἀόρατον ἀσπίδα. καὶ οὕτως ἀφ' αἶσιν ἐς τὴν θάλασσαν, περαμέαν κύλικα, καθέντας εἰς αὐτὴν ἄβυα καὶ κηρία καὶ λιβανωτὸν ἄτμητον, καὶ ἄλλα ἅττα μετὰ τούτων ἀρώματα. *Syraculis in extrema Insula juxta Olympiae templum extra urbis muros est quidam focus, unde calycem navi deducunt tendentes in altum. usque dum clypeus Minervae templo impositus, videri posse desinat. ibi tum calycem hunc fictilem in mare dimittunt: con-*
jectis prius in illum floribus, favis, thuris granis
integris, et aliis praeterea quibusdam aromatis. Insula quae hic nominatur, una fuit e quinque urbis partibus. fuit enim haec urbs πεντάπολις: qua de re olim ad Strabonem. Lege, τὴν κύλικα ναυστολ. nisi hoc loco p. 778. aliud significat κύλιξ quam calycem quia sequitur περαμέαν κύλικα. non puto tamen. at qui ἀναπλέοντας mutant in ἀναπ/μπλάνται, et calycem cineribus plenum hic comminiscuntur, infeliciter hariolati sunt. quod ait de floribus et caeteris rebus solitis in pateram illam conjici, ad ritum pertinet ornandi jactu florum et aliarum rerum: de quo multa ad Suetonium.

CAPUT TERTIUM.

Οἶνος ἀνδρος ὁσδόμενος. Modus bibendi. νίξειν pro effundere. Critiae antiqui scriptoris Πολιτεΐαι. Praebibendi modus. ἐπιδέξια. μανία vehemens studium. γυναικομανεῖς et similia composita. Mos Atheniensium edendi in theatro. Gloriatio veterum de poculis. πάσασθαι et πάσσασθαι. Aga-

thoclis tyranni dictum. πάνζενοι. Gras. Paulsaniae locus.

QUOD vulgo Graeci anthosmíam vinum appellabant, Xenophanes intellexit illo versu apud dipnosophistam: Μελιχος ἐν κεράμοις ἄνθος ὀσδόμενος. Legitimum bibendi modum definit idem poëta hisce versibus,

Οὐχ ὕβρις πίπειν δ' ὀπόσον κεν ἔχων ἀφ' ἰκίοιο
οἴκαδ' ἄνευ προπόλου, μὴ πάνυ γηραλέος.

Tantum vini bibere licet, inquit, quantum te non impedit domum redire sine puero qui praeluceat, aut sine itineris duce. hoc significat ἄνευ προπόλου. Mediocris potationis utrumque est indicium. Disciplina Lacorum ut Spartanos sobrietati assuefaceret, jubebat eos e convivio domum redire δίχα λαμπάδος, ut Xenophon et Plutarchus scribunt. Illa, μὴ πάνυ γηραλέος, in contrarium sensum vero ab interprete sunt detorta. Exceptio enim est, qua permittit senibus Xenophanes, ut propter aetatem domum a coena redeant non soli. In 13. scribe ὕμναϊν. 20. ita scribam, ὅσσ' ἡ Μνημοσύνη, ἡ τὸν ὄσ' ἀμφ' ἀρετῆς eos sermones probat inter pocula, qui nos reddant aut doctiores aut meliores. 23. † Φένδοντας τοῖς οὐδὲν χρηστὸν ἔνεστι. acute Scaliger Φλεδόνας vidit reponendum. Versum ita concipio, Οὐδ' ἄλλας Φλεδόνας, ταῖς οὐδὲν χρηστὸν ἔνεστι. Θεῶν δὲ προμηθεῖην, etc. Omnino autem secundum et tertium versum Ionis Chii scribe sic: Ἡμῖν δὲ κρητῆρ' οἰνοχόοι θέρρατες Κιρνάντων προχύταισιν ἐν ἀργυρέοις. non κρητῆρ, neque προχοαῖσιν. vide infra in προχύτης. hoc modo quam προχόοισι. Quod addit, ὁ δὲ χρυσὸς Οἶνον ἔχων χειρῶν νιζέτω εἰς ἔδαφος: periphrasis est liberationis: quam fieri praecipit ex aureo poculo vini pleno, manu prehenso, et in terram effuso. χειρῶν νιζέτω, effundat e manibus. νιζειν proprie est lavare. sed quia lavantur manus effusa aqua, hic positum pro effundere. Hanc interpretationem sequentia confirmant: Σπένδοντες δ' ἀγνῶς. at χειρῶν ἔδαφος positum esse pro manibus, quis ferat? deinde quae voluptas est tanta, manus vino lavare? Scribebam, συνιοῦσιν ἡμῖν ἐπὶ τὰς Διονυσιακὰς ταῦτας θαλάσας. sed λαλιὰς etiam Excerpta. paulo post vix feram, πρὸς οὐς λεπτέον. sed πρὸς p. 779. οἷς vel τοῦτοις. praeterea, sive, praeter illa quae jam exposita sunt, dicendum est, antequam instituat enumeratio poculorum. Critias, cujus laudatur mox ἡ Λακεδαιμονίων πολιτεία, librum edidisse olim videtur non

de sola Spartanorum Rep. sed in universam de Rebus publicis. nam Julius Pollux libro 7. cap. 13. eum citat ἐν ταῖς πολιτείαις. Ex eodem opere promptum scibis, locum pulcherrimum, quem refertum a Clemente in Sextam Stromat. non possum quin adscribam: Κριτίας γράφει. Ἄρχομαι δὲ τοι ἀπὸ γενετῆς ἀνθρώπου, πῶς ἂν βέλτιστος τὸ σῶμα γένοιτο, καὶ ἰσχυρότατος. εἰ δὲ Φυτεύων γυμνάζετο, καὶ ἐσθίοι ἐβρωμένως, καὶ ταιλαιπωροῖ τὸ σῶμα καὶ ἡ μήτηρ τοῦ παιδίου τοῦ μέλλοντος ἔσσεσθαι ἰσχυροί τὸ σῶμα καὶ γυμνάζετο. Sequitur: Τοῦ δ' ἐπιδέξια πίνειν μνημονεύει καὶ Ἀναξ. Alibi notamus fuisse peculiarem praebibendi modum, qui vocaretur ἐπιδέξια. Pollux libro secundo, παρὰ Εὐτέλιδι προπόσεως σχῆμα (καλεῖται ἐπιδέξια) Ὅταν δὲ πίνωσι τὴν ἐπιδέξια. In ecloga Chorrili poetae scribendum duce Gulielmo Cantero — οἳ τε πολλὰ Πνεῦμα Διωνύσοιο πρὸς ὕβριος ἐκβαλεν αἰτᾶς. est enim sermo allegoricus. Vocem πνεῦμα, nisi ita scripseris, nunquam recte exposueris. recte mox libri nostri, αἱ Ῥοδιακαὶ Φησί προσαγορευόμεναι χυτρίδες. emendandus est Eustathius, in cuius codicibus ἱτρίδες perperam pro χυτρίδες. ad nonam Odysseam. Quia sequitur statim, οὐ δαί οὖν ἡμᾶς ἐκμανῶς πίνειν: sumit auctor occasionem ex verbo ἐκμανῶς, docendi obiter vocabulum μανία multis dictionibus solitum adjungi a Graecis quarum studium vehemens vellent declarare. Sane ita est: μανία dicitur omne vehemens desiderium cujuscumque rei. Omitto poetas. Eunapius in Proaeresio, ὁ δὲ χρυσῆς τινὸς αὐτὸν μανίας ὑπολαβεύσης, ἰδεῖν τὴν Ἑλλάδα: id est, cum eum cepisset aurea cupiditas insanum magna visendae Graeciae. [inde μανικὸν Φίλον appellarunt amore ferventissimo conjunctum. B. Chrysostomus homilia prima adversus Judaeos καὶ θεὸν ἔχεις Ἰλαῶν, καὶ τοῦτον περιθνεῖς, καὶ Φίλον κτήσῃ μανικὸν, τῇ πείρᾳ τὴν εὐεργεσίαν μαθόντα.] caeterum quam vim habeat τὸ μανία, cum quosdam vocamus γυναικομανεῖς, ὀρνιθομανεῖς aut χρυσομανεῖς expendit Galenus in quarto De dogmatis Hippocratis et Platonis, adversus Chrysippum disputans: a quo (Chrysippum dico) sumit noster hanc observationem. Scribe, οὐκ ἄλλοτρίως τῆς μανίας κειμένης ἐν αὐτοῖς, ὥς ἀμαρτάνουσι μανικῶς, καὶ τῆς ἀληθείας ἐπὶ πλείον ἀπαρτῶμένοις. non abs re posito nomine μανίας in talibus: cum peccantibus furiose, quibus illae appellationes tribuuntur, et a veritate plurimum recedentibus. Deinde ita interpunge, ἡμεῖς οὖν, ὥς καὶ παρ' Ἀθηναίοις ἐγένετο,

ἅμα ἀκροώμενοι τῶν γελοιοποιῶν καὶ μίμων, ἔτι δὲ τῶν ἄλλων τεχνιτῶν ὑποκίνωμεν. nihil pote planius. In Philochori testimonio de more Atheniensium edendi in theatro inter spectandum, notemus illa. καὶ τραγῆματα παρεφέρετο. nam et philosophus in decimo operis pulcherrimi De moribus ad Nicomachum id confirmat. χαίροντες p. 780. ὁπποῦν σφόδρα, inquit, οὐ πάνυ δρῶμεν ἕτερα, καὶ ἄλλα ποιοῦμεν ἄλλοις ἡρέμα ἀρσασκόμενοι. οἷον καὶ ἐν τοῖς θάστροις οἱ τραγηματίζοντες ὅταν φαῦλοι οἱ ἀγωνιζόμενοι ᾧσι, τότε μάλιστα αὐτοῖς δρῶσι. Eustratius qui verba Aristotelis interpretatur de Circensibus, docet nos simile ejus aevo fieri solitum esse Constantinopoli. Verum de his alibi. Euripidis versum scribe: Αἰδοπα πεκαλύντ' ὀρχάτους ὀπωρινούς. In Timothei verbis e *Cyclope*, Excerpta habent ἐνέχουσιν. ἀνέμισγε δέ. et πηγᾶν pro νυμφᾶν. Apud Eustathium extat verbum quod hinc excidit: nam scribendum εἰκοσι δ' ὕδατος μέτρα ἔχουσιν. Veteres ita pocula adamarunt. ut reperti sint, qui gloriarentur non adeo de divitiis, atque ἐπὶ τῷ κακῆσθαι πολλά ἐκπώματα ex auro argentoque. Hoc probat auctor exemplo Pythaeae Arcadis: qui monumento suo inscribi mandavit moriens hoc elogium: plura se pocula possedisse quam mortalium quemquam. In ultimo versu, Τῶν προτέρων πάντων πλείονα πωσάμενος: recte Dalecamp. quod editum est expressit. nam πᾶσασθαι prima brevi, vel πᾶσσασθαι poetice, idem ac γεύσασθαι. Sed neque ea lectio placet neque sententia. Scribo, πωσάμενος. πᾶσασθαι prima longa est possidere. Verte igitur Qui plura nempe pocula possedi quam omnes priores. emenda, Αἶψα δὲ παισὶν ἐοῖσι μετ' ἀμφοτέροισιν ἐπ' ἀράς Ἀργαλέας ἡρᾶτο. pro ἀράς ἐπηρᾶτο. Penultimum sic lego, Ὡς οὐ οἱ πατρῷά γ' ἐνὶ Φιλότῃτι δάσαντο. vel ἐν ἡμῇ Φιλότῃτι δ. est autem ἐν ἡμῇ, benignus mitis. Oedipi diras habes apud Sophoclem in Oedipo Coloneo, et alios. Exposuimus lib. 6. cap. 21. illa, Caeciliius rhetor ὁ ἀπὸ καλῆς ἀκτῆς. Agathocles Siculus de figulo tyrannus, cum multa pocula aurea possideret: solidus est amicis illa ostendens dicere, Ex fictilibus quae finguntur haec esse confecta. Hoc ita Athenaeus. ἐξ ὧν ἐπεράμευσε κατασκευασμένα ταῦτα. vel ut membranarum, κατασκευχέναι. Jocus est Agathoclis, tenuitatem prioris fortunae ingenue confitentis inter familiares. Verba sonant, quasi ille ex artis suae quaestu in eas opes pervenisset. Dalecampius legit ἐξ οὐ. inepta et falsa sententia. Menda est in primo versu

e *Larissaeis* Sophoclis. Πολὺν δ' ἀγῶνα πάνξενα κηρύσσεται. Lego, πανξένοις. omnibus hospitibus et peregrinis. πάνξενοι, ut πανάχαιοι et πανέλληνες. *Gras* qui dicitur hic dux fuisse Coloniae in insulam Lesbum deductae, is est opinor, quem Pausanias in Laconicis κτιστὴν fuisse Aeolidis, Echelati F. Penthili nepotem, Orestis abnepotem: nam Aeolicarum urbium ἡ Λέσβος σχεδὸν τι μητρόπολις ὑπῆρχεν, ut ait Strabo. *Grais* tamen hic Pausaniae dicitur non *Gras*. Ego hoc malo: ac scribam lubens apud Pausaniam, συνῆραντο δὲ τῷ Γραῖ: non ut editum est Γραῖδι. Invenias usitatum hoc nomen apud Graecos: et scribit de eo antiquissimus grammaticorum Dionysius Thrax, τὰ εἰς ας κύρια ἰσοσυλλάβως κλινόμενα καὶ ἐπὶ τέλους ἔχοντα τὸν τόνον, περισπᾶται· οἷον ὁ Γραῖς, τοῦ Γραῖ, ὁ Λαῖς τοῦ Λαῖ. *Enallus* mox in MSS. est *Enalus*, diversa nominis origine. In ea historia quae de hoc p. 781. *Enalo* narratur postrema verba confuderunt exscriptores cum versibus Alexidis, propter aliquam similitudinem, ut dicturi sumus sequenti capite.

CAPUT QUARTUM.

Exhibetur fragmentum libri huius nunquam hactenus editum. idem postea leviter percurritur.

Mutili sunt editi codices Athenaei, amissis, temporum injuria paginis aliquot statim post illa verba, de quibus novissime tractatum est a nobis. Summam eorum quae desiderantur, inventam in illo optimo libro Excerptorum Davidis Hoeschelii, et altero parili huic, qui fuit penes eruditissimum virum Joannem Levinium, ut accepimus a nobilissimo Marco Vellero descripsimus, et infra subjecimus. Sic igitur in utroque eorum libro scriptum. non enim ficus ficui similior, quam haec duo exemplaria: in hac certe parte: imo ut persuadeo mihi, etiam in caeteris. facile enim ex unguibus leonem. nam Levinianus codex nobis invisus.

Καὶ ποτε καὶ κύματος ἐπιφερομένου συγκολυμβήσαντα αὐτὸν ἐκβῆναι, ἔχοντα κύπελλον χρυσοῦ, οὕτω θανατοῦσιν, ὡς τὸν παρ' αὐτοῖς αὐτῷ παραβαλλόμενον, οὐδὲν διάφορον εἶναι χαλκοῦ. Τιμιώτατον δὲ ἦν πάλαι τὸ τῶν ἐκτωμάτων κτῆμα. Ἀχιλλεύς οὖν ὡς ἐξαίρετόν τι εἶχεν ἀνάθημα δέπας. οὐδὲ τις ἄλλος οὔτε θεῶν πίνασκεν ἀπ' αὐτοῦ,

Οὕτε θεῶ σπένδασκ', ὅτι μὴ Διί. Καὶ ὁ Πρίαμος δὲ τὸν υἱὸν λυτρούμενος τοῖς ἐπισημοτάτοις κειμηλίοις, καὶ δέπας δίδωσι περικαλλές. Αὐτός γε μὴν ὁ Ζεὺς τῆς Ἡρακλέους γενέσεως ἄξιον ἡγήται δῶρον Ἀλκμήνῃ ποτήριον, ὅπερ Ἀμφιτρύωνι εἰκασθεὶς δίδωσιν. Ἀ δ' ὑποδεξαμένα θαῆσαστο χρύσειον αἴψα ποτήριον. Τὸν δὲ Ἥλιον ὁ Στῆσίχορος ποτηρίῳ διαπλεῖν Φησὶ τὸν αἰκανόν. ὃ καὶ τὸν Ἡρακλέα περαιωθῆναι, ἐπὶ τὰς Γηρυόνου βόας ὀρμῶντα. Οἶδαμεν δὲ καὶ τὸ Βαθυκλέους τοῦ Ἀρκάδος ποτήριον, ὁ σοφίας ἄθλον ὁ Βαθυκλῆς τῷ κληθέντι ἀρίστῳ τῶν καλουμένων σοφῶν ἀπέλιπε. Τὸ δὲ Νέστορος ποτήριον πολλοὶ κεραμεύουσι. πλείστοι γὰρ περὶ αὐτοῦ συνεγράψαντο. Καὶ Θεοφίλης δὲ τὸ ποτήριον. Χρυσέοις γοῦν δεκάεσσιν ἀλλήλους δεξιοῦνται. Ἐλευθέριον δὲ Φησὶ καὶ ἐμμελὲς ἐν οἴνῳ διάγειν μὴ κωθωνιζόμενον, μηδὲ Θρακίῳ νόμῳ ἀμυστίν οἰνοποιεῖν· ἀλλὰ τῷ πόματι Φάρμακον ὑγείας ἐγκιρῶναι τὸν λόγον.

Ὅτι διὰ σπουδῆς εἶχον οἱ ἀρχαῖοι ἀκόλαστοι ἱστορίαν ἔχειν ἐν ἐκπώμασιν. Ἐν ταύτῃ δὲ τῇ τέχνῃ εὐδοκίμησαν Κίμων καὶ Ἀθηνοκλῆς. Ἐχρῶντο δὲ καὶ λιθοκολλήτοις ἐκπώμασι. Μένανδρος δὲ πού Φησὶ καὶ ποτήριον τορνευτὸν, καὶ τορνευτὰ Ἀντιφάνης.

Ἄλλοι δὲ καὶ δὴ βακχίου παλαιγενεῖς

† ἀφρῶ σκιά, καὶ χρυσοκόλλητον δέπας μεστὸν κύκλῳ χορεῦον ἔλκουσιν γνάθοις.

ὀλκοῖς ἀπαύστοις, παντελῶς ἐστραμμένοις,

τ' αἶνω κάτω δεικνύντες. Φησὶ πρὸς τινὰ Νικόμαχος,

Ω χρυσοπλαῦστα καὶ χρυσοῦς ἐμῶν. Φιλιππίδης. τὰ ποτήρια αὖ ἴδης τὰ παρσκευασμένα, ἅπαντα χρυσᾷ, τροφίμῃ, νῆ τὸν οὐρανὸν ὑπερήφανα. Ἐγὼ μὲν γὰρ ἐξέστην ἰδών. Κρατῆρες ἀργυροὶ κάδοι καὶ μείζους ἐμοῦ.

Ὅτι Παρμενίων συγκεφαλαιούμενος ἐν ταῖς πρὸς Ἀλέξανδρον ἐπιστολαῖς τὰ Περσικὰ λάφυρα, ποτηρίων, Φησὶ, χρυσᾷν σταθμὸς τάλαντα Βαβυλώνια ογ, μυαὶ ιβ, ποτη-p. 782.ρίων λιθοκολλήτων σταθμὸς τάλαντα Βαβυλώνια νς, μυαὶ λδ. Ἔθος δὲ ἦν πρότερον ἐν τῷ ποτηρίῳ ὕδωρ ἐμβάλλεσθαι, μεθ' ὃ τὸν οἶνον. Ξενοφάνης,

Οὐδέ κεν ἐν κύλικι πρότερον κεράσειέ τις οἶνον ἐγχέας, ἀλλ' ὕδωρ καὶ καθύπερθε μέθυ.

Ἀνακρέων. Φέρ' ὕδωρ, Φέρ' οἶνον ὦ παῖ, Φέρε δ' ἀνθεμεῦντας ἡμῖν στεφάνους. ἔναικον, ὥς μὴ πρὸς ἔρωτα πυκταλίζω. Πρὸ δὲ τούτου Ἡσιόδος, Κρήνης τ' αἰνάου καὶ ἀποβρύτου ἦτ' ἀθόλωτος τρεῖς ὕδατος προχέειν, τὸ δὲ τέτρατον ἵαμεν οἶνου. Θεόφραστος, ἐπεὶ καὶ τὰ περὶ

τὴν κρᾶσιν ἐναντίως εἶχε τὸ παλαιὸν τῷ νῦν παρ' Ἑλληνισμὸν ὑπάρχοντι. οὐ γὰρ τὸ ὕδωρ ἐπὶ τὸν οἶνον ἐπιχεῖν, ἀλλ' ἐπὶ τὸ ὕδωρ τὸν οἶνον, ἵσως ἐν τῷ πίνειν ὑδαρῶστερον χρωῖνται τῷ ποτῷ, καὶ τούτου ποιησάμενοι τὴν ἀπόλαυσιν ἤττον ὀρέγοντο τοῦ λοιποῦ. Καὶ τὸ πλεῖστον δὲ εἰς τοὺς κοττάβους κατανήλισκον. Ἐνδοξοὶ δὲ τοιαυταὶ Ἀθηνόκλης, Κρατῆς, Στρατόνικος, Μυρμηκίδης ὁ Μιλήσιος, Καλλικρατῆς ὁ Λάκων, καὶ Μῦς. οὗ εἶδομεν σκύφον Ἑρακλεωτικόν, τεχνικῶς ἔχοντα Ἰλίου ἐντετορνευμένην πόρθησιν, ἔχοντα ἐπίγραμμα τόδε,

Γράμμα Πηρασίοιο, τέχνη Μυός. ἐμμί δὲ ἔργον
Ἰλίου αἰπείνᾳς, ἄν' ἔλον Αἰακίδαι.

Ὅτι κλεινοὶ λέγονται παρὰ Κρησὶν οἱ ἐράμμενοι. σπουδῇ δὲ αὐτοῖς παιδας ἀρπάζειν, καὶ τοῖς καλοῖς παρ' αὐτοῖς ἄδοξόν ἐστιν ἐραστοῦ μὴ τυχεῖν. Καλοῦνται δὲ οἱ ἀρπασθέντες παρασταθέντες. διδῶσι δὲ τῷ ἀρπασθέντι στολὴν καὶ βοῦν, καὶ ποτήριον. ἦν καὶ πρῶτον γένεσις φέρουσι, ἵνα δηλοῖ ὥς κλεινοὶ γινόμενοι.

Ὅρᾳς δ' ὅταν πίνωσιν ἄνθρωποι τότε,
πλουτοῦσι, διαπράττουσι, νικῶσιν δίκας,
εὐδαιμονοῦσιν, ἀφελοῦσι τοὺς φίλους.

αὐξίαι γὰρ καὶ τρέφει μεγαλύνει τε τὴν ψυχὴν ἢ ἐν τοῖς πότοις διατριβή, ἀναζωπυροῦσα καὶ ἀνεγείρουσα μετὰ φρονήσεως τὸν ἐκάστου νοῦν, ὥς Φησὶν ὁ Πίνδαρος, ἀνὴρ ἀνθρώπων καματώδεις οἷχονται μέριμναι στηθέων ἔξωθεν, πελάγει δ' ἐν πολυχρύσου πλούτου πάντες ἴσα νόμον ψευδῇ πρὸς ἀκτάν· ὃς μὲν ἀχρήμων ἀφνειὸς τότε· τοὶ δ' αὖ πλουτέοντες· εἴτα ἐπάγει, ἀέξονται φρένας ἀμπαλίνοις τόξοις δαμέντες.

ΑΓΚΥΛΗ. ποτήριον πρὸς τὴν τῶν κοττάβων παιδιὰν χρησίμον. Κρατῆς, Πιστὴν δὲ θάνατος οἶνον, ἂν ὕδωρ ἐπὶ. ἀλλ' ἴσον ἴσῳ μάλιστα ἀκράτου δύο χόας Πίνουσ' ἀπ' ἀγκύλης ἐπονομάζουσα Ἰησι λάταγας τῷ Κορινθίῳ πέει. καὶ Βακχυλίδης, Εὖτε τὴν ἀπ' ἀγκύλης Ἰησι τοῖς νεανίσκοις λευκὸν ἐντείνουσα πῆχυν. Ἐντεῦθεν νοοῦμεν τοὺς παρ' Αἰσχύλῳ ἀγκυλητοὺς κοττάβους. λέγονται δὲ καὶ δόρατα ἀγκυλητὰ, καὶ μεσάγκυλα, ἀλλ' ἀπὸ ἀγκύλης, ἥτοι τῆς δεξιᾶς χειρός. καὶ ἡ κύλιξ δὲ ἡ ἀγκύλη, διὰ τὸ ἀπαγκυλοῦν τὴν δεξιὰν χεῖρα ἐν τῇ προέσει. ἦν γὰρ τοῖς παλαιοῖς πεφροντισμένοι, καλῶς καὶ εὐσχημόνως κότταβον προΐεσθαι. καὶ οἱ πολλοὶ ἐπὶ τούτῳ μᾶλλον ἐφρόνουν μέγα, ἢ ἐπὶ τῷ εὖ ἀκοντίζειν· ὠνομάσθη οὖν ἀπὸ τοῦ τῆς χειρός σχηματισμοῦ, ὃν ποιούμενοι εὐρύθμως ἐρρίπτουν εἰς τὸ κοττάβιον. Καὶ οἴκους δὲ ἐπιτηδείους κατασκευάζον εἰς ταύτην τὴν παιδιάν.

Ὅτι παρὰ Τιμαχίδῃ ΑΙΑΚΙΣ ἡ κύλιξ καλεῖται.

ΑΚΑΤΟΣ, ποτήριον τοῖκος πλοῖον. Ἐπικράτης, Κατάβαλλε τὰ κατὰ κυλίκια αἵρου τὰ μεῖζον, καὶ εὐθὺ τοῦ παρχησίου ἀνελκε τὴν γραῦν τὴν νέαν δ' ἐπηυρίσας, Πλήρωσον ἐντρεπῇ τε τὸν κότον ποσὺ. Καὶ τοὺς κάλους ἐκλυε, καὶ χάλα πόδας.

ΑΩΤΟΝ. παρὰ Κυπρίοις τὸ ἐκπωμα, ὡς Πάμφιλος. p. 783. Φιλῆτας δέ, ποτήριον οὐκ οὐκ ἔχον.

ΑΡΟΚΛΟΝ ἡ Φιάλη παρὰ τῷ Κολοφώνῳ Νικάνδρῳ.

ΑΛΕΙΣΟΝ καὶ δέπας τὸ αὐτό. Ὅμηρος ἐν Ὀδυσσεῖα περὶ Πεισιστράτου, ἐν δ' οἶνον ἔχευε χρυσεῖον δέπαι· εἶτα παρακατιῶν, τὸ αὐτὸ, τούνεκά σοι δώσω χρύσειον ἄλειςον· καὶ ἐξῆς τὸ αὐτὸ κάλιν, δῶκε δὲ Τηλεμάχῳ καλὸν δέπας. Φησὶν οὖν Ἀσκληπιάδης ὁ Μυρλεανός, δοκεῖ μοι Φιαλῶδες εἶναι τὸ δέπας· σπένδουσι γὰρ ἐν αὐτῷ. λέγει γοῦν Ὅμηρος δέπας δι' οὗ Διτ' ἄλειςον σπένδασκεν Ἀχιλλεύς. Καλεῖται δὲ δέπας, ἥτοι ὅτι δίδεται πᾶσι τοῖς σπένδειν βουλομένοις, εἴτε καὶ τοῖς πίνειν· ἢ ὅτι δύο ὥπας εἶχε (ταῦτα δὲ ἂν εἴη τὰ ὄψα) τὸ δὲ ἄλειςον, ἥτοι ἀπὸ τοῦ ἄγαν λείον εἶναι· ἢ ὅτι ἀλίζεται ἐν αὐτῷ τὸ ὑγρόν. Ὅτι δὲ δύο ὄψα εἶχε δῆλον. ἥτοι ὃ καλὸν ἄλειςον ἀναιρήσεσθαι ἔμαλλε Χρύσειον, ἄμφωτον. Ἀμφικύπελλον δὲ λέγων αὐτὸ, οὐδὲν ἄλλο σημαίνει ἢ ὅτι ἦν ἀμφικυρτον. Σιληνός δὲ ἀμφικύπελλον φησὶ τὸ μὴ ἔχον ὄψα. ἄλλω δὲ τὴν ἀμφὶ ἀντὶ τῆς περὶ εἶναι· ἔν' ἡ περίποτον τὸ πανταχόθεν πίνειν ἐπιτήδειον. Παρθένιος δὲ διὰ τὸ περιεκυρτῶσθαι τὰ ὠτάρια. κύφον γὰρ εἶναι τὸ κυρτόν. Ἀνίκητος δὲ τὸ μὲν κύπελλον φησὶ Φιάλην εἶναι· τὸ δὲ ἀμφικύπελλον ὑπερφιάλον, τὸ ὑπερήφανον καὶ καλόν· εἰ μὴ ἄρα τὸ ποικίλον τῇ κατασκευῇ ἄλειςον θέλει τις ἀκούειν, ἐξω λειότητος ὄν. Πείσανδρος δὲ φησιν Ἡρακλέα Τελαμῶνι τῆς ἐπὶ Ἴλιον στρατείας ἀριστεῖον ἄλειςον δοῦναι.

Ὅτι ἐστὶ ποτήριον ΑΜΑΛΘΕΙΑΣ ΚΕΡΑΣ καὶ ΕΝΙ-ΑΥΤΟΣ καλούμενον.

ΑΜΦΩΤΙΣ. ξύλινον ποτήριον, ᾧ χρῆσθαι τοὺς ἀγροίκους Φιλῆτας φησὶ τοὺς ἀμέλγοντας εἰς αὐτὸ, καὶ οὕτω πίνοντας.

ΑΜΤΣΤΙΣ. καλεῖται μὲν οὕτω πόσις τις, ἣν ἐστιν ἀπνευστὶ πίνειν μὴ μύσαντα. καλοῦσι δὲ οὕτω καὶ τὰ ποτήρια ἀφ' ὧν ἐστι πσιεῖν εὐμαρῶς. καὶ τὸ ῥῆμα δὲ ἐξεμύστισε, φασὶ, τὸ ἐφ' ἐν πνεῦμα πσιεῖν. ὡς ὁ κωμικὸς Πλάτων.

Λύσας δὲ ἀργὴν στάμνον εὐώδους ποτοῦ

ἔησιν εὐθύς κύλικος εἰς κοῖλον κύτος

ἔπειτ' ἄκρατον καὶ τεταργανωμένον

ἔπινε, καξεμύστισεν.

Ἔπινον δὲ τὴν ἄμυστιν μετὰ μέλους μεμετρημένου
πρὸς ὠκυτότητα χρόνου. ὡς Ἀμειψίας,
Αὔλει μοι μέλος· σὺ δ' ἄδε πρὸς τήνδ'. ἐκπύομαι
δ' ἐγώ.

τέως αὔλει σὺ καὶ τὴν ἄμυστιν λάμβανε.
οὐ χρὴ πολλὰ ἔχειν θνητὸν ἄνθρωπον.
ἀλλ' ἐρᾶν καὶ κατασθίσιν· σὺ δὲ κάρτα Φεΐδῃ.

ΑΝΤΙΓΟΝΙΣ. ἐκπύμα ἀπὸ τοῦ βασιλέως Ἀντιγόγου,
ὡς ἀπὸ Σελεύκου σελευκοῖς καὶ ἀπὸ Προυσίου προυσίς.

ΑΝΑΦΑΙΑ. ἡ θερμοποτις παρὰ Κρησίν.

ΑΡΤΒΑΛΛΟΣ. ποτήριον κάτωθεν ἰσχυρότερον, ἄνω
δὲ συνηγμένον, ὡς τὰ συσπαστὰ βαλάντια, ἃ καὶ αὐτὰ
διὰ τὴν ὁμοιότητα ἀρυβάλλουσιν τινὰς καλοῦσιν. Ἀριστο-
Φάνης Ἰππεῦσι· κατασπένδειν κατὰ τῆς κεφαλῆς ἀρυ-
βάλλω ἄμβροσιαν· οὐ πόρρω δὲ ἐστὶ τοῦ ἀρυστίχου ὁ
ἀρυβάλλος, ἀπὸ τοῦ ἀρύειν καὶ βάλλειν. λέγουσι δὲ καὶ
πρόχουν ἀρυστιν. Σοφοκλῆς,

Κακῶς σὺ πρὸς θεῶν ὀλουμένην,
ἢ τὰς ἀρύστεις ᾧδ' ἔχουσ' ἐκώμασας.
ἐστὶ δὲ καὶ πόλις Ἰώνων Ἀρυστις.

ΑΡΓΥΡΙΣ εἶδος ποτηρίου, οὐ μόνον ἐξ ἀργυροῦ.
Ἀναξίλας. καὶ πίνειν ἐξ ἀργυρίδων χρυσῶν.

ΒΑΤΙΑΚΙΟΝ, λαβρώνιος, τραγέλαφος, κρίστις, πο-
τηρίων διόματα. Περσικῇ δὲ Φιάλῃ ἢ βατιακῇ. Ἀλεξάν-
δρου δὲ τοῦ βασιλέως ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς ταῖς πρὸς τοὺς
ἐν τῇ Ἀσίᾳ σατράπας φέρεται τις ἐπιστολὴ, ἐν ᾗ ταῦτα
γέγραπται, ἀργυραὶ κατάχρυσοι τρεῖς. κόνδυα ἀργυρᾷ ρος.
τούτων ἐπίχρυσα λγ. τισιγίτης ἀργυροῦς εἴς. μύστροι ἀρ-
γυροὶ κατάχρυσοι λβ. λαχανοθήκη ἀργυρᾷ μία· οἰνόφορον
βαρβαρικὸν ἀργυροῦν ποικίλον ἓν· ἄλλα ποτήρια παντο-
δαπὰ μικρὰ κθ. ἄλλα ποτήρια μικρὰ ρυτὰ, καὶ βάτια.
καὶ λυκουργοὶ ἐπίχρυσοι, καὶ θυμιατήρια, καὶ τρύβλια.

ΒΗΣΣΑ. ποτήριον παρ' Ἀλεξανδρεῦσι, πλατύτερον
ἐκ τῶν κάτω μερῶν, ἐστενωμένον ἄνωθεν.

ΒΑΤΚΑΛΙΣ. ἐν Ἀλεξανδρείᾳ καὶ αὐτῇ. ὡς Σώπα-
τρος ὁ παρωδός, βαυκαλὶς ἢ τετράκυκλος· καὶ πάλιν. νῆμα
μελισσῶν ἡδὺ μὲν ὄρθρου καταβαυκαλίσαι τοῖς ὑπὸ πολ-
λῆς κραιπαλοβόσκου δίψης κατόχοις. κατασκευάζουσι δὲ
Φησὶν οἱ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τὴν ὕαλον, μεταβρῦθμιζόντες
πολλάκις πολλαῖς ἰδέαις ποτηρίων, παντὸς τοῦ πανταχό-
θεν κατακομιζομένου περάμου τὴν ἰδέαν μιμούμενοι. Λύ-
σιππον τὸν ἀνδριαντοποιὸν Φασὶ Κασάνδρῳ χαριζόμενον,
ὅτε συνώκισε τὴν Κασάνδρειαν Φιλοδοξοῦντι, καὶ βουλομένῳ
ἰδίον τινα εὐρέσθαι κέραμον, διὰ τὸ πολὺν ἐξάγεσθαι τὸν

Μενδαῖον οἶνον ἐκ τῆς πόλεως, Φιλοτιμηθῆναι, καὶ πολλὰ καὶ παντοδατὰ γένη παραδόμενον κεραμείων, ἐξ ἐκείτων ἀποπλασάμενον ἴδιον ποιῆσαι πλάσμα.

ΒΙΚΟΣ. Ξενοφῶν Ἀναβάσεως πρώτῃ, Κύρος ἔπαυται βίκους οἶνου ἡμίδεις. Ἔστι δὲ Φιαλῶδες ποτήριον κατὰ τὸν Παριανὸν Πολυδεύκην.

BOMBΥΔΙΟΣ, θηρίκιον ροδιακόν· οὐ περὶ τῆς ἰδέας Σωκράτης Φησὶν, οἱ μὲν ἐκ Φιάλης πίνοντες ὅσον θέλουσι τάχιστ' ἀπαλλαγῆσονται, οἱ δὲ ἐκ βομβυλίου κατὰ μικρὸν σταζόντες. Ἔστι δὲ καὶ ζῶον τι.

BROMΙΑΔΕΣ. ἔκπωμα ὁμοιον τοῖς μακροτέροις τῶν σκύφων.

ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΝ ἔκπωμα, τὸ γράμματα ἔχον ἐγκεχαράγμενα. Ἀλεξίς· τὴν ὄψιν εἶπω τοῦ ποτηρίου γέ σου Πρώτιστον· ἦν γὰρ στρογγύλον, μικρὸν πάνυ, Παλαιόν, ὥτα συντεθλασμένον σφόδρα. Ἐχον κύκλῳ τε γράμματα.

Ὅτι πάντες οἱ ἀρχαῖοι τῷ ἐν ἀντὶ τοῦ οὐ στοιχείου προσεχρῶντα· παραπλησίως δὲ καὶ τῷ εἰ ἀντὶ τοῦ ε. σαν δὲ, etc. A descriptione poculi quae narrationem Anticlidis de Enalo clauderat, transiit librarius ad alius poculi descriptionem, quae Alexidis versibus continebatur in sermone de literatis poculis. Errori, ut videtur, ansam praebuerunt vocabula aliquot tam ab Anticlido quam ab Alexide usurpata. Atque hic error semel commissus in uno libro, in omnia deinde exemplaria de quibus aliquid nobis compertum, propagatus est. Saepe jam de hoc genere mendae questi sumus. Non temere ullum invenio scriptorem antiquum, cujus codicibus non sit aliquod simile ex eadem causa vulnus impositum. Sed enim hoc insigne exemplum est: Neque enim ut fere fit, periodi aliquot, sed integrae paginae sunt praetermissae. p. 785.

Anticlidis verba ita, opinor, Athenaeus scripserat συγκολυμβήσαντα αὐτὸν ἐμβῆναι, ἔχοντα κύπελλον, στρογγύλον, μικρὸν, πάνυ παλαιόν, χρυσοῦ δὲ οὕτω θαυμαστοῦ, ὥς τὸν παρ' αὐτοῖς αὐτῷ παραβαλλόμενον, οὐδὲν διάφορον εἶναι χαλκοῦ. Alexidis autem versus sic: Γραμματικὸν ἔκπωμα, τὸ γράμματα ἔχον ἐγκεχαράγμενα Ἀλεξίς.

Τὴν ὄψιν εἶπω τοῦ ποτηρίου γέ σου

πρώτιστον· ἦν γὰρ στρογγύλον, μικρὸν πάνυ,

παλαιόν, ὥτα συντεθλασμένον σφόδρα,

ἔχον κύκλῳ τε γράμματα· ἀρά γ' ἐνδοκα

χρυσᾷ, ΔΙΟΣ ΣΩΤΗΡΟΣ; οὐκ ἄλλου μὲν οὖν.

τοιούτων, etc.

Ἀχλλεύς οὖν ὥς ἐξείρ. Locum respicit qui est Ἰλιάδ.

Casaub. Anim. in Athen. T. III.

B

ραψ. κ. de Priami poculo vide ραψ. ω. Αὐτός γε
 ἄλλος δὲ Ζεὺς. vide infra in sermone De carchesio, et de
 scypho. Stesichori locum de Solis poculo habes infra in
Herculeo poculo. Οἶδαμεν δὲ καὶ τὸ Βαθυκλέους
 τοῦ Ἀρκάδος ποτήριον. Nota historia ex Diogenis Laertii
 Thalete. De eodem aliquid iterum infra in ΠΕΛΛΑ.
 Χρυσέοις οὖν δεπάσσει ἀλλήλους δεξιούμενται. dii videlicet,
 apud poetam. alludit ad hos versus.

Οἱ δὲ θεοὶ παρ Ζηνὶ καθήμενοι ἡγορόωντο,
 χρυσέῳ ἐν δαπέδῳ· ματὰ δὲ σφισὶ πότνια Ἥβη
 Νέκταρ ἐφνοχόει· τοὶ δὲ χρυσέοις δεπάσσει
 δειδέχατ' ἀλλήλους.

Ἀντιφάνης. ἄλλοι δὲ καὶ δὴ Β. Quatuor hic senarii jam-
 bici, et pars quinti. Sed versus secundi prima ταυτοποδία
 in utroque Excerptorum libro similiter scripta, quomodo
 sit restituenda non possum conjectura assequi, τάλαντα
 Βαβυλώνια οἷ, μναὶ ἰβ'. Ita Hoescheliana Excerpta: at
 Levinii, μναὶ νβ. Ἔθος δ' ἦν πρότερον ἐν τῷ ποτ.
 Durat hic mos hodieque in Narbonnensi Gallia: ubi
 pueri a poculis aquam in scypho offerunt, deinde vinum
 ex oenophoro aut lagena infundunt. In Anacreontis ver-
 bis, Φέρ' ἀνθεμύοντας ἡμῖν στεφάνους. Aeblicum est, ἀν-
 θεμύοντας pro ἀνθεμούοντας: hoc autem pro ἀνθεμόεν-
 τας. affer nobis floreas coronas. In neutro libro per-
 scripta erat haec dictio: sed notata compendio eodem.
 Ratio medica moris hujus quae ex Theophrasto affertur,
 ut epoto prius, quod erit magis aqueum, minus avide
 vinum expetatur: subtilior est quam verior. Nam contra:
 cum aquae prius infusae vinum supersunditur, prius
 quam aqua vinum bibitur: utpote labro propius aquam
 voco et vinum, quod plus aquae aut vini mixtum habet.
 Hoc igitur videamus. At illud recte: remedium adversus
 temulentiam fore, si potu τοῦ ὕδατος naturae satisfactum
 fuerit prius. Nec dissimile est quod libro tertio diceba-
 mus, capite trigesimo tertio. οὐ εἶδομεν σκύφῳ
 Ἡρακλεωτικόν. quid appellet scyphum Heracleoticum discere
 ex iis quae dicuntur infra, ubi agitur de scaphide. Ὅτι
 κλεινοὶ λέγονται παρὰ Κρήσιν. Ex istis Excerptis divinare
 non possumus quomodo delatus sit Athenaeus in hunc ser-
 monem tam alienum huic loco, nam alibi plura auctor
 p. 786. de hoc Cretenium furore. Sed de occasione digressiun-
 culae hujus licet facere conjecturam ex simili loco infra
 in Χόννοι. vide fragmentum alterum capite 15. descriptum.
 Caeterum de voce κλεινός adi Hesychium, et Eustathium

qui haec citat. Subjecti versus Ὅπως ἔταν πίνουσιν, etc. Aristophanis sunt ex equitibus. αἰεὶ γὰρ καὶ τρέφει, μεγαλύνει τε τὴν ψυχὴν ἢ ἐν τοῖς πότοις διατριβή. Libro duodecimo. ἔστι γὰρ τὸ μὲν ἡδεσθαι καὶ τὸ τρυφᾶν ἐλευθέρων. αἰεῖσι γὰρ τὰς ψυχὰς καὶ αἰεὶ, et in hanc sententiam alia multa. Αἰεὶ καὶ. Vide libro decimo quinto et Helychium. Sed et infra hoc libro in Κοτταβίῃ eadem pene verba. Αἰανίς ἢ κύλιξ καλεῖται. Perperam apud Helychium, αἰανίξ. Eustathium lege haec describentem. Ἀκανός, acutum pro poculo usurpatum esse, etiam grammatici nos docent. In Epicratis verbis πόντος est quam vocabant nautae καταπερπηγαν. Festus in voce *percontor*. χαλα πόδας Hoesch. Exc. πόδα Levinii. notum quid *pes* in re nautica. Ἀπὸ λον. Videtur vere Graecum vocabulum. Eadem tempore omnia totidem literis in utroque Excerptorum libro. De poculis quas vocabant ἀμαλθήας cornu, et eniautum, Eustathius ex Athenaeo. καὶ τεταργανωμένον. hoc est τάργανον. de quo capite decimo tertio. τισιγίτης ἀργυροῦς εἶς. Disertim ita scriptum in utroque exemplari. Barbaricum et nomen et poculum. ἐξ ἐνάστου ἀποπλασάμενον ἰδίον ποιῆσαι πλάσμα. In utroque libro erat ἰδίᾳ, superscriptis τῷ α. literis εν. Puto scribendum, ἐξ ἐκ. ἀπ. τὸ ἵδιον, ἰδία ποιῆσαι, πλάσματα, vel ἰδιάζον π. πλάσμα. De bombylio dictum libro sexto, capite 18. Γραμματικὸν ἐκπῶμα. quicquid erat literis inscriptum, Graeci γραμματικόν, Latini *literatum* dixerunt. ut *frons literata*. et in Rudente, de urna, *Nam literata est: ab se cantat cuja fiet*. γραμματικῷ ποτηρίῳ meminit Le-xiphanes Lucianus.

CAPUT QUINTUM.

Pocula literata. Veteres pronuntiassent τὸ ο, ου. γνώλαι. δεινός et δινός. ἔργον ποδῶν. Epigenes vetus criticus. poculum δακτυλιωτὸν et ἀχραντὸν πυρί. Cypselā. ἐμβασικοῖτας et ἐμβασιχύτας. προσπίνειν κόμην τινί. Pollucis locus. Veterum figmentum Solem in poculo vehi. Manis haeresiarchae adfines commentum. plurima emendata.

LITERATI poculi exemplum commemorat sophista coenarum, Capuae visum sibi, Dianae consecratum, ex Ho-

meritis versibus petito caelaturae argumento: ipsis etiam insculptis inibi versibus poetae: tanquam esset Nestoris poculum: non quod voluerit artifex persuadere hominibus, esse illud ipsum poculum, quo Nestor usus: sed hanc fuisse illius figuram, auctore poeta. Similes poculo haec videntur fuisse illi duo scyphi Homericæ Nestoris, de quibus Suetonius in vita, cap. quadragesimo p. 787. septimo. Faciunt injuriam industrii artificis manibus, qui solidum hic illum appellant. Sed non affecti sunt viri boni mentem Athenæi: qui infra in *Nestoris* scribit, vulgus Capuanorum pro vere Nestoreo id poculum habuisse. Subjicitur huic aliud literas inscriptum poculum ex Achæi tragici Omphala: cujus versus male in vulgatis codicibus acceptos ita scribimus. Loquitur unus satyrorum.

Ὁ δὲ σκύφος μὲ τοῦ θεοῦ καλεῖ πάλαι,
τὸ γράμμα φαῖνον, δέλι', ἰῶτα, καὶ τρίτον
ὦ, νῦ τ' αὖ πάραστι, κ' οὖν ἀπαστιν ὦ.
ἐκ τοῦ πέπεινα σάν, τότ' ὦ κηρύσσεται.

Dudum est cum me dei scyphus vocat, literam ostendens, Δ. I. et tertiam O. etiam N adest: neque abest T. Uterius praedicant dei nomen duae literae Σ. et O. Ut plenum sit Διονύσειον nomen unum a fine v desideratur: quod a caelatore fuerit praetermissum, vel ab Achæo potius, explicat accurate Athenaeus. Est autem ejus rei causa: quod veteres (legendum enim ex Epit. πάντες οἱ ἀρχαῖοι non οἱ Ἀχαιοί.) vocalem e pronuntiabant ου. Unde factum ut pro simpliciter vocali interdum scriberent ου: ut libris superiore capite vigesimo, et contra pro diphthongo simplex o: ut in hoc loco. Addit Athenaeus, παραπλησίως δὲ καὶ τὸ ὦ γράφουσιν ὅταν καὶ καθ' αὐτὸ μόνον ἐκφωνῇται, καὶ ὅταν συζυγνυμένου τοῦ ἰῶτα. Ut o pro ου scripserunt: sic etiam u pro diphthongo ου. Ita quidem vulgata lectio: at non ita manu exarata. Nam in Excerptis summa hujus τηρησείδου. ita proponitur. Ὅτι πάντες οἱ ἀρχαῖοι τῷ οῦ ἀντὶ τοῦ ὦ στοιχείου προσεχρῶντο. παραπλησίως καὶ τῷ εἰ ἀντὶ τοῦ ο. Fortasse non male. De san Dorico, vulgo notum ex Herodoto et aliis. Pindari verba exercuerunt nos libro 10. capite 11. Eubuli locus per nos hanc definit esse stigmatias. Ad alia. ΓΥΑΛΑ. vel invitis libris omnibus γυάλαι scribendum. legi apud Euripidem γυάλα κρητῆρων: neque abnuero etiam γυάλα κυλίκων posse dici. at γυάλον pro poculo non leges: sed γυάλη. sic in omnibus deinceps exemplis.

Pro ΔΕΙΝΟΣ scriptum in Excerptis Δεινός: quod est idem: et additur, λέγεται δὲ ἡ δεινιάς καὶ δεινός. Versus est elegans veteris comici, Πιτῆρι' ἡ γράψ, ἄλλο δ' οὐδὲ ἐν βλέπει, sententiae ejusdem cum Latinorum pro-verbio, *Anus ad armillum*. In Archedici versu non Σκοτοδίνην, ut hodie, sed Σκοτοδίνην legit Eustathius: atque hinc probat etiam poculi nomen per se scribi solitum. neque obstat quod etiam in Graecorum Lexicis per se scribitur. nam ut alibi diximus et in passim confusa in antiquis Lexicographorum libris: itemque καὶ et ο. Scribo igitur verba Archedici.

A. Νικοστράτην τὴν ἡγαγον πρῶην σφόδρα γρυτῆν, Σκοτοδίνην ἐπικαλουμένην ὅτι δινόν ποτ' ἤρεν ἀργυροῦν ἐν τῷ σκέτῳ.

B. δίνον; κακὸν γὰρ τοῦτο δεινόν ὡς Δεινός.

Ait, Cyrenensium dialecto δίνον significasse τὸν ποδονιπτήρα, *pelvim* sive *pollubrum*: affini significatione. usurperunt alii pro *plyctere*, ut postea dicitur. In ΔΕΠΑΣΤΡΟΝ videtur scribendum παρὰ Κλειτορίοις τὰ ποτήρια δέπαστρα καλεῖσθαι. In ΔΑΚΤΥΛΩΤΟΝ. versus sunt Ionis, p. 788. ubi ὅσας δῶρον exponere debes, *auferat praemium*. non *afferat*: et, Κάστερος δ' ἔργον ποδῶν. *opis pedum Castoris*. id est, quod olim Castor praemium cursus est consecutus. Epigenes qui laudatur deinde, antiquus fuit criticus, multorum poetarum interpres. Scripserat in Ionem Chium ut hinc appareret: item in Orpheum, ut docent ista Clementis Alex. libri 5. Ἐπιγένης ἐν τῷ περὶ τῆς Ὀρφείας ποιήσεως. τὰ ἰδιάζοντα παρ' Ὀρφέα ἐκτελέμενος, Φησί. Hujus verba sunt explicantis δακτυλωτὸν ἐκπωμα apud Ionem, τὸ ἄμφωθεν πότηριον, ἐκ δ' οἴον τε τοὺς δακτύλους διείρειν ἐνατέρωθεν. *poculum utrinque aurium*, in quod digitos inficere possis ab utraque parte. perperam vulgati libri et interpretes διαιρῶν. quod emendationis primum ex ingenio, deinde ex Eustathio et Excerptis. Idem error paulo post corrigendus, in verbis Philemonis. In illis Ionis versibus quibus poculi digitati fit mentio, idem ἐκπωμα etiam ἄχραντον κυρί nuncupatur. Id quoque explicatur Ἀθιέναιος: et quidem multifariam: ut satis appareat, parum constitisse inter veteres critica cur. Ion sic esset locutus. At Didymus in enarratione ejus fabulae Ionem reprehendere ausus est ac dicere poculum illi dictum esse ἄχραντον κυρί, quia male accepisset Homeri versum in decursione Patroeli, πέμπτη ἀμφιδάτων Φιέλην ἀνύρπτον ἔθηκεν. de quo vide infra

e *Larissaeis* Sophoclis. Πολὺν δ' ἀγῶνα πάνξανα κηρύσσεται. Lego, πανξάνοις. omnibus hospitibus et peregrinis. πάνξανοι, ut πανάχαιοι et πανέλληνες. *Gras* qui dicitur hic dux fuisse Coloniae in insulam Lesbum deductae, is est opinor, quem Pausanias in Laconicis κτιστὴν fuisse Aeolidis, Echelati F. Penthili nepotem, Orestis abnepotem: nam Aeolicarum urbium ἡ Λέσβος σχεδὸν τι μητρόπολις ὑπῆρχεν, ut ait Strabo. *Grais* tamen hic Pausaniae dicitur non *Gras*. Ego hoc malo: ac scribam lubens apud Pausaniam, συνήραντο δὲ τῷ Γραῖ: non ut editum est Γραῖδι. Invenias usitatum hoc nomen apud Graecos: et scribit de eo antiquissimus grammaticorum Dionysius Thrax, τὰ εἰς ας κύρια ἰσοσυλλάβως κλινόμενα καὶ ἐπὶ τέλους ἔχοντα τὸν τόνον, περισπᾶται· οἶον ὁ Γραῖς, τοῦ Γραῖ, ὁ Λᾶς τοῦ Λᾶ. *Enallus* mox in MSS. est *Enalus*, diversa nominis origine. In ea historia quae de hoc p. 781. *Enalo* narratur postrema verba confuderunt exscriptores cum verbis Alexidis, propter aliquam similitudinem, ut dicturi sumus sequenti capite.

CAPUT QUARTUM.

Exhibetur fragmentum libri huius nunquam hactenus editum. idem postea leviter percurritur.

Mutili sunt editi codices Athenaei, amissis, temporum injuria paginis aliquot statim post illa verba, de quibus novissime tractatum est a nobis. Summam eorum quae desiderantur, inventam in illo optimo libro Excerptorum Davidis Hoefchelii, et altero parili huic, qui fuit penes eruditissimum virum Joannem Levinium, ut accepimus a nobilissimo Marco Velfero descripsimus, et infra subjecimus. Sic igitur in utroque eorum libro scriptum, non enim ficus, ficui similior, quam haec duo exemplaria: in hac certe parte: imo ut persuadeo mihi, etiam in caeteris. facile enim ex unguibus leonem. nam Levinianus codex nobis invisus.

Καὶ ποτε καὶ κύματος ἐπιφερομένου συγκολυμβήσαντα αὐτὸν ἐκβῆναι, ἔχοντα κύπελλον χρυσοῦ, οὕτω θαυμασίον, ὥς τὸν παρ' αὐτοῖς αὐτῷ παραβαλλόμενον, οὐδὲν διάφορον εἶναι χαλκοῦ. Τιμιώτατον δὲ ἦν πάλαι τὸ τῶν ἐκπωμάτων κτῆμα. Ἀχιλλεὺς οὖν ὥς ἐξέλκτον τι εἶχεν ἀνάθημα δέπας. οὐδέ τις ἄλλος οὔτε θεῶν πίνασκεν ἀπ' αὐτοῦ,

Οὕτε θαρσύνει, ὅτι μὴ Διὶ. Καὶ ὁ Πρίαμος δὲ τὸν υἱὸν λυτρούμενος τοῖς ἐπισημοτάτοις κειμηλίοις, καὶ δέκας δίδωσι περικαλλές. Αὐτός γε μὴν ὁ Ζεὺς τῆς Ἡρακλέους γενέσεως ἄξιον ἡγήσεται δῶρον Ἀλκμήνῃ ποτήριον, ὅπερ Ἀμφιτρύωνι εἰκασθεὶς δίδωσιν. Ἀ δ' ὑποδεξαμένα θαῆσαστο χρύσειον αἶψα ποτήριον. Τὸν δὲ Ἥλιον ὁ Στήσιχος ποτηρίῳ διαπλεῖν Φησὶ τὸν ὠκεανόν. ὃ καὶ τὸν Ἡρακλέα περαιωθῆναι, ἐπὶ τὰς Γηρύονου βόας ὀρμῶντα. Οἶδαμεν δὲ καὶ τὸ Βαθυκλέους τοῦ Ἀρναῖδος ποτήριον, ὃ σοφίας ἄθλον ὁ Βαθυκλῆς τῷ κληθέντι ἀρίστῳ τῶν καλουμένων σοφῶν ἀπέλιπε. Τὸ δὲ Νέστορος ποτήριον πολλοὶ κεραμεύουσι. πλείστοι γὰρ περὶ αὐτοῦ συνεγράψαντο. Καὶ Θεοφίλῃς δὲ τὸ ποτήριον. Χρυσείοις γοῦν δέκαεσσιν ἀλλήλους δεξιοῦνται. Ἐλευθέριον δὲ Φησὶ καὶ ἐμμελὲς ἐν οἴνῳ διάγειν μὴ κωθωνιζόμενον, μηδὲ Θρακίῳ νόμῳ ἀμυστίν οἰνοποιεῖν· ἀλλὰ τῷ πόματι Φάρμακον ὑγείας ἐγκιρῶναι τὸν λόγον.

Ὅτι διὰ σπουδῆς εἶχον οἱ ἀρχαῖοι ἀκόλαστοι ἱστορίαν ἔχειν ἐν ἐκπώμασιν. Ἐν ταύτῃ δὲ τῇ τέχνῃ εὐδοκίμησαν Κίμων καὶ Ἀθηνοκλῆς. Ἐχρῶντο δὲ καὶ λιθοκολλήτοις ἐκπώμασι. Μένανδρος δὲ πού Φησὶ καὶ ποτήριον τορνευτὸν, καὶ τορνευτὰ Ἀντιφάνης.

Ἄλλοι δὲ καὶ δὴ βακχίου παλαιγενεῖς

† ἀφρῶ σκιά, καὶ χρυσοκόλλητον δέκας
μεστὸν κύκλῳ χορεῦον ἔλκουσιν γνάθοις.

ὀλκοῖς ἀπαύστοις, παντελῶς ἐστραμμένοις,

τ' ἄνω κάτω δεικνύντας. Φησὶ πρὸς τίνα Νικόμαχος,

Ω χρυσοπλαῦστα καὶ χρυσοῦς ἐμῶν. Φιλιππίδης. τὰ ποτήρια αὖ ἴδης τὰ παρεσκευασμένα, ἅπαντα χρυσᾶ, τρόφιμοι, νῆ τὸν οὐρανὸν ὑπερήφανα. Ἐγὼ μὲν γὰρ ἐξέστην ἰδών. Κρατῆρες ἀργυροὶ κάδοι καὶ μείζους ἐμοῦ.

Ὅτι Παρμενίων συγκεφαλαιοῦμενος ἐν ταῖς πρὸς Ἀλέξανδρον ἐπιστολαῖς τὰ Περσικὰ λάφύρα, ποτηρίων, Φησὶ, χρυσᾶν σταθμὸς τέλει Βαβυλώνια ογ, μυαὶ ιβ, ποτη-
p. 782.
ρίων λιθοκολλήτων σταθμὸς τέλει Βαβυλώνια νς, μυαὶ λδ. Ἐθός δὲ ἦν πρότερον ἐν τῷ ποτηρίῳ ὕδωρ ἐμβαλλεσθαι, μεθ' ὃ τὸν οἶνον. Ξενοφάνης,

Οὐδέ κεν ἐν κύλικι πρότερον κεράσειε τις οἶνον
ἐγχεάς, ἀλλ' ὕδωρ καὶ καθ' ὑπερθε μέθυ.

Ἀνακρέων. Φέρ' ὕδωρ, Φέρ' οἶνον ὦ παῖ, Φέρε δ' ἀνθρασκῶντας ἡμῖν στεφάνους. ἔναιον, ὥς μὴ πρὸς ἔρωτα πυκταλίζω. Πρὸ δὲ τούτου Ἡσιόδος. Κρήνης τ' αἰνάου καὶ ἀπορρύτου ἦτ' ἀδόλωτος τρεῖς ὕδατος προχέειν, τὸ δὲ τέτατον ἵμεν οἶνου. Θεόφραστος, ἐπεὶ καὶ τὰ περὶ

τὴν κρᾶσιν ἐναντίως εἶχε τὸ παλαιὸν τῷ νῦν παρ' Ἑλλησιν ὑπάρχοντι. οὐ γὰρ τὸ ὕδωρ ἐπὶ τὸν οἶνον ἐπιχεῖν, ἀλλ' ἐπὶ τὸ ὕδωρ τὸν οἶνον, ἵσπως ἐν τῷ πίνειν ὑδαρῶστερον χρωῖνται τῷ ποτῷ, καὶ τούτου ποιησάμενοι τὴν ἀπόλαυσιν ἤττον ὀρέγοντο τοῦ λοιποῦ. Καὶ τὸ πλεῖστον δὲ εἰς τοὺς κοττάβους κατανήλισκον. Ἐνδοξοὶ δὲ τορσυταὶ Ἀθηνόκλης, Κρατῆς, Στρατόνικος, Μυρμηκίδης ὁ Μιλήσιος, Καλλικρατῆς ὁ Λάκων, καὶ Μῦς. οὗ εἶδομεν σκύφον Ἑρακλειωτικόν, τεχνικῶς ἔχοντα Ἰλίου ἐντεταρνευμένην πόρθησιν, ἔχοντα ἐπίγραμμα τόδε,

Γράμμα Πηρασίοιο, τέχνα Μυός. ἐμμί δὲ ἔργον

Ἰλίου αἰπεινᾶς, ἄν ἔλον Αἰακίδαί.

Ὅτι κλεινοὶ λέγονται παρὰ Κρησὶν οἱ ἐράμμενοι. σπουδῇ δὲ αὐτοῖς παιδας ἀρπάζειν, καὶ τοῖς καλοῖς παρ' αὐτοῖς ἄδοξόν ἐστιν ἐραστοῦ μὴ τυχεῖν. Καλοῦνται δὲ οἱ ἀρπασθέντες παρασταθέντες. διδῶσι δὲ τῷ ἀρπασθέντι στολὴν καὶ βοῦν, καὶ ποτήριον. ἦν καὶ πρσβύτεροι γενόμενοι φέρουσιν, ἵνα δηλοῖ ὥσι κλεινοὶ γενόμενοι.

Ὅρᾳς δ' ὅταν πίνωσιν ἄνθρωποι τότε,
πλουτοῦσι, διαπράττουσι, νικῶσιν δίκας,
εὐδαιμονοῦσιν, ἀφελοῦσι τοὺς Φίλους.

αὔξει γὰρ καὶ τρέφει μεγαλύνει τε τὴν ψυχὴν ἢ ἐν τοῖς πότοις διατριβῇ, ἀναζωπυροῦσα καὶ ἀνεγείρουσα μετὰ Προνήσεως τὸν ἐκάστου νοῦν, ὥς Φησὶν ὁ Πίνδαρος, ἀνίε' ἀνθρώπων καματώδεις οἷχονται μέριμναι στηθέων ἔξωθεν, πελάγει δ' ἐν πολυχρύσου πλούτου πάντες ἴσα νόμεν ψευδῇ πρὸς αὐτάν· ὃς μὲν ἀχρήμων ἀφνειὸς τότε· τοὶ δ' αὖ πλουτέοντες· εἴτα ἐπάγει, ἀέξονται φρένας ἀμπελίνους τόξοις δαμέντες.

ΑΓΚΥΤΛΗ. ποτήριον πρὸς τὴν τῶν κοττάβων παιδιὰν χρήσιμον. Κρατῆνος, Πισὶν δὲ θάνατος οἶνον, ἄν ὕδωρ ἐπῇ. ἀλλ' ἴσον ἴσῳ μάλιστα ἀκράτου δύο χοεᾶς Πίνουσ' ἀπ' ἀγκύλης ἐπονομάζουσα Ἰησι λάταγας τῷ Κορινθίῳ πέει. καὶ Βακχυλίδης, Εὐτε τὴν ἀπ' ἀγκύλης Ἰησι τοῖς νεανυσταῖς λευκὸν ἐντείνουσα πῆχυν. Ἐντεῦθεν νοοῦμεν τοὺς παρ' Αἰσχύλῳ ἀγκυλητοὺς κοττάβους. λέγονται δὲ καὶ δόρατα ἀγκυλητὰ, καὶ μεσάγκυλα, ἀλλ' ἀπὸ ἀγκύλης, ἥτοι τῆς δεξιᾶς χειρός. καὶ ἡ κύλιξ δὲ ἡ ἀγκύλη, διὰ τὸ ἀπαγκυλοῦν τὴν δεξιὰν χεῖρα ἐν τῇ προέσει. ἦν γὰρ τοῖς παλαιοῖς πεφροντισμένον, καλῶς καὶ εὐσχημόνως κότταβον προῖσθαι. καὶ οἱ πολλοὶ ἐπὶ τούτῳ μᾶλλον ἐφρόνουν μέγα, ἢ ἐπὶ τῷ εὖ ἀκοντίζειν· ὠνομάσθη οὖν ἀπὸ τοῦ τῆς χειρός σχηματισμοῦ, ὃν ποιούμενοι εὐρύθμως ἐρρίπτουν εἰς τὸ κοττάβιον. Καὶ οἴκους δὲ ἐπιτηδείους κατεσκευάζον εἰς ταύτην τὴν παιδιάν.

Ὅτι παρὰ Τιμαχίδα ΑΙΑΚΙΣ ἡ κύλιξ καλεῖται.

ΑΚΑΤΟΣ, ποτήριον εὐκός πλοῖον. Ἐπικράτης, Κατάβαλλε τὰ κατὰ κυλίκια αἵρου τὰ μελῶ, καὶ εὐθὺ τοῦ παρχησίου ἀνελκε τὴν γραῦν τὴν νέαν δ' ἐπηυρίσας, Πλήρωσον ἐντραπὴν τε τὸν κόντον ποιοῦ. Καὶ τοὺς κάλους ἔκλυε, καὶ χάλα πόδας.

ΑΩΤΟΝ. παρὰ Κυπρίοις τὸ ἔκπωμα, ὡς Πάμφιλος. p. 783. Φιλήτας δέ, ποτήριον οὐκ οὐκ ἔχον.

ΑΡΟΚΛΟΝ ἡ Φιάλη παρὰ τῷ Κολοφώνῳ Νικάνδρῳ.

ΑΛΕΙΣΟΝ καὶ δέπας τὸ αὐτό. Ὅμηρος ἐν Ὀδυσσεῖα περὶ Πεισιστράτου, ἐν δ' οἶνον ἔχουε χρυσεῖον δέπαι· εἶτα παρακατιῶν, τὸ αὐτό, τούνεκά σοι δώσω χρύσειον ἄλειςον· καὶ ἐξῆς τὸ αὐτό πάλιν, δῶκε δὲ Τηλεμάχῳ καλὸν δέπας. Φησὶν οὖν Ἀσκληπιάδης ὁ Μυρλεανός, δοκεῖ μοι Φιαλῶδες εἶναι τὸ δέπας· σπένδουσι γὰρ ἐν αὐτῷ. λέγει γοῦν Ὅμηρος δέπας δι' οὗ Διὶ μόνῳ σπένδασκεν Ἀχιλλεύς. Καλεῖται δὲ δέπας, ἥτοι ὅτι δίδεται πᾶσι τοῖς σπένδειν βουλομένοις, εἶτε καὶ τοῖς πίνειν· ἢ ὅτι δύο ὄπας εἶχε (ταῦτα δὲ ἂν εἴη τὰ ὄτα) τὸ δὲ ἄλειςον, ἥτοι ἀπὸ τοῦ ἄγαν λείον εἶναι· ἢ ὅτι ἀλίζεται ἐν αὐτῷ τὸ ὑγρόν. Ὅτι δὲ δύο ὄτα εἶχε δῆλον. ἥτοι ὃ καλὸν ἄλειςον ἀναιρήσεσθαι ἔμαλλε Χρῦσειον, ἄμφωτον. Ἀμφικύπελλον δὲ λέγων αὐτό, οὐδὲν ἄλλο σημαίνει ἢ ὅτι ἦν ἀμφικυρτον. Σιληνός δὲ ἀμφικύπελλον Φησὶ τὸ μὴ ἔχον ὄτα. ἄλλωι δὲ τὴν ἀμφὶ ἀντὶ τῆς περὶ εἶναι· ἢ ἡ περίποτον τὸ πανταχόθεν πίνειν ἐπιτήδειον. Παρθένιος δὲ διὰ τὸ περικυρτῶσθαι τὰ ὠτάρια. κύφον γὰρ εἶναι τὸ κυρτόν. Ἀνίκητος δὲ τὸ μὲν κύπελλον Φησὶ Φιάλην εἶναι· τὸ δὲ ἀμφικύπελλον ὑπερφιάλον, τὸ ὑπερήφανον καὶ καλόν· εἰ μὴ ἄρα τὸ ποικίλον τῇ κατασκευῇ ἄλειςόν θέλει τις ἀκούειν, ἔξω λαιότητος ὄν. Πείσανδρος δὲ Φησιν Ἡρακλέα Τελαμῶνι τῆς ἐπὶ Ἴλιον στρατείας ἀριστεῖον ἄλειςον δοῦναι.

Ὅτι ἐστὶ ποτήριον ΑΜΑΛΘΕΙΑΣ ΚΕΡΑΣ καὶ ΕΝΙΑΤΤΟΣ καλούμενον.

ΑΜΦΩΤΙΣ. ξύλινον ποτήριον, ᾧ χρῆσθαι τοὺς ἀγροίκους Φιλήτας Φησὶ τοὺς ἀμέλγοντας εἰς αὐτό, καὶ οὕτω πίνοντας.

ΑΜΥΣΤΙΣ. καλεῖται μὲν οὕτω πόσις τις, ἣν ἐστὶν ἀπνευστὶ πίνειν μὴ μύσαντα. καλοῦσι δὲ οὕτω καὶ τὰ ποτήρια ἀφ' ὧν ἐστὶ πιεῖν εὐμαρῶς. καὶ τὸ ῥῆμα δὲ ἐξεμύστισε, Φασὶ, τὸ ἐφ' ἐν πνεῦμα πιεῖν. ὡς ὁ κωμικὸς Πλάτων.

Λύσας δὲ ἀργὴν στάμνον εὐώδους ποτοῦ.

Ἰησιν εὐθὺς κύλικος εἰς κοῖλον κύτος ἐπειτ' ἄκρατον καὶ ταταργανωμένον ἔπινε, καξεμύστισεν.

Ἔπινον δὲ τὴν ἄμυστιν μετὰ μέλους μεμετρημένου
πρὸς ὠκυτότητα χρόνου. ὡς Ἀμειψίας,
Αὐλῆι μοι μέλος· σὺ δ' ἄδεις πρὸς τήνδ'. ἐκπίομαι
δ' ἐγώ.

τέως αὐλῆι σὺ καὶ τὴν ἄμυστιν λάμβανε.

οὐ χρὴ πολλὰ ἔχειν θνητὸν ἄνθρωπον.

ἀλλ' ἐρᾶν καὶ κατεσθίσαι· σὺ δὲ κάρτα Φεῖδῃ.

ΑΝΤΙΓΟΝΙΣ. ἔκπωμα ἀπὸ τοῦ βασιλέως Ἀντιγόγου,
ὡς ἀπὸ Σελεύκου σελευκοῖς καὶ ἀπὸ Προυσίου προυσίς.

ΑΝΑΦΑΙΑ. ἡ θερμοποτις παρὰ Κρησίν.

ΑΡΤΥΒΑΛΛΟΣ. ποτήριον κίτῳθεν ἰσχυρότερον, ἄνω
δὲ συνηγμένον, ὡς τὰ συσπαστὰ βαλάντια, ἃ καὶ αὐτὰ
διὰ τὴν ὁμοιότητα ἀρυβάλλους τινὰς καλοῦσιν. Ἀριστο-
Φάνης Ἰκπεῦσι· κατασπένδειν κατὰ τῆς κεφαλῆς ἀρυ-
βάλλω ἀμβροσίαν· οὐ πόρρω δὲ ἐστὶ τοῦ ἀρυστήχου ὁ
ἀρύβαλλος, ἀπὸ τοῦ ἀρύειν καὶ βάλλειν. λέγουσι δὲ καὶ
προχρουν ἀρυστιν. Σοφοκλῆς,

Κακῶς σὺ πρὸς θεῶν ὀλουμένην,

p. 784.

ἢ τὰς ἀρύστεις ᾧδ' ἔχουσ' ἐκώμασας.

ἐστὶ δὲ καὶ πόλις Ἰώνων Ἀρυστις.

ΑΡΓΥΡΙΣ εἶδος ποτηρίου, οὐ μόνον ἐξ ἀργυροῦ.
Ἀναξίλας. καὶ πίνειν ἐξ ἀργυρίδων χρυσῶν.

ΒΑΤΙΑΚΙΟΝ, λαβρώνιος, τραγέλαφος, κρίστις, πο-
τηρίων ὀνόματα. Περσικῇ δὲ Φιάλῃ ἡ βατιάκη. Ἀλεξάν-
δρου δὲ τοῦ βασιλέως ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς ταῖς πρὸς τοὺς
ἐν τῇ Ἀσίᾳ σατράπας φέρεται τις ἐπιστολῇ, ἐν ᾗ ταῦτα
γέγραπται, ἀργυραῖ κατάχρυσοι τρεῖς. κόνδυα ἀργυρᾷ ροσ.
τούτων ἐπίχρυστα λγ. τισιγίτης ἀργυροῦς εἰς. μύστροι ἀρ-
γυροῖ κατάχρυσοι λβ. λαχανοθήκη ἀργυρᾷ μία· οἰνόφορον
βαρβαρικὸν ἀργυροῦν ποικίλον ἓν· ἄλλα ποτήρια παντο-
δακὰ μικρὰ κθ. ἄλλα ποτήρια μικρὰ φυτὰ, καὶ βάτια.
καὶ λυκουργοὶ ἐπίχρυσοι, καὶ θυμιατήρια, καὶ τρύβλια.

ΒΗΣΣΑ. ποτήριον παρ' Ἀλεξανδρεῦσι, πλατύτερον
ἐκ τῶν κάτω μερῶν, ἐστενωμένον ἄνωθεν.

ΒΑΤΚΑΛΙΣ. ἐν Ἀλεξανδρείᾳ καὶ αὕτη. ὡς Σώπα-
τρος ὁ παρθός, βαυκαλὶς ἡ τετράκυκλος· καὶ πάλιν. νᾶμα
μελισσῶν ἡδὺ μὲν ὄρθρου καταβαυκαλίσαι τοῖς ὑπὸ πολ-
λῆς κραιπαλοβόσκου δίψης κατόχοις. κατασκευάζουσι δὲ
Φησὶν οἱ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τὴν ὕαλον, μεταβρῦθμιζόντες
πολλάκις πολλαῖς ἰδέαις ποτηρίων, παντὸς τοῦ πανταχό-
θεν κατακομιζομένου κέραμου τὴν ἰδέαν μιμούμενοι. Λύ-
σιππον τὸν ἀνδριαντοποιὸν Φασὶ Κασάνδρῳ χαρίζομενον,
ὅτε συνάκισε τὴν Κασάνδρειαν Φιλοδοξοῦντι, καὶ βουλομένῳ
ἰδίον τινα εὐρέσθαι κέραμον, διὰ τὸ πολὺν ἐξάγεσθαι τὸν

Μενδαῖον οἶνον ἐκ τῆς πόλεως, Φιλοτιμηθῆναι, καὶ πολλὰ καὶ παντοδατὰ γένη παραθέμενον περαμαίω, ἐξ ἐκαστοῦ ἀποπλάσαιμενον ἴδιον ποιῆσαι πλάσμα.

BIKOS. Ξενοφῶν Ἀναβάσεως πρώτῃ, Κύρος ἔπειτα βίκους οἶνου ἡμιδαις. Ἔστι δὲ Φιαλῶδες ποτήριον κατὰ τὸν Παριανὸν Πολυδεύκην.

BOMBΥΔΙΟΣ, Θηρίκιον βοδιακόν· οὗ περὶ τῆς ἰδέας Σωκράτης Φησὶν, οἱ μὲν ἐκ Φιάλης πίνοντες ὅσον θέλουσιν τάχιστα ἀπαλλαγέσονται, οἱ δὲ ἐκ βομβυλίου κατὰ μικρὸν σταζόντες. Ἔστι δὲ καὶ ζῶον τι.

BROMΙΑΔΕΣ. ἔκπωμα ὅμοιον τοῖς μακροτέροις τῶν σκύφων.

ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΝ ἔκπωμα, τὸ γράμματα ἔχον ἐγκα-
 χαραγμένα. Ἄλεξις· τὴν ὄψιν εἶπω τοῦ ποτηρίου γέ σου
 Πρώτιστον· ἦν γὰρ στρογγύλον, μικρὸν πάνυ, Παλαιόν,
 ὅσα συντεθλασμένον σφόδρα. Ἐχον κύκλω τε γράμματα.

Ὅτι πάντες οἱ ἀρχαῖοι τῷ οὐ ἀντὶ τοῦ οὐ στοιχείου
 προσεχρῶντο· παραπλησίως δὲ καὶ τῷ εἰ ἀντὶ τοῦ ε. σαν
 δὲ, etc. A descriptione poculi quae narrationem Anti-
 clidis de Enalo clauderat, transiit librarius ad alius
 poculi descriptionem, quae Alexidis versibus continebatur
 in sermone de literatis poculis. Errori, ut videtur, an-
 sam praeberunt vocabula aliquot tam ab Anticlido quam
 ab Alexide usurpata. Atque hic error semel commissus
 in uno libro, in omnia deinde exemplaria de quibus
 aliquid nobis compertum, propagatus est. Saepe jam de
 hoc genere mendae questus sumus. Non temere ullum
 invenio scriptorem antiquum, cujus codicibus non sit
 aliquod simile ex eadem causa vulnus impositum. Sed
 enim hoc insigne exemplum est: Neque enim ut fere fit,
 periodi aliquot, sed integrae paginae sunt praetermissae. p. 785.

Anticlidis verba ita, opinor, Athenaeus scripserat συγκο-
 λυμβήσαντα αὐτὸν ἐμβῆναι, ἔχοντα κύπελλον, στρογγύλον,
 μικρὸν, πάνυ παλαιόν, χρυσοῦ δὲ οὕτω θαυμαστοῦ, ὥς
 τὸν παρ' αὐτοῖς αὐτῷ παραβαλλόμενον, οὐδὲν διάφορον
 εἶναι χαλκοῦ. Alexidis autem versus sic: Γραμματικὸν
 ἔκπωμα. τὸ γράμματα ἔχον ἐγκαχαραγμένα Ἄλεξις.

Τὴν ὄψιν εἶπω τοῦ ποτηρίου γέ σου

πρώτιστον· ἦν γὰρ στρογγύλον, μικρὸν πάνυ,

παλαιόν, ὅσα συντεθλασμένον σφόδρα.

ἔχον κύκλω τε γράμματ'. ἀρά γ' ἔνδεκα

χρυσᾶ, ΔΙΟΣ ΣΩΤΗΡΟΣ; οὐκ ἄλλου μὲν οὖν.

τοιοῦτον, etc.

Ἀχιλλεὺς οὖν ὥς ἐξαίρ. Locum respicit qui est Ἰλιάδ.

Casaub. Anim. in Athen. T. III.

B

ραψ. π. de Priami poculo vide ραψ. ω. Αὐτός γε ἄλλ' ὃ Ζεὺς. vide infra in sermone De carchefio, et de Scypho. Stefichori locum de Solis poculo habes infra in *Herculeo* poculo. Οἷδαμεν δὲ καὶ τὸ Βαθυκλέους

τοῦ Ἀρκάδος ποτήριον. Nota historia ex Diogenis Laertii Thalete. De eodem aliquid iterum infra in ΠΕΛΛΑ.

Χρυσέοις οὖν δεπάσσει ἀλλήλους δεξιούμενται. dii videlicet, apud poetam. alludit ad hos versus.

Οἱ δὲ θεοὶ παρ Ζηνὶ καθήμενοι ἡγορόωντο,
χρυσέῳ ἐν δαπέδῳ· μετὰ δὲ σφισι πότνια Ἥβη
Νέκταρ ἐφνοχόει· τοὶ δὲ χρυσέοις δεπάσσει
δαιδέχατ' ἀλλήλους.

Ἀντιφάνης. ἄλλοι δὲ καὶ δὴ Β. Quatuor hic senarii jambici, et pars quinti. Sed versus secundi prima ταυτοποδία in utroque Excerptorum libro similiter scripta, quomodo sit restituenda non possum conjectura assequi, τάλαντα Βαβυλωνία οὐ, μναὶ ἰβ'. Ita Hoefscheliana Excerpta: at Levinii, μναὶ νβ. Ἐθός δ' ἦν πρότερον ἐν τῷ ποτ.

Durat hic mos hodieque in Narbonnensi Gallia: ubi pueri a poculis aquam in scypho offerunt, deinde vinum ex oenophoro aut lagena infundunt. In Anacreontis verbis, Φέρ' ἀνθεμῶντας ἡμῖν στεφάνους. Aeblicum est, ἀνθεμῶντας pro ἀνθεμῶντας: hoc autem pro ἀνθεμῶντας. offer nobis floreas coronas. In neutro libro perscripta erat haec dictio: sed notata compendio eodem. Ratio medica moris hujus quae ex Theophrasto affertur, ut epoto prius, quod erit magis aqueum, minus avide vinum expetatur: subtilior est quam verior. Nam contra: cum aquae prius infusae vinum superfunditur, prius quam aqua vinum bibitur: utpote labro propius aquam voco et vinum, quod plus aquae aut vini mixtum habet. Hoc igitur videamus. At illud recte: remedium adversus temulentiam fore, si potu τοῦ ὕδατος naturae satisfactum fuerit prius. Nec dissimile est quod libro tertio dicebamus, capite trigesimo tertio. οὐ εἶδομεν σκύφῳ

Ἡρακλειωτικόν. quid appellet scyphum Heracleoticum discere ex iis quae dicuntur infra, ubi agitur de scaphide. Ὅτι κλεινοὶ λέγονται παρὰ Κρησίν. Ex istis Excerptis divinare non possumus quomodo delatus sit Athenaeus in hunc sermonem tam alienum huic loco, nam alibi plura auctor p. 786. de hoc Cretenium furore. Sed de occasione digressiunculae hujus licet facere conjecturam ex simili loco infra in Χέννο. vide fragmentum alterum capite 15. descriptum. Caeterum de voce κλεινός adi Hesychium, et Eustathium

qui haec citat. Subjecti versus Ὅπως ἔταν πίνουσιν, etc. Aristophanis sunt ex equitibus. αἴξει γὰρ καὶ τρέφει, μεγαλύνει τε τὴν ψυχὴν ἢ ἐν τοῖς πότοις διατριβή. Libro duodecimo. ἔστι γὰρ τὸ μὲν ἡδεσθαι καὶ τὸ τροφῆν εὐεθέρων. αἴκει γὰρ τὰς ψυχὰς καὶ αἴξει, et in hanc sententiam alia multa. Αἴκυλῃ. Vide libro decimo quinto et Helychium. Sed et infra hoc libro in Κοτταβίῃ eadem pene verba. Αἰανίς ἡ κύλιξ καλεῖται. Perperam apud Helychium, αἰανίξ. Eustathium lege haec describentem. Ἀκατος, acutum pro poculo usurpatum esse, etiam grammatici nos docent. In Epicratis verbis πόντος est quam vocabant nautae καταπερπηγλαν. Festus in voce percontor. χάλια πόδας Hoesch. Exci πόδα Levinii, notum quid *pes* in re nautica. Ἀποχλον. Videtur vere Graecum vocabulum. Eadem tempore omnia totidem literis in utroque Excerptorum libro. De poculis quas vocabant *amalthéas cornu*, et *eniutum*, Eustathius ex Athenaeo. καὶ τεταργανωμένον. hoc est τάργανος, de quo capite decimo tertio. τισιγίτης ἀργυροῦς εἶς. Disertim ita scriptum in utroque exemplari. Barbaricum et nomen et poculum. εἰς ἐκαστου ἀποπλασάμενον ἴδιον ποιῆσαι πλάσμα. In utroque libro erat ἰδίᾳ, superscriptis τῷ α litteris εν. Puto scribendum, εἰς ἐκ. ἀπ. τὸ ἴδιον, ἴδια ποιῆσαι, πλάσματα, vel ἰδιάζον π. πλάσμα. De bombylio dictum libro sexto, capite 18. Γραμματικὸν ἔκπωμα. quicquid erat literis inscriptum, Graeci γραμματικόν, Latini *litteratum* dixerunt. ut *frons litterata*, et in Rudente, de urna, *Nam litterata est: ab se cantat cuja fiet*. γραμματικῷ ποτηρίῳ meminit Le-xiphanes Lucianus.

CAPUT QUINTUM.

Pocula litterata. Veteres pronuntiassent τὸ ο, εν. γνώλαι. δεινός et δινός. ἔργον ποδῶν. Epigenes vetus criticus. poculum δακτυλιωτὸν et ἄχραντον πυρί. Cypselā. ἐμβασικοῖτας. et ἐμβασιχύτας. προπίνειν κόμην τινί. Pollucis locus. Veterum figmentum Solem in poculo vehi. Manis haeresiarchae adfines commentum. plurima emendata.

LITERATI poculi exemplum commemorat sophista coenarum, Capuae visum sibi, Dianae consecratum, ex Ho-

mericis versibus petito caelaturae argumento: ipsis etiam insculptis inibi versibus poetae: tanquam esset Nestoris poculum: non quod voluerit artifex persuadere hominibus, esse hoc illud ipsum poculum, quo Nestor usus: sed hanc fuisse illius figuram, auctore poeta. Similes poculo haec videntur fuisse illi duo scyphi Homericæ Nestoris, de quibus Suetonius in vita, cap. quadragesimo p. 787. septimo. Faciunt injuriam industrii artificis manibus, qui solidum hic illum appellant. Sed non assenti sunt viri boni mentem Athenæi: qui infra in Νεστορικῇ scribit, vulgus Capuanorum pro vere Nestoreo id poculum habuisse. Subjicitur huic aliud literas inscriptum poculum ex Achæi tragici Omphala: cujus versus male in vulgatis codicibus acceptos ita scribimus. Loquitur unus satyrorum.

Ὁ δὲ σκύφος μὲ τοῦ θεοῦ καλεῖ πάλαι,
τὸ γράμμα φαῖνον, δέλτα, ἰῶτα, καὶ τρίτον
ὦ, νῦν τ' αὖ πάρεστι, καὶ οὐκ ἀπείστω.
ἐν τοῦ πέλεινα σάν, τὸτ' ὦ κηρύσσεται.

Dudum est cum me dei scyphus vocat, literam ostendens, Δ. I. et tertiam O. etiam N adest: neque abest T. Ulterius praedicant dei nomen duae literae Σ. et O. Ut plenum sit Διορύσσει nomen unum a fine v desideratur: quod a caelatore fuerit praetermissum, vel ab Achæo potius, explicat accurate Athenæus. Est autem ejus rei causa: quod veteres (legendum enim ex Epit. πάντες οἱ ἀρχαῖοι non οἱ Ἀχαιοί) vocalem o pronuntiabant ου. Unde factum ut pro simplici vocali interdum scriberent ου: ut libre superiore capite vigesimo, et contra pro diphthongo simplex o: ut in hoc loco. Addit Athenæus, παραπλησίως δὲ καὶ τὸ ὦ γράφουσιν ὅταν καὶ καθ' αὐτὸ μόνον ἐμφωνῇται, καὶ ὅταν συζευγνυμένου τοῦ ἰῶτα. Ut o pro ου scripserunt: sic etiam v pro diphthongo υῖ. Ita quidem vulgata lectio: at non ita manu exarata. Nam in Excerptis summa hujus τηρησιδίου. ita proponitur. Ὅτι πάντες οἱ ἀρχαῖοι τῷ οὔ ἀντὶ τοῦ ὦ στοιχείου προσεχρῶντο. παραπλησίως καὶ τῷ εἰ ἀντὶ τοῦ ε. Fortasse non male. De san Dorico, vulgo notum ex Herodoto et aliis. Pindari verba exercuerunt nos libro 10. capite 11. Eubuli locus per nos hanc desinet esse stigmatias. Ad alia. ΓΥΑΛΑ. vel invitis libris omnibus γυάλαι scribendum. legi apud Euripidem γυάλα κρατήρων: neque abnuero etiam γυάλα κυλίκων posse dici. at γυάλον pro poculo non leges: sed γυάλας. sic in omnibus deinceps exemplis.

Pro ΔΕΙΝΟΣ scriptum in Excerptis Δεινός: quod est idem: et additur, λέγεται δὲ ἡ δεινός καὶ δίνος. Versus est elegans veteris comici, Πιότηρ' ἡ γράψ, ἄλλο δ' οὐδὲ ἐν βλέπαι, sententiae ejusdem cum Latinorum proverbio, *Anus ad armillum*. In Archedici versu non Σκοτοδίνην, ut hodie, sed Σκοτοδίνην legit Eustathius: atque hinc probat etiam poculi nomen per se scribi solitum. neque obstat quod etiam in Graecorum Lexicis per se scribitur. nam ut alibi diximus si et in passim confusa in antiquis Lexicographorum libris: itemque καὶ et α. Scribo igitur verba Archedici.

A. Νικοστράτην τιν' ἤγαγον πρώην σφόδρα γρυτῆν, Σκοτοδίνην ἐπικαλουμένην ὅτι δινόν ποτ' ἤρεν ἀργυροῦν ἐν τῷ σκέτῳ.

B. δίνον; κακὸν γὰρ τοῦτο δεινὸν ἢ δεινόν.

Ait, Cyrenensium dialecto δίνον significasse τὸν ποδονιττήρα, *pelvim* sive *pollubrium*: affini significatione. usurperunt alii pro *psyctere*, ut postea dicitur. In ΔΕΠΑΣΤΡΟΝ videtur scribendum παρὰ Κλειτορίοις τὰ ποτήρια δέκα-στρα καλεῖσθαι. In ΔΑΚΤΥΛΩΤΟΝ. versus sunt Ionis, p. 788. ubi οἷσας δώρον exponere debes, *auferat praemium*. non *afferat*: et, Κάστορος δ' ἔργον ποδῶν. *opus pedum Castoris*. id est, quod olim Castor praemium cursus est consecutus. Epigenes qui laudatur deinde, antiquus fuit criticus, multorum poetarum interpres. Scripserat in Ionem Chium ut hinc appareret: item in Orphen, ut docent ista Clementis Alex. libi 5. Ἐπιγένης ἐν τῷ περὶ τῆς Ὀρφείας ποιήσεως, τὰ ἰδιάζοντα παρ' Ὀρφεί ἐκτιθέμενος, Φησί. Hujus verba sunt explicantis δακτυλωτὸν ἐκπωμα apud Ionem, τὸ ἀμώτερον ποτήριον, ἐκ δ' οἷον τὰ τοὺς δακτύλους διείρει ἐνατέρωθεν. *poculum utrinque aurisum*, in quod digitos inficere possis ab utraque parte. perperam vulgati libri et interpretes *διαρπῶν*. quod emendavimus primum ex ingenio, deinde ex Eustathio et Excerptis. Idem error paulo post corrigendus, in verbis Philemonis. In illis Ionis versibus quibus poculi digitati fit mentio, idem ἐκπωμα etiam ἀχραντὸν κυρί nuncupatur. Id quoque explicatur Ἀθιέναιος: et quidem multifariam: ut satis appareat, parum constitisse inter veteres critica cur. Ion sic esset locutus. At Didymus in enarratione ejus fabulae Ionem reprehendere ausus est ac dicere poculum illi dictum esse ἀχραντὸν κυρί, quia male accepisset Homeri versum in decursione Patroeli, πέμπτη ἀμφιδάτων Φιέλην ἀνύρπτον ἔθηκεν. de quo vide infra

in Φιάλῃ. putavit Ion, ait Didymus, Φιάλῃ Ille versu pot-
culum dici falsos nam. Homerus intelligit seneum vas pa-
tens adnatum, lebeti simile, suscipiendae frigidae aptum.
Dalecamp. quod de Ione dixerat Didymus ad Epigenem
transulit melius Breviator, Διδυμὸς Φησὶν ὅτι παρήκου-
σεν Ἴων Ἰονόρου. Sed hoc leve praeterea quod voluit
idem pro δράματος scribendum esse δρομήματος. nam
quid absurdum si hoc non est? simile illud, cum in
Homeri versu πέμπτη exponant quinto conuivae, cum
debuissent, quinto equorum agitatori. Μοχ, προθεῖς
κάλπις, Φησὶ δακτυλωτὸν ἔκτωμα id est, praeposita ad
exponendum voce κάλπις, ait esse poculum digitatum.
de hoc usu vocis προθεῖς saepe diximus de hoc poculo
infra. in ΕΛΕΦΑΣ scribe, αὐτὸς Δαμόξετος Φησὶν ἐν αὐ-
τὸν πενθοῦναι. meminit Suidas ex hoc loco; et, τὸν ἐλέ-
φαντ' ἔφηκε Φέρων ὁ πάλαι; et versum tertium, Διερύοντα
ἤλκον αἰετρεῖς χωροῦν χάος. necnon in extrema προ-
τίαν δὲ μὴ κατὰ Ἐν Κυβέλαισιν ἡδύας. melius quam ut
alii emendant. Cypselā noīēn arcis in Arcadia: et op-
pidi Icaīnadam in Thracia. ΕΦΗΒΟΣ. ὁ καλούμενος
ποτήριον ἀρβασινέταν οὕτως Φησὶ καλεῖσθαι. Φαίημου.
Eustathius legit ἐμβασινέταν. quod sum miratus. nam et
membranae et Excerpta et Petronius Arbiter ἐμβασινέταν
tuentes. In versu Stephani, Τούτῃ προτίαν ὁ βασιλεὺς
κόμην τινα, sic erat exponendum προτίαν κόμην τινα,
ut apud Demosthenem, προτίαν τῷ Φιλίππῳ τῇν ἔδου.
Ἰσχυαί τε ταῖς πόλεσι pro inter pocula dare et prodere.
veteres explicant χαλκισθῆναι, ut ille Anacreontis, ἀλλὰ
πρότιν μάνειν δὲ Φλαμπεύς. Sic libro 12, de Alci-
biade, προτίαν πρὸ Θρασύλλῃ τὰ ἡμέτερά των ποτήριον των
p. 789. ἐπὶ τῷ αὐλῳ. id est, cum propinasset. Thraσύλλῳ δι-
midiam partem poculorum, quae in poculorum theca
erant, vel super mensa poculorum propter ἑστῆ. At κό-
μην esse poculi nomen tam alienum a vero quam quod
maxime. Versu isto, Εἰς χάος ὁ δακὺς ἔδωκε ἀπηνέχθην
ἀγῶ, quid sit restituendum quaevo adhuc, nisi cui pla-
ceat, Εἰς τὰς διὰ βλάς ἀπηνέχθην. et iudicent eruditi.
ΗΑΤΠΟΤΙΑΕΣ. Apud Pollucem libro sexto, capite de-
cimo sexto, ita scriptum est in poculorum censu, κα-
λοῦνται δὲ καὶ ἡδυποτίδες, ἡβρώμιοι; πυταί, deest nihil
hic sani, sed sanatu facilia omnia scribe, καὶ ἡδυποτίδες
αἱ πόδια, πυτὰ, δῖνοι. Finxerunt olim poetae et pictores,
Herculi ad Geryonis boves naviganti pro navi magnom
poculum fuisse: sicut etiam superiore capite dictum est.

Caussam ejus figmenti [varie prodiderunt veteres. Servius sic, ad librum septimum, Hercules Geryonem vicit: qui ideo fingitur ad eum olla (sic vocat, quam alii phialam) aenea transvectus; quod habuit navim fortem et aere munitam.] Athenaeus vero caussam suspicatur esse hanc: quod magnis poculis solitus Hercules delectari. Sic ille μή ποτε δὲ ἐπεὶ μεγάλοις ἔχαιρα ποτηρίοις, ὁ ἥρως, διὰ τὸ μέγας παίζοντες οἱ ποιηταὶ καὶ συγγραφεῖς πλεῖν αὐτὸν ἐν ποτηρίῳ ἐμυθολόγησαν; puto verius, οἱ ποιηταὶ καὶ οἱ γραφεῖς. nam pictores et poetae talium figmentorum fabri extiterunt, non οἱ συγγραφεῖς. per pictores intellige omnes simulacrorum artifices de quibus dictum capite secundo, cum in gemino huic loco explicarem verbum δημιουργοῦσιν. Addit auctor, fuisse qui dicerent vehi Solem ab Oriente ad Occidentem in poculo. Inepti homines cum nunquam totus appareat Solis globus, induxerunt in animum credere, id quod oculis cernimus esse τὸ κυρτὸν cavi cujusdam quo Solis corpus contineretur. atque illud cavum appellarunt poculum, sive navigium. nam olim utriusque eadem ferme fuerunt et figura et nomen. ut κύμβη, κύμβιον, ἀνάτις, σναφίς, et κύνθαρος. Quid hoc fingi queat magis ridiculum? tamen etiam sapientes de Sole et Luna disputantes nomen disci videas usurpare. [Sic et auctor Quaestionum quae Athanasio tribuuntur. ἐπὶ τοῦ ἡλίου δίσκος, ἀκτὶς καὶ Φῶς. et ita saepe in explicatione mysterii sacro sanctae Trinitatis, discum vocat Solis orbem, sive corpus.] Videtur autem Manes haeresiarcha [ex illa veterum oblivione] mutuatus suum illud ridiculum dogma: Solem et Lunam navigia esse quibus defunctorum animae in beatorum regionem transportarentur. Theodoretus Polymorphi libro primo: in Manetis haeresi, τότε δὲ πλοῖα λέγοντες εἶναι, intellige Solem ac Lunam, τὰς τῶν τελευτάντων ψυχὰς ἀπὸ τῆς ὕλης μετὰγοντα πρὸς τὸ Φῶς. Epiphanius, πλοῖα ἤτοι πορθυεῖα εἶναι λέγει. Manes, τοὺς δύο Φωστήρας. Improbissimi hominis commentum tale fuit eodem auctore: ἑλθὼν, Dei filius, καὶ ποιήσας τὴν δημιουργίαν πρὸς σωτηρίαν τῶν ἀνθρώπων. μηχανὴν συνεστήσατο ἔχουσαν δώδεκα κἀδους, ἥτις ὑπὸ τῆς σφαίρας στρεφομένη ἀνιμάται τῶν θνησκόντων τὰς ψυχὰς. καὶ ταύτας ὁ μέγας Φωστήρ p. 790. ταῖς ἀκτῖσι λαβὼν, καθαρίζει καὶ μεταδίδωτι τῇ σελήνῃ, καὶ οὕτω πληροῦται τῆς σελήνης ὁ δίσκος, ὁ παρ' ἡμῶν προσαγορευόμενος. [Sed hujus sententiae fons et origo repetenda nobis e penetralibus primaevae philosophiae,

ψαλλίζουσας adhuc et balbutientis. Nam quum didicissent antiquissimi mortalium vel e libris Moſis, vel e sermonibus majorum, spiritum Dei incubare super aquas, veritatem hanc miris commentis deſormarunt. Inde illud ſigmentum inter caetera: et daemones et animas caelitus miſſas, ut corporibus ſe inſinuent non inſiſtere ſolido, neque terrae, ſed aquis. Quam ob cauſſam Aegyptii daemones, Solem et caeleſtia corpora alia, ut navigio vecta pingebant. Extant opinionis huius veſtigia et apud priſcos Graecorum Philoſophos, quod Porphyrius nos docet in diſputatione de antro Nympharum. Sic autem ille vir eruditiffimus. Νύμφας δὲ Ναΐδας λέγομεν καὶ τὰς τῶν ὑδάτων προεστώσας δυνάμεις ἰδίως. Ἐλαγον δὲ καὶ τὰς εἰς γένεσιν κατιούσας ψυχὰς κοινῶς ἀπάσας· ἡγοῦντο γὰρ προσιζάνειν τῷ ὕδατι τὰς ψυχὰς θροσκύνοντι, ὥς Φησιν ὁ Νουμῆνιος. διὰ τοῦτο λέγων καὶ τὸν προφήτην (Μοſεμ intellige) εἰρηκέναι ἐμφέρεσθαι ἐπάνω τοῦ ὕδατος θεοῦ πνεῦμα. τοὺς τε Αἰγυπτίους διὰ τοῦτο καὶ τοὺς δαίμονας ἀπαντας οὐχ ἑστιάσαι ἐπὶ ſτερεοῦ, ἀλλὰ πάντας ἐπὶ πλάτου, καὶ τὸν Ἥλιον, καὶ ὅλως πάντας.] In Antimachi verbis metricali legi ita poſſumus conſulere: τότε δὲ χρυσεῖω ἐνὶ δεπιάστρῳ Ἥλιον π. Aeschylea ex Heliadibus ſunt corruptiſſima. Erit aliqua ſententia ſi ita concipias: ἐνθ' ἐπὶ θυμαῖσι σοῦ πατρὸς Ἡφαιστοτευχᾶς δέπαρ. ἐν τῷ διαβάλλων πολὺν οἰδυματέοντα παρὰ δρόμον πόρον. ὅτ' εἶδ' ἐπὶ μελανίππου προφυγῶν ἱερᾶς νυκτὸς ἀμολγόν. Verba ſunt cujuſdam qui Heliadum unam alloquebatur. in occidente eſt poculum patris tui Solis, opus Vulcani: in quo trajiciens, longum et aeſtuoſum curriculum conficit: cum ad orientem abit relicta Noctis venerandae ſilentio. ἱερᾶς ſcribimus ex MSS. Lucretius, et noctis ſigna ſevera. Scribe, ὃ αὐτὸν ἐφόρει σὺν ταῖς ἡ. et, ἣ νῦν ἀνίσχαι ὃ ἥλιος. vel ἣ δῆ.

CAPUT SEXTUM.

ἩΘάνιον. Thericlea vetuſtiſſima fictilia fuiſſe. Plinius notatur. veterum vocabulorum metalepſes. iphicratides. ἔλκεν bibere. Alexidis Hippilcus. Pollux emendatur. Ritus conſecrandi ſimulacra Jovis Cteſii. καδίσκος et κάδος unde. οἶς ἄωτος. Ἐρμῆν ἔλκειν. cantharus γύλιον. item alia.

ΗΘΑΝΙΟΝ, nuſquam alibi, opinor, extat vox ἡΘάνιον quam in Hellanici loco quem auctor ſubjicit, et ſi autem

suadet vocabuli origo, eorum hac voce significari: puto tamen non sine gravi causa inter pocula esse hic positum id nomen. illud certum ex verbis Hellanici, ad coenaculi atque adeo mensae supellectilem spectasse quicquid est quod hac voce significatur. οἱ Αἰγύπτιοι non sunt aedes Aegyptiorum, sed triclinia, sive oeci Aegyptii: de quibus aliquid dicebamus libro quinto, capite sexto.

Θηρικλῆς Φησι τὸν Ἡρακλῆα πίνοντα. Alii δὲ Θηρικλῆς. nihil hic affirmat auctor. Θηρικλῆς ὁρ. 791.

Κορίνθιος περαμετῆς. Erant igitur initio thericlea fictilia: neque sine ratione pater ille strigiliginum Lexiphanes, ait apud Lucianum, ποτήρια γηγενῇ πολλὰ, οἷα Θηρικλῆς ὅπτα εὐρυχάδῃ. postea e ligno fieri cœpere auro et argento. atque istorum fere mentio apud scriptores. Plinius vero 16. cap. 40. Thericlem torνευτὴν non fictilem vult fuisse. sed errasse Plinium arbitror: nam Araros aequalis est suppar Thericlis, aperte fictorem figulinorum facit.

Ὡ γὰρ περαμετῆς σ' ὁ Θηρικλῆς ποτὶ Ἐπευξῆ κολλησάμενος εὐρύτατος βάθος. In altero versuum Theopompil lege, οὐνομά σοι τί θώμεθα; caetera non satis assequor, scripti codices nihil variant: nisi quod in hoc versu Φιλοησίαν δέ σοι προπύλαι δεξιάν. Heraldinus habet δέξαι, contra modulum metri: nam δεξιάν saltem scribendum foret. sed rectum est δεξιάν. Deinde malim, Πισῦσα δ' ὁπίσθον ἂν σοι θυμὸς ᾗ, ἐκὼ Παράδος τὸ πρῶτον. τὰ τοίνυν εὐρήματα καὶ ὅσα τ. sententia parum plena. sed hoc voluit: veterum inventa ut plurimum nomine ipso auctorem suum esse professi: attulerat plura ejus rei exempla: quibus haec adjicit: ὅλον Θηρικλῆος, δεινίας, ἰφικράτης (ita scribendum non Ἰφικράτης): ταῦτα γὰρ πρότερον συνιστόρεσι τοὺς εὐρόντας. φαίνεται δέ τι καὶ νῦν. εἰ δὲ μὴ ποιεῖ τούτο, μεταβεβληκὸς ἂν εἴη μικρὸν τοῦ νομῆ. id est, ut thericleum, dinias, iphicratis: nam ista prius inventores simul indicabant, quod et fit nunc quoque aliquo modo. sin hoc non fit, mutatum nempe est paulatim id nomen. ut haec melius intelligas, titulum cogita libri unde sumuntur: in quo tractabat auctor περὶ μεταλήψεως: hoc est, de translatione dictionum ab una significatione ad aliam. Sensus est: nomina hujusmodi naturam suam et genuinam significationem mutasse. Exempli causa: Thericles prima notione viri proprium fuit: thericleum inde derivatum, poculi et inventoris illius significationem habuit: sed olim: nam et paulatim extincta vulgo memoria Thericlis, solam poculi

indicationem id nomen habere cepit, quia tamen, penes eruditos remansit veritatis cognitio, addit, *Φαίνεται δὲ τοῖς καὶ νῦν*. est hic manifestus error interpretum. Noli putare *Iphicratidis* sive *Iphicratidum* nomine poculum significari, quod falsissimum est: nam calceps ita vocabantur: ut docemus alibi pluribus. Notabis, auctore Cleanthe dictum sive diptadem poculum, a Dino inventore nomen habuisse. *συκιστόρας* necessario scripsimus, non *συκιστορεῖ*.

αὐτοῦ θῆρας κλονεῖ σπένδοντα ταῖς αὐλῇ. Melius in Excerptis, *σπένδοντα*. Inde etiam in primo versu ex Eubuli *Aleonibus* scribo, *μὰλ' ἐνδρικὴν grandam*: non *μᾶλ' ἐνδρικὴν*. Præterea *Κωθανόχειρος*. Excerpta, *παρακωθανόχειρον*. In fine *ἐπικαλούμενοι ἄλλον Διὸς Σωτήρα* poculum istud conuivæ singuli bibebant, *Jovis Σημηναίου μνηστράνας*. *ἔλκειν* et *σπᾶν* significant *educere* et *ficcare calycem*. Teleclides, *μολιχρὲν οἶνον ἔλκειν ἐξ ἡδυπνοῦ λαπαστῆς*. et ita sæpe in his libris. In Epitoma scriptum *ἐπικαλούμενος*. Ita *ἄλλον* erit primas personæ.

p. 792. Lego etiam in Antiphanis testimonio, *σαμνοπέτου σταί γόνος πλήρες*. ita melius, opinor, quam *σαμνοπέτου*. Vini generosi hæc est periphrasis. *Ὡ γὰρ κεραμίτι σ' εἰ Θηραλῆς ποτῆ*. Scrib. *κεραμίτις σ' ὁ Θηρ.* vel ut MSS. *σὲ Θηρ.* Non dubitabunt periti corruptum esse statim, *ἐν Ἡλιάω*. ego non dubito scribendam *ἐν Ἰππύκω* qui titulus est fabulae Alexidis, quem leges in multis locis operis hujus. Etiam hæc depravata, *Κολλὴν ὑπὲρ θύουσαν*. Scribe cum eruditissimo Sylburgio, *ὑπερβρίανσαν*. *Ἐκ τῶν τοιούτων ἀίσχρα ποτηρίων*. Scribe *Αίσχυντα* vel *Αίσχύνη*. *αἷτ' ἐλευθέραν ἀφῆκε βαπτίσας ἀρωμένως*. An *ἐβρωμένως*? *valide multum*. Pro *ΙΣΟΜΟΝ*, scribo cum Excerptis et Eustathio *Ἰσομόν*. ΚΑΘΟΣ. *Σιμμίας ποτήριον παρατιθέμενος Ἀνακρέοντος, Ἡρότη σαρμεν ἰτρ*. Desunt initio hujus periodi *Φησὶν αἶναι*: nam vertendum fuerat, *Simmias ait poculum esse, proferens ex Anacreonte Ἡρότην*, etc. errant qui sequens testimonium putant esse Simmias: cum variis locis ea verba Anacreonti auctor tribuat: ut lib. 14. similis error interpretum in simili loco, in *λαπαστή*. Testatur et Pollux Anacreontis esse hoc testimonium: etsi mire deformata lectio quæ in ejus libris. In decimo ait, cap. 20. de voce *κάδος* loquens. *Καὶ Ἀνακρέων δὲ φησιν, Οὐδ' ἐξ ἐπίων κάδων*. Lege ex hoc loco, *οἶνου δ' ἐξέπιον κάδων*. vel *κάδων*. Mox in Epigenis senariis turbant codices, qui præferunt constanter, *ἀλκαῖα, κρουναῖα, ἔστι δὲ κρουναῖα*.

nam postrema mendo non carent. et sine illis locus idem est descriptus infra in λουτήρια. contra in κρούσια, clarum eorundem vestigium. Ultimus Hedyleorum corruptus manifestus, Ἡδύλα μεθύζην εἰς κενὸν οὐ μεθύων: ex opitione sic restituiimus, — καὶ λέγε, κατὰρ Ἡδύλα; μισθὸν εἰς κενὸν οὐ μεθύων: rogato me aliquis vini Chii cadis: et hoc mihi accinat lude Hedyle: odī vivere frustra, non ebrius, quasi dicat, unica est vivendi causa bibere. Placet Dalecamp. conjectura in isto, Εἰς ἣν πίει τετραχέουσι κάδοις, quatuor congiorum cadis. at proximorum verborum, Ἡρόδοτος δ' ἐν τῇ τρίτῃ, Φοινίκη οὐ Φησὶν εἶναι κάδον, et lectio prava et interpretatio. Scribe, H. δ' ἐν τῇ τρίτῃ, Φοινίκου εἶναι κάδον. Pollux quoque laudat hunc locum. Atque ille κάδον vel κάδδον, (nam utrumque invenias) non inter pocula, verum inter vasa recenset ubi vinum habetur aut portatur. Neque debemus existimare omnia nomina hoc libro exposita ad potoria vasa tantum pertinere. Ne longe abeam, ΚΑΔΙΣΚΟΣ statim non solum ποτηρίον εἶδος esse dicitur, sed etiam ἀγγεῖον diversissimi usus. Nam ait: ἀγγεῖον δ' ἐστὶν ἐν τῷ τοῦς κτησίους Δίασ ἀγκυδιόρυνται. Antiqui praeter publicas religiones, et ea numina quae in templis colebant, privatos habebant multiplices deos. alium enim pro foribus statuebant, alium in vestibulo aut atrio, aliam in cubiculo, (unde cubicularum imagines, de quibus apud Suetonium) alium ad focum, alium in domo intima. postremo etiam in promptuariis cellis posita signa. Hi sunt quos Δίας κτησίους Anticlidēs mox vocat, et cum eo hic Athenaeus. Harpocration: τὸν κτησίον Δία ἐν τοῖς p. 793. ταμίαις ἰδρύονται. Ritus dedicationis horum signorum insequentibus verbis exsequitur Anticlidēs. Illa vero mendis sunt deformata multifariam. symbolam ad eorum emendationem Excerptorum confector contulit: pleraque de ingenii conjectura ita emendabamus. "Διὸς κτησίον σημεῖα ἰδρῶσθαι χρὴ ὥδε. καθίσκον καὶ κενὸν δίσκον ἐκιδματόυντα στέφανά ὧτα ἐρίω λευκῶ. καὶ ἐκ τοῦ ὠμοῦ τοῦ δεξιῦ αὐτοῦ καὶ ἐκ τοῦ μετώπου αὐτοῦ πρόκινεν πρεμαννύται: καὶ ἐννοῦσθαι ὅ τι ἂν εὖρης; εἴτ' αἱ χεῖρες ἀμβροσίαν. ἢ δ' ἀμβροσία, ὕδωρ ἀγκυφνῆς, ἑλαίον, παγκαρπία. ἄπειρ ἔμβαλε. Jovis Ciesii signa ita statuenda. Cadiscum novum utrinque ansatum opercula tegendum; simulacri auribus coronam e lana alba imposito, ex humero ejus dextro lanam suspendito coloris crocei: amictito etiam, ut erit tibi commodum, deinde ambrosiam

illi effundito: est autem ambrosia, aqua pura, oleum, et fructuum omnē genus: haec omnia misce ad ambrosiam. Signa quae domi colebant collocabant in larariis: et erant simulacra haec armariis inclusa, quae ad sacerdotum modum consuebant. Graeci vocant vulgo *ναῖθια*: Anticlidēs hic *καδίσκου*. recte enim Dalecampius existimavit cadiscum hoc loco signi esse receptaculum, non ipsum signum, ut summi quidam viri sunt arbitrati. Hesychius, *καδίσκου, σίγυαι εἰς αὐτὰ τὰ ἱερὰ ἐτίθεσαν*. Ac videtur ea primum significatione nota vox *κάδος* vel *καδίσκος* fuisse Graecis: ab Hebraeo *שרץ* unde est *שרץ* *sedes rei sacrae*. et si non ignoramus *κάδος* pro mensura esse *כז* Syrorum. Videtur autem peculiare signis Iovis Ctesii fuisse, ut auribus coronas haberent impositas, non toti capiti, ut mos est omnium. non est aliter interpretari ista. *στέφαντα ὅτα ἐρῶ λευκῶ*, sed fortasse non erraverit qui scripserit, *στέφαντα αὐτῶ λευκῶ* poetae, *οὗτος ἄωτον*, aut simpliciter *ἄωτον* lanam vocant. saepe autem in sacris usi veteres remotis ab usu communi verbis Perperam mox libri omnes, *Στρατῶν δ' αὖτις ἐν Διὶ* *μῦθα*. Legendum *Στρατῆς*, ut ostensum est libro septimo, cap. 23. In versibus Strattidis qui laudantur hic, *Ἑρμῆς* est nomen *πόσεως*, qua de re libro primo, capite ult. *Ἑρμῆν ἔλκειν* est educere illud poculum, quod sic vocabant. ineptissime enim interpretes *Mercurium precari* atque *invocare*. quoties legitur in his libris *ἔλκειν* pro *bibere*? **KANΘΑΡΟΣ**: *ὅτι μὲν πλοῦτος ὄνομα κοινόν*, *Cantharus pro navigii nomine translaticium est*: quod etiam poculum significet, docet deinde Athen. Macrobius plane aliter: *Cantharus pro poculo quidem nota res est, vel ex ipso Virgilio; qui aptissime proprium Liberi patri poculum assignat Sileno: sed id. ut supra polliciti sumus, etiam pro navigio poni solitum dabamus ostendere*. tum affert locum e Nauclero Menandri, qui sequitur non longe. In trochaicis Alexidis, *ἐν Κρανῶ*, scribe, *πλοῦτον δὲ καί μιν Στρώματά τε καὶ γύλιον αὐτοῦ*. Haec militis supellex: stragula et pera in qua soliti poculum allia et cepas circumferre. Graeci ita describunt. *γύλιον ἀγγεῖον ἐστὶ ὁδοπορικόν εἰς ἀπόθεσιν τῶν ἀναγκαίων, ᾧ ἐκρῶντο οἱ στρατιῶται*. Athenaeus infra non p. 794. longe cothonem scribit fuisse Laconicum poculum *ἐπιτηδειότατον εἰς στρατείαν, καὶ εὐφορώτατον ἐν γυλίῳ*. Postquam de cantharo testimonia tria attulit ex Eubulo comico, subijcit, *Ἀρσείας, μέγαν πάνυ καὶ ξηρόν ἐποίησε τὸν*

κάνθαρον, viri docti haec male confuderunt cum Eubuli verbis: est enim diversi poetae locus: sed *Arestas*, nullus opinor fuit. Lego *Ἀριστίας*, is est de quo libro 2. cap. 19. Verum cogitemus: nam etiam Huraldinus retinet vulgatam scripturam *Ἀρεσίας*: sed leviter immutatam: et punctorum alius ibi situs. Ita legitur in eo lib. καὶ ἔτι. Ἄμα δὲ λαβοῦσα ἡ Φάνικα· πηλίκον τινα οἶσθα μέγιστος ἀρεσίαν; μέγαν πάνυ καὶ ξηρόν (dele καί: aut scribe κατὰ ξηρόν) ἐποίησεν εὐθείας τὸν κάνθαρον. Ξηρόν ποιεῖν τὸν κάνθαρον eleganter, ut, *ficcare dalyces*. Horatius. In ecloga e Phrynichi *Comastis* (cujus fabulae meminit Polux libro 4. cap. 7.) ἑκατὸν τῆς ἡμέρας ἐκλαίειν αἶνου, κανθάρεως, non intelligo: et verius puto, εἴλαεν. In Menandrea pericopa legunt veteres quidam, Πρῶτος λέγει σοι: deinde Macrobius τὸνδ' ἐχρύσουσιν κάνθαρον. Ποῖος; τὸ πλοῖον. οὐδέ μ' οἶσθα σὺ ἄθλις. vel οὐδὲν οἶσθα. Fortasse autem scribendum in iis quae sequuntur, Τὴν ναῦν σεσῶσθαι μοι λέγεις; ἐγώ. τὴν ἐμὴν ἐκείνην ναῦν ἣν Καλλιπλῆς ἐποίησε. τότε πλοῖον ἐμὸν δ' Εὐφράνωρ ἐκυβέρνα Θεύριος. constanter mox omnes codd. et Epitom. χρυσῶ τὰ χεῖλη περιτεραμνίσας aut παρατεραμνίσας. quod quid significet? Lego igitur περιτεραμνίσας. aliis verbis idem dicit paulo post, τὰ χεῖλη περιμαργυροῦντας καὶ χρυσοῦντας.

CAPUT SEPTIMUM.

Carchesium *poculum*. Macrobius locus emendatus. ληνὸς ἐν ναυί. κέρχινος et κερχινεῖδῃ, Theodoridas poeta. Atheniensium δημιόπρεπτα. poculum περισκελές. Κέρνος, cernophori. μήκωνες λευκοί. Vannus mystica. pocula hederacea. Cissybium. Polis. κήθιον. Ciborium. explorata ejus vocis etymologia quam aliqui adferunt. condy. Κονώνιος et κώνιος.

ΚΑΡΧΗΣΙΟΝ. ex Callixeno ita describit Athenaeus: ποτήριόν ἐστιν ἐπίμηκες, συνηγμένον εἰς μέσον ἐπισυνῶς, ὅτα ἔχων μέχρι τοῦ τυθμένου καθήκοντα. Vertit ad verbum Macrobius. *Carchesium est poculum procerum et circa mediam partem compressum, ansatum mediocriter, ansis a summo ad infimum pertinentibus*. Ita omnes hactenus Macrobius ediciones: absurde: neque enim an-

fatum mediocriter potest dici cujus ahlæ ad infimum pertingunt a summo. medicina quam facere conati sunt quidam, medicina non est, verum sententiae διαφθορά. nihil hic opus audacibus conjecturis. peccantem vocem restitue in suum locum, et scribe ex verbis Graecis, circa *med. par. compressum mediocriter, ansatum, ansis. a f.* Ἀνὸν in navi mox vocat, quam poetae ἰσοδόκην et μεσόδωκην. Quae aspera sunt κερχρά five κερχυνώδη dicuntur, illa proprie quas in superficie densas habent asperitates nullio similes: nam Ionibus millium appellatur

p. 795. κέρχρας pro κέρχρος. Fuere qui hinc deducerent vocem κερχήσιον, ut sit poculum cujus superficiem tales ἀνωμαλῆαι protuberantes exasperent. Atheniensis, ἀνωμάσθη τὸ κερχήσιον διὰ τὰ τραχύσματα ἔχειν κερχρησίδῃ. καὶ εἴρηται κατὰ ἐναλλαγὴν τοῦ α πρὸς τὸ αὐτὸ τοῦ κερχήσιον. διὸ καὶ Ὅμηρος τοὺς ὑπὸ δίφους πρατϋμένους κερχάλισος εἶπεν. *Hiadis* βραψ. Φ. δ/ψη κερχάλισοι πεπονιμένοι ἐκ πεδίσοι Φεῦγον. alii legunt καρφαλῆοι, et in hoc et similibus locis.

ΚΑΔΠΙΟΝ. Hesychius paulo aliter Κάλπος, αἶδος ποτηρίου. Supra in δακτυλωτὸν dicebatur κάλπις.

ΚΕΛΕΒΗ. Scribe, αἶθλαν δὲ ποτὴν εἶδος ἐστὶ ποτηρίου, ἣ εἰ πάν ποτήριον καλεῖται καλεῖται. et in versa Antimachi Ἀσκὸν ἐντρίκειον. [id est ἐμπλεον. ut ἐντρίκειον et similia.] tolle ὑποστήγην ex illis, Διονύσιος δ' ὁ Λεπτός ἐξηγούμενος Θεοδωρίδα τὸ εἰς τὸν Ἔρωτα μέλος, id est, Dionysius Leptius interpretans Theodoridae carmen in Amorem. noli quaerere apud Graecos Theodoridem carminis genus. nullum unquam fuit. Theodoridas poetae Syracusanus fortis non incognitus. Post dictiōnem ΚΕΡΑΣ multas adieci ex membranis. Pindaricum testimonium scribe ex librorum fide;

Ἀνδροδάμαντ' ἐπεί Φῆρες
δαῖν βίπαν μελιδέος οἴνου·
ἐσσυμένως ἀπὸ μὲν λευκὸν γάλα
χέρει τραπεζῶν ᾤθισα· αὐτόματοι δ' εἰς
αργυρέων κεράτων πίνοντες ἐπλάζοντο.

Falso scriptum paulo post, Ἑρμῖκος Μύροις. Scribe Μοίραις. ut saepe alibi male etiam ἐν χρύσεις πρότομαῖς τε ἄλλων κεράτων. puto, παγάλων κερ. Solita fieri Athenis pocula argentea, quae vocabant κέρατα, sic probat, εἶστιν οὖν τοῦτο εὔρειν ἐν τοῖς δημοπράτοις ἀναγεγραμμένου οὕτως. Ἐκ στήλης ἀνακειμένης ἐν Ἀκροπόλει, ἣ τὰ ἀναθήματα περιέχει. κέρας, ἐκπώμα χρυσοῦν καὶ περισσεύς, πρόσεται κέρνος ἀγγ. etc. Atheniensium mos fuit,

cum alienius fontis bona publicabantur, vaenum illa in auctione exponere, atque omnia quae ita vendebantur, minima, maxima in columna insculpebant, quam vel in Arce dedicabant, ut illam cujus auctor meminit: vel in aliis locis urbis, aut vicinorum pagorum. nam positae Eleusinae statuae meminit Pollux libro decimo, capit. 26. de voce *δημιόπρᾶτα* loquens: *ἐν δὲ ταῖς Ἀττικαῖς στήλαις, ἰνquit, αἷ εἰσιν ἐν Ἐλευσίνι, τὰ τῶν ἀσεβησάντων περὶ τῶν θεῶν δημοσίᾳ πρᾶθέντα ἀναγέγραπται ἐν αἷς ἄλλα τε πόλλα σκευὴ ἐστὶν ὀνομασμένα, καὶ μολύβδου πρατηταί.* Capite autem septimo ejusdem libri meminit Pollux illius statuae in qua fuerant bona Alcibiadis publico iudicio damnati, omnia adnotata, quae in auctione vene- rant. ac singula fere decimi ejus libri capita, testimoniis τῶν δημοπράτων sunt referta. Quid sit *περισκελὲς* poculum, viderint docti. habet haec vox duplicem originem. a *σκέλλω exsicco*, et a *σκέλος*. e priore deductum huic loco non convenit. *περισκελῇ* enim vocantur quae sic exaruerunt, ut sint praedura: unde appellant poetae contumax et refractarium ingenium *Φρένας περισκελεῖ*. [Marcus Antoninus *περισκελὲς ἦθος*, libro 4.] et libro 14. *περισκελῇ καύματα* sunt *aestus difficiles toleratu* ut ibi p. 796. exponimus capite 20. quare nisi vox artis est, ut argenti genus quoddam appellarint aurifabri Athenienses *περισκελὲς*, quo modo haec notio ejus vocis locum hic habere possit non video. Quid si igitur a *σκέλος* deducamus, [(unde est vox *εὐσκελής* apud Platonem, et *ποῦς εὐσκελής* apud B. Chrysostomum.)] et exponamus de poculo quod binis pedibus tanquam cruribus insitit? Quid si ita? *ἐκπ. ἀργ. καὶ περισκελὲς προσέτι.* *Ceras est poculum argenteum, et praeterea intortum.* ut non sine causa cornu nomen credamus huic poculo fuisse tributum. Cum istis quae ex antiqua sunt inscriptione, confunduntur pessime sequentia verba. nam *ΚΕΡΝΟΣ* literis grandioribus scribi debuit et a prioribus, quibuscum commune habet nihil, sejungi. in voce enim *προσέτι* definit tractatio de cerate. Ita accipit Auctor Epit. accedit series literarum, nam ordo institutus postulat, ut post *Κέρας* sequatur *Κέρνος*. Nec te moveat quod non ut poculum describitur hic *cernus*: nam auctor, quae fuit ejus diligentia, vel levis figurae aut usus similitudinem justam censuit cassam, cur de eo nos hic doceret quae observaverat. Fictile vas fuit multos cotyliscos in se continens, quos festo die quodam fructibus omne genus implebant,

et ex religionis avitae ritibus ad sacra deserebant, proprium id fuit ministerium eorum, quos vocabant cernophoros; sicut alios ob simile ministerium lignophoros, cestophoros, ofchophoros, thyrsophoros, pastophoros. Quae solita in di in cerni-cotylicos ennumerat his verbis. *ἐν οἷς Φασὶ μηχανὰς λευκοί, πυροί, κριθαί, πίσαι, λάδυροι, ὄχροι, Φανοί.* haec Athen. hoc loco: idem infra in Κέρυλος multo plura huius generis recenset repetens ista ipsa. Non est novum in hoc scriptore saepius legi eadem: sed repetitionis istius non obscura causa. At non debuerat Dalecamp. transferre huc quae studio brevitatis auctor hic praetermiserat. *Μήκωνος λευκοί* interpreto de ea quam Theophrastus *μηκωνά* Ἡράκλειαν nuncupat, cuius est, inquit, *ὁ καρπὸς λευκός.* vel ita distinguendum, *μήκωνος, λευκοί πυροί.* *frumentum candidum* leges apud Plinium in versu Sophoclis ex Triptolemo. Addit, *ὁ δὲ βασιτάσας αὐτὸ, ὅλον λινοφορήσας τούτων γένεται,* id est, *qui cernum gestavit vestitus iis quae sunt intus: sicut faciunt qui vannum mysticam.* Liberalibus *ferunt,* aut aliis sacris. hoc addimus: quia scribere Harpocratonem meminimus, vannum *πρὸς πᾶσαν ταλατὴν καὶ θυρίαν εἶναι ἐπιτήδειον.* Colligere est ex isto loco vannum quae *τεμπεύσθαι* solita, pancarpia et fructus omne genus continuisse, non minus quam cernum de quo dictum est. ΚΙΣΣΤΒΙΟΝ. alii *κισσύμβιον.* vide Macrobius. Ex hederæ ligno pocula fieri solita, sicut etiam hodie. Serenus Samonicus, *Molibus ex hederæ tornantur pocula lignis.* meminerunt et alii. In Euripidis versibus placet distinctio Macrobii librorum et Dalecampii. ut *πόνων ἀναψυκτῆρα* ad vinum p-797. referamus, non ad lac. Varro de Vino, *Hoc aegritudinem ad medendam invenerunt.* male apud Eustathium *πίνων* pro *πόνων.* Rusticum et pastoritium poculum fuisse cissybium ex Homero probat: qui faciat Cyclopem cissybio bibere: et Eumaeo alterum tribuat. de illo versus est hic nono Odyssæe, *Κισσύβιον μετὰ χερσὶν ἔχων μέλανος οἶνοιο.* de Eumaeo iste, *ῥαψ. π. Ἐν δ' ἄρα κισσυβίῳ κίρνα μελιγδέα οἶνον.* Athenæi verba ita scribe, *Πολύφημος μέντοι κισσυβίῳ ἐχρῆτο. Πατέρω δὲ Εὐμαιος,* Placeat statim *Καλλύμαχος δὲ δοικα διαμαρτάνειν ἐν τῇ συγχύσει τῶν ὀνομάτων.* tamen omnes codd. *συγχρήσει.* At, *παρὰ τῷ Ἀθηναίῳ Πόλιδι δοτιμάντος.* optime. non ut emendant *πολίτη. Polis et Poles* propria virorum nomina Athenis non rara. Illa, *οὐδὲς δ' ἀμφοτέρους ὅδε χρίσεται* male referunt ad Eteoclem, et Polynicem: pejus emendant. Apud poetam ait Ulysses de

se et Iro, *Ἡοῦ λίμεν ἀμφοῖς καπνίζει*. Scribe, καὶ κήθιον τὸ κήθιον τὸ χωροῦν τοὺς ἀστράγαλους. Vult dici κήθιον translata Ionico more aspiratione, quod ex analogia erat dicendum κήτιον, a κήσθαι. sic κισθὼν Herodotus pro χιτῶν et similia. Scripsimus cum omnibus membranarum, Διονύσιος ὁ Σάμιος ἐν τοῖς περὶ τοῦ κύκλου. vulgo περὶ τοῦ Κύκλωπος. convenientissime subjectis verbis. sed κύκλου etiam alibi. idque expositum libro septimo, cap. 3.

KIBΩPION. Graecis peregrinum poculum: opinor et nomen. etsi potest videri derivatum unde et κιβωτός. sed constat in Aegypto primum cepta fieri cibotia, ex Aegyptiae fabae ciboriis: deinde ex alia materia, figura eadem. Hesychius disertè, Κιβώριον, Αἰγύπτιον ὄνομα ἐπὶ ποτηρίου. Ecclesia usu fecit suum hoc nomen. sed nugantur interpretes Graeci sacrorum rituum, qui voce hac significari volunt κιβωτὸν φωτισμοῦ Θεοῦ. τὸ γὰρ κίβ, ajunt, ἔστι κιβωτός, τὸ δὲ ὠριον φωτισμός Κυρίου, ἢ Φῶς Θεοῦ. hoc est, πῆ γῆ color esset aliquis. si in eum usum dicerent excogitatum id nomen. quod scimus esse antiquius nomine Christiano. Syris כבב vasculi nomen est. Scribo statim, λαβὼν ἐν τῶν κιβωρίων ὡς ἔξοινος ὢν καὶ μεθύων ἐνεούρησε.

KONAT. Hoc poculum Persis proprium fuit, ut testatur Pollux, et sequentia docent, et ratio nominis. nam *condy* est appellatum, quia simile erat aliquomodo vesti quam candym vocabant, quae etsi diversa fuit a tiara, 70. tamen interpretes cum exponunt vocem כבב in Historia Josephi *πειράζοντες* suos fratres, verterunt *κόνδυ*. id fortasse spectantes, quod כבבב ejusdem originis vox, tiaram significat. fuisse autem poculi hujus usum in Aegypto, ex eo licet colligere, quod Nicomachus in libro de festis Aegyptiorum, ejus meminerit. Extat id vocabulum et in Isaja apud 70. ut observavit etiam Hieronymus in Genesim. [Eustathius Eroticon lib. 4. οὐκέτι νέκταρ ἀλλὰ κόνδυ πικρίας μετακράσσαι et lib. 7. καὶ κόνδυ πικρίας καὶ ἄψινθου θαλάσσης ὄλας ἐμπέτωκα.] Locus Menandri extat et libro 10. Verba Nicomachi male accepta ab imperitis: et deesse, aliquid videtur. concinnare potes hoc modo: τὸ δὲ κόνδυ ἔστι μὲν Περσικὸν τὴν ἀρχήν. εἶδος δ' ἔχει ὥς Φησιν Ἑρμικ. p. 798. πος ἀστρ.

KONΩNIOΣ. In excerptis Κώνιος. et posset videri ducta appellatio a forma, *cononius* vero a Conone inventore, ut *thericleum* et *dinias*. atque hoc verum, ut dicitur infra in *λυκαργεῖς*.

CAPUT OCTAVUM.

Κότυλος et κοτύλη. *Cratetis fabula Παιδιαί. ἡμίνα. Sophronis ὁ ἐπιγραφόμενος μῖμος. Calyces Φοξαί, vasis nomen: Alembix. Prov. δάκτυλος ἡμέρα. et id genus alia multa observata et emendata.*

ΚΟΤΥΛΟΣ, τὰ μόνωτα ποτήρια. Hesychius inter alias interpretationes vocis κοτυλίσκος, τινὰς, ait, τὰ μόνωτα ποτήρια. Horum plurimus usus, addit auctor, παρὰ Σικυωνίοις. Excerpta παρὰ Σ. καὶ Ταραντινοῖς. Lege, καὶ νέμει, ὅσοι ἂν ᾧσι τὸ κέρνος παριενηνοχάτας, id est, et dividit omnibus qui cernum circumgestaverunt. de hoc satis capite superiore. Vocem ὄρμενος ex libris adjecimus: scribe, οἶδς ἔριον ἄπλυτον. vel αἰσιον. in testimonio Aristophanis e *Cocalo* suspecta vox μαστὸν et verius censeam, κοτύλαις μεγάλαις ἔγχεον ἐς σφέτερον δέμας οὐδενὶ κόσμῳ. magnis cotylis vinum infundebant in suum corpus nullo pudore. Manca est oratio in his, Σιληνὸς καὶ Κλείσταρχος ἔτι τε Ζηνόδοτος. nam ita interpretandum: poculi huius meminerunt Silenus, Clitarchus, et Zenodotus quoque. Subjectus versus, Πάντῃ δ' ἄμφι νέκυν κοτυλήβρυτον ἔβρεον αἶμα. nullius est istorum, sed poetarum principis Iliad. ψ. Inepte mox, Σιμάριστος δὲ τὸ λευκὸν ποτήριον οὕτω καλεῖσθαι. scribe cum Excerpt. et Eustath. τὸ λεπτόν ποτ. quasi dicatur proprie κότυλος, poculum capiens quantum cava manus. nam κοτύλη, cava manus est. Nec recte Κράτης ἐν Παιδείαις: sed ut Dalecampius Παιδιαίς. Pollux enim veterum lusiones explicans, plerasque earum in hoc Cratetis dramate commemoratas scribit. Ἡ δὲ κινητίνδα, ait, ἀπὸ τοῦ κινεῖν, ὃ ἐστὶ καταφιλεῖν ὠνόμασται. ὅπερ ὑποδηλοῦν ἔοικε Κράτης ἐν Παιδιαίς· σχεδὸν δὲ καὶ περὶ τῶν πλείστων ὁ ποιητὴς εἴρηκεν οὗτος ἐν τῷδε τῷ δράματι. Contra istud recte, Θουκυδίδης. εἰδόμεσαν αὐτῶν ἐκάστῳ ἐπὶ ἑκτῷ μῆνας κοτύλην ὑδάτος, καὶ δύο κοτύλας σίτου. non ut apud Eustathium, δύο κ. κριθῶν. neque ut apud Pollucem libro septimo, capite ultimo, δύο κ. οἶνου. Locus est extremo libro septimae nobilissimae historiae. sed ex ipso Polluce error clarus: profert enim verba Thucydidis, ut cotylam probet mensuram esse et liquidorum et aridorum. Cum dixit Aristoph.

Ὁ δ' ἀλφίτων πριάμενος τρεῖς χοίνικας, Κοτύλης δεούσας
 εἶκος ἀπολογίζεται: et δεούσας scribi potest, et δεούσης.
cum farinae hordeaceae tres choeniceae emisset, et deesset
 iustae mensurae, cotyla una viginti obolos de convento
 pretio detraxit. εἶκοσι scripsimus ex Italicis membranis.
 prius erat οἶκαδε. quod, ut multa alia quae in prioribus
 editionibus legebantur, reperimus in Huraldino. Παιδιά
 ἐγκοτύλη etiam ἐν κοτύλῃ, dicta vide Eustathium et Pol-
 luceem. Locus ex Acharnensibus, κοτυλίσκιον τὸ χεῖλος p. 799.

ἀποκεκομμένον, hodie sic habet apud comicum, κυλλίσκιον
 τὸ χεῖλος ἀποκεκουσμένον. et de postrema voce firmant
 Excerpta et Eustath. Quae subjiciuntur tanquam Epi-
 charmi, alius sunt poetae, ut observatur libro 14. Ad
 ista Sophronis, Κατάστρεψον τέκνον τὰν ἡμίαναν, addit
 Eustath. sed opinor, de suo: περὶ ἧς χρὴ σκοπεῖν ἡμᾶς.
 μήποτε ἡμίνα ἢ τὸ ἥμισυ τοῦ ἴν. οὐ χρήσις ἐν τῷ, ἔλαιον,
 πλέον ἢ περ ἴν. Αἰτ, καὶ τὰ κύμβαλα δ' Αἰσχύλος ἐν
 Ἡδωνοῖς κοτύλας εἴρηκεν. Habes Aeschyli illum ipsum
 quem respicit locus apud Strabonem libro decimo. Ibi
 lege. Pro, καὶ οἷς πῶνται οἱ μύσται, leges apud alios
 καὶ οἷς χρῶνται οἱ μ. ut in Hesych. KOTTABIS.

Ἀρμόδιος ὁ Δετρεῖας. Libro quarto capite 13. postrema
 verba testimonii huius emendavimus. Sequitur, ὅστε
 εἰς τὰ συμπόσια παρσισφέρειν ἄλλα ποττάβια καλούμενα.
 Plato comicus ita vocat illo versu, Πάττειν τίθεμαι ποτ-
 τάβια σφῶν ἐγώ: de quo ad librum 14. in Hesychio per-
 peram ποτταμία. Οἶκοι κυκλοτερεῖς, sunt triclinia, sive
 coenationes.

KPATANION. Μήποτε τὸ νῦν καλού-
 μενον κράνσιον ἔκπωμα. *cratanium* pro poculo leges alibi:
 κράνσιον, quod sciam, nusquam. an igitur κρούνσιον? de
 qua voce mox. In Polemonis laterculo scribe χύτρος ἀρ-
 γυρεὺς: aut Ionice κύθρος, non κύτρος. et βατάνιον, non
 βατιάνσιον. patina est, ut alibi diximus. KROTNEIA.

Ἐπιγένης Μνηματίω, κρ. vide supra in κῆδος. ΚΤΑ-

ΘΙΣ. κοτυλῶδες ἀγγεῖον. Σάφρων ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ
 μίμῳ, γυναῖκας αἰ τὰν Ὀ. Quemadmodum libro superiore
 capite 19. suspecta erant nobis haec verba, καὶ γὰρ Νυρ-
 Φοδώρου περιῆν ἐν τῷ μνημονευομένῳ μίμῳ: quia memo-
 rati mimi proprium lemma non est adjectum, sicut fieri
 amat: ita etiam haec eandem ob causam Sophronis *Vi-*
riles et Muliebres mimi ex Athenaeo et Stobaeo noti
 omnibus. si sunt tituli operum duorum, quorum utroque
 plures, ut videtur, mimi continebantur: partim in viros,
 partim in mulieres scripti. quare non possumus multum

tribuere conjecturae nostrae, valde alioquin probabili, τὸ γυναιῖνες mimi epigraphen esse. Scribi autem potest, αἱ τὰν θεὸν Φαντὶ λείξαι. et post, τριτὺς ἀλεξιφαρμάκων. *tria alex.* Argis elaborati calyces, ut observat dipnosophista, formam habuerunt diversam a caeteris: erant in summo et circa labra fastigiati: cum fere pocula omnia ab ea parte plus pateant: hoc ita Athenaeus: Φοχαὶ γοῦν ἦσαν τὸ χοῖλος, ὡς Σιμωνίδης Φησὶν ὁ Ἀμόργιος. αὕτη δὲ Φοξύχειλος, ἢ εἰς ὃξὺ ἀννηγμένη, ὅδον εἰσιν οἱ ἀμβικες καλούμενοι. [ambix. Integrum Simonidis versum referunt grammatici αὕτη δὲ Φοξίχειλος Ἀργεῖη κύλιξ.] vasis nomen est, quo antiqui ita ferme utebantur, ut nos hodie eo quod sermo vernaculus *alambicem* vocat. ejus mentio in Graecorum medicorum libris: ut apud Dioscoridem libro quinto, ubi Plinius *calicem* vertere maluit Graeca alia dictione, quam istam retinere. Arabes primi frequentarunt hujus vasis usum, a quibus nos didicisse testatur

p. 800. nomen hybrida. Ejusdem naturae cum alia vocabula quaedam sunt: tum in primis famosissimae artis *Alchimiæ* nomen. nam quod ajunt ita dictam quasi ἀλὸς χυμῶαν, quia finis ejus scientiae proximus ultimo sit, sal illud *Θαυματοργόν* de cunctis rebus extrahere: cini-
flonum recens commentum est, parum falsum, et omnino falsum. Scribendum, Ἀχαιοὶ ὁ Ἐρστρεῖς. non Ἀρχαῖοι. imperiti homines tragici hujus nomen varie corruperunt in his libris. Achaei versus lego ad hunc modum,
Ἄλλ' ὡς τὰ χίστα μέλανα δαῦρ' οἶνον φέρειν
καινόντε (vel καινὸν) χρὴ κρητῆρα καὶ κυλιχνίδας.
Subjicitur Alcaeï locus elegans, qui ejus poetae *Φιλοῖνταν* de qua dictum est libro decimo arguit manifestissime. Πίνωμεν, ait, τί τὸν λύχνον ἀμύνομεν; δάκτυλος ἀμέρα. Antiqui cum fere parcius pranderent, et coenabant liberalius et computationes suas eo reservabant. Tempus autem coenae erat, vesp̄ra et λύχνων ἀφαί. Ita viri graves et occupati: nam qui aliter vitam instituebant, hi et tempestiva agitabant convivia: et ad pocula de die acceptabant. Hoc igitur Alcaeο poetae vinoso nunc dolet, quod propter sobrios sodales, horam lucernarem cogatur expectare. Quid moras trahimus? inquit, quid expectamus ut vesp̄ra sit? Ecce jam qui restat dies digitus est, sive digito non longior. Rerum mensura pro varia ipsarum natura varie iniri solet. Sed poeta locutionibus suis naturam rerum interdum pervertunt. Tale hoc Alcaeï δάκτυλος ἡμέρα. Nam digitus non est mensura temporis

conveniēns: verum locorum intervallis et corporibus continnis: dies per horas, semihoras, et vigilias metimur. Simili elegantia dixit comicus Alexis, Κρεῖττων ἐκαὶνός ἐστιν ἡμέρας δρόμος. et Aristophanes in Ranis quosdam adolescentes ait esse Εὐριπίδου πλεῖν ἢ σταδίῳ λαλίστέρους. idem in Nebulis, τῶν Ἑλλήνων εἶναι με λέγειν ἑκατὸν σταδίοισιν ἄριστον. Athenaeus libro tertio, nonnullos insolentia locutionum πολλοὺς παρασάγγαις ὑπερδραμεῖν τὸν Διονύσιον. Assentior autem doctissimo et de literis Graecis optime merito Henrico Stephano, existimanti, dictum istud Alcaeī δάκτυλος ἡμέρα, pridem in proverbium abiisse: quod Graeci paroemiographi per imperitiam corruerunt, et in Δατύλου ἡμέρα perperam commutarunt. Epigrammaticus poeta eodem sensu dixit δάκτυλος αἰώς: nam ἡώς, inter caetera, etiam diem significat, ut observant poetae interpretes: neque dubium est, quod primus omnium recte eruditissimus idem ille Stephanus observavit, Alcaeī superiora verba respexisse eum poetam epigrammatorum, cum faceret.

Πίνωμεν Βάκχου ζῶρὸν πόμα. δάκτυλος αἰώς.

ἢ πάλι κοιμιστὴν λύχνον ἰδεῖν μένομεν;

Alcaeī verba, quia parum emendate scribuntur isto loco, partim ex libro superiore, partim ex conjectura emendata nobis, adscribemus.

Πίνωμεν. τί τὸν λύχνον αἰμένομεν;

δάκτυλος αἰμέρα. κάδδ' ἀνάσεις

κυλίχλαις μεγάλαισι καὶ πυκιναις.

οἶνον γὰρ ὁ Σεμέλας καὶ Διὸς

λαθινηδὲ ἀνθρώποισιν ἔδωκεν.

ἔγχευε κίρταις ἓνα καὶ δύο πλέαις.

p. 801.

CAPUT NONUM.

Κυλίχλαι, culignae. καροῦν et ἀναχαιτίζειν de vino.

Cymbium. Phiditia (yrenensium. κύπελλον urale.

ῦ, pro ὅ in multis. κόπαιον, sive κόπεον. multa emendantur et illustrantur.

Ἐκ τοῦ βαλανίου γὰρ διεφθαρὲς ἔρχομαι. mendae manifestus versus: metrum legem excedit: et mulier est non vir quae loquitur. Scribe, διεφθός. redire ait e balneo nimis calido, esseque jam cocta, imo tosta. quare hoc

dicat, sequentia palam faciunt. Γλαίσχρόν τε μου τὸ σίαλον, καὶ τὸ θῆν. Scrib. γλαίσχρον. id est, πολλῶδες. at καὶ τὸ θῆν, per geminas daas: non, per deos. Cererem et Proserpinam intelligit, ut alibi dictum.

Εἰ λάβω † κυρίσοι τὴν κυλίσκην μηδαμῶς. Potes emendare, Θέλεις λάβω σοι τὴν κυλίσκην; μηδαμῶς. Ancilla loquitur aut famulus, et ait: quando ita scitis, vim summam in manus culignam, ut tibi ministrem? minime, ait hera. κυλίσκαι et κυλίσκαι sine κυλίσκιδας (Latini veteres culignas dixerunt) sunt caliculi, id est, parva potoria vasa oris compressoris: quare etiam pro cucurbitulis, si forte earum copia non erat, calculis utebantur, teste Cornelio Celso libro 2. cap. 11.

Κούχι δωροῦντ' οὐδὰ κόγχην. Scrib. χωροῦντα. Φασὶ δ' αὐταῖσι βαθαῖας κύλικας ᾄς. mulieres sibi fieri praecipiunt calices altos.

repetendum est verbum παραμεύειν. Calices autem describit ventriosos et dolio similes, habentes infra labra rotundam figuram vini capacissimam. hoc significant. sequente versu illa verba, μέσως γαστρίδας. in Excerptis μεστάς offendimus: quod non habet locum. ἀνεκλογίστως πλεῖστον οἶνον ἐκπίναι, est plurimum vinum bibere, quod tuis rationibus non inferatur. CYMBII magnitudinem demonstrat hoc argumento: quia Ulysses tertio cymbio (sive quod idem est cissybio) Cyclopem deposuit. Huic argumento quid responderi possit dictum supra initio hujus libri.

ἀκολουθεῖν αὐτῷ Φάσκων ρυτὰ καὶ κυμβία. Locus Demosthenis quem ex ea contra Midiam adnotavit hic Macrobius, et ex eo Dalecamp. is ipse est dubio procul, quem respexit auctor haec scribens. quamquam hodie in nostris libris vox ρυτὰ non extat eo loci: sed aliquando post, ubi ait orator, καὶ τρεῖς ἀκολούθους ἢ τέτταρας αὐτὸς ἔχων, διὰ τῆς ἀγορᾶς σοβαῖ, κυμβία καὶ ρυτὰ καὶ Φιάλας ὀνομάζων. Athenaeus vero more suo duos locos in unum contraxit. Cum apud Anaxandridem dixisset aliquis Κυμβί' ἐκάρωσεν ἡμᾶς. subjicit quidam, ἀνακχαίτικεν μὲν οὐκ. non proflus, ait, ἐκάρωσεν, sed tamen ἀνακχαίτικεν. allegoricus sermo est: de vino enim loquitur tanquam de equo. καροῦν dicitur vinum, quod dat in somnum gravem, vel de statu mentis p. 802. deturbat, equus, quando dejicit in caput sessorem, quod majus est, quam cum ἀναχαιτίζει, id est, jubas caputque erigens, vectori praebet se immorigerum. prioris versus sine lege, καὶ μέστ' ἀκράτου μετ' ἀνρ. ἀλλὰ κυμβίον μόνην Φιάλην προσεκέκτητο. Non aliter apud Ma-

crebinum: tamen scribendum est, ἀλλὰ κυμβίον μόνον Φιά-
λην πρ. mirari licet quod qui cyathum nullam haberet
prae summa egestate aut parcimonia, sed solum cym-
bium, idem phialam possideret. Ex his intelligere est
cymbium alicubi Graeciae poculum fuisse pauperum, qui
neque cyathum. neque aliud vas potorium honestius pa-
rare sibi poterant. Quae sequuntur post verbum παρειλη-
φέναι incertum est utrum sint Athenaei an Eratosthenis.
Macrobius quidem ea non descripsit: sed puto tamen esse
Eratosthenis: quod vel illa arguant, καθὰ καὶ νῦν παρ'
ἡμῶν ποιοῦσιν ἐν τοῖς Φειδιτλοῖς. nam παρ' ἡμῶν, interpretor
Cyrenae: quae fuit patria Eratosthenis. ibi servata plera-
que instituta Lacedaemoniorum: ergo etiam phiditia more
Spartiatarum agitabant. Cyrenenses enim Lacedaemonio-
rum sanguis fuerunt. vel legendum παρ' ὑμῶν, *Lacedae-
mone*. Scribit enim ad Spartanum Hagetorem. Ephippi
versus ambo cum interrogatione legendi. Διονυσίου
δὲ δράματ' ἐκμαθεῖν δεοί. intellige Dionysii tyranni comoe-
diae; vide libro primo de Philoxeno. Proximus versus
est corruptus, Καὶ Δημοφῶντας αἴτ' ἐποίησαν εἰς κοτύλην.
nescio an rectum εἰς Κότυν. depravatus etiam qui sequi-
tur. fortasse Πήσεις τε κατὰ τὸ δεῖπνον ὡς ἐμοὶ λέγει. ut
mihi coenanti veterum poetarum versus recitet. etiam
reliqua sunt mendosa. Κύμβα ποτήριον. Ἀπολλόδο-
ρος Παφλοῖς. Inutiliter haec posita isto loco. vide mox
in κύμβη. tamen in Excerptis hoc ipso loco, ἐστὶ δὲ καὶ
κύμβα ποτήριον. ΚΥΠΕΛΛΟΝ. Τοῦτο πότερόν ἐστι
ταυτόν τῷ ἀλείφῳ, καὶ τῷ δέπναι, ἧ ὀνόματι διαλλάσσει.
Locutio digna quae nos advertat: nam erat dicendum;
καὶ ὀνόματι μόνον διαλλάσσει. rem claram non explicabo
pluribus. ἀπὸ τῆς κυφότητος, ait, τὸ κύπελλον. Hoc ve-
rum: prius dicebant κύφελον, ut Lycophron aliquoties.
omne cavum sic vocabant, in quo aliquid poterat conti-
neri. Inde etiam nubes κύφελος dictae quae ea obtegunt
quibus insident. Lycophron eleganter Xerxis militum sa-
gittas, tanta copia in Graecos missas, ut coelum illis
eriperent, κύφελον ἰὼν appellat. Utraque significatio, et
vocis origo ab Hebraeo fonte. nam פָּעַל est *curvare*,
κάμπτειν et κυφὸν facere. inde פָּעַל vola manus, qua aliquid
potest capi: item acetabulum: ponitur etiam pro nube.
Inde etiam κύφον, torquendi instrumentum, quod collo
applicabant. in paraphrasi Chaldaica appellatur חֲרָסֶסֶן
אַמְפֹּטֶסֶן, quod legi ait apud poetam. versum
respicit ὀδυσσ. χ. Ἦτοι ὁ καλὸν ἀλίσσον ἀνατρήσεσθαι

ἔμελλε χρύσειον ἄμφωτον. Refert ex Simaristo κύπελλον. quibusdam dictum esse, τὸ δῖωτον ποτήριον. apud Hesy-
chium scriptum τὸ ἄωτον. nisi est mendum. nam α et δ
saepe deprehendimus invicem corrupta. Ita Cyprii: et
p. 803. Syracusani, κύπελλα appellasse dicuntur, τὰ τῆς μάζης
καὶ τῶν ἄρτων ἐπὶ τῆς τραπέζης καταλείμματα: reliquias
mazae aut panis: quae Evangelistis quatuor κλάσματα
nuncupantur. hac notione κύπελλον originem habet a
κόπτω, ut κλάσμα a κλῶ. In loco τοῦ ὃ positum est ὦ,
ut in ὄνομα pro ὄνομα: ἀσσύτερον pro ἀσσότερον. Poste-
rior aetas alia forma idem nomen formavit: nam apud
Suidam, et in aliquot Glossarii locis κόπαιον sive κόπσον
legere est, pro frusto rei et fragmento.

CAPUT DECIMUM.

*Critiae locus de supellectile Lacedaemoniorum, Co-
thonis Laced. figura. ἄμβων. ambon. περιχεῖ-
σθαι verbum balneorum. λαβρώνιον. Menandri
Ἀλιεῖς. ejusdem Philadelphi. Diphili Tithrausta.
δέμας λάπτειν. anus βρυτική vel βρυκτική. Phi-
lyllii Auge. πτερόν. lepastae ex diversa materia.
Teletidis Prytaneis. alia non pauca.*

ΚΩΘΩΝ. Λακωνικὸν ποτήριον, οὗ μνημονεύει Ξενοφῶν
ἐν πρώτῳ Κύρου παιδείας. Pates dicere Xenophontem sic
poculi hujus meminisse, tanquam Laconici: quod non
ita est. Verba ejus sunt, de Persarum institutione loquen-
tis, Φέρονται δὲ οἴκοθεν σῖτον μὲν ἄρτον, ὄψον δὲ κάρ-
δαμον, πιεῖν δὲ ἦν τις διψῇ κώθωνα ὡς ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ
ἀρύσασθαι. Locus Critiae qui sequitur, est male acceptus
ab exscriptoribus. initio enim deest aliquid perficiendae
sententiae. Ait autem Critias, Lacedaemonios uti supel-
lectile et instrumentis vitae minimo pretio parabilibus,
et commodissimis. profert exempli gratia, calceos Laco-
nicos, vestes, et cothonem. Non est dubium hanc esse
Critiae mentem: sed verba praeferre sarta tecta non pos-
sumus. Vocem μικρότατα suspicor cubare in mendo: et
pro ὑποδήματα scribendum esse δημιουργήματα. Suadet
Plutarchus, qui in Lycurgo hunc ipsum Critiae locum
ita expressit. δι' ὃ καὶ τὰ πρόχειρα τῶν σκευῶν καὶ ἀναγ-
καῖα ταῦτα, κλιντήρες καὶ δίφροι, καὶ τράπεζαι. βέλτιστα

παρ' αὐτοῖς ἐδημιουργεῖτο. καὶ κώθων ὁ Λακωνικὸς εὐδο-
κίμει μάλιστα πρὸς τὰς στρατείας. ὡς Φησι Κριτίας. eadem
Porphyrus libro quarto De abstinencia ab animalibus.

ὡ δὲ ἔνεκα στρατιωτικὸν, πολλάκις ἐν. Hic quo-
que deest aliquid. Sententia huiusmodi lectionem sug-
gerit. οὗ δὲ ἔνεκα στρατιωτικὸν δοκεῖ μάλιστα τοῦτο τὸ
ποτήριον εἶναι, τόδ' ἔστιν. καὶ γὰρ πολλάκις ἀνάγκη ὕδωρ
πίνειν οὐ καθαρὸν. Cum igitur cogantur saepe milites
aquam bibere impuram, prima commoditas quam ex
cothonibus capiunt est, τὸ μὴ λίαν καπεδήλον εἶναι τὸ
πόμα. In poculis altioribus, quam latioribus, ut illi, scy-
phi sunt quibus pharmacopolae medicamenta aegris pro-
pinant, quod intus continetur, minus est conspicuum.
Plutarchus ad colorem cothonis refert. Ait enim τὰ ἀνα-
καίως πινόμενα τῶν ὑδάτων, καὶ δυσωποῦντα τὴν ὄψιν
ἀπεκρύπτετο τῇ χροίᾳ. Altera sequitur commoditas poculi
huius. εἶτα ἄμβωνας ὁ κώθων ἔχων ὑπολείπειν τὸ οὐ
καθαρὸν ἐν αὐτῷ. Legendum ὑπολείπειν ποιεῖ: vel ὑπο-
λείπει. p. 804.

Sed videamus quid sint ἄμβωνες in poculis: nam
qui margines vertunt longe errant: sunt enim diversis-
simae res κρηπίς et ἄμβων. neque audiendi vīri erudi-
tissimi, qui apud Plutarchum vertunt *amfractus atque*
sinus. Est vero Graecis ἄμβων. Latinis *umbo*, quicquid
in plano eminet ac protuberat, figuram habens rotundam
aut κανοειδῆ. Origo vocis ἀπὸ τοῦ ἀμβαίνειν, sive ἀνα-
βαίνειν. In veteri historia Ecclesiastica suggestus Episcopi
in templo concionantis *ambon* Graecis et Latinis multis
dicitur. In poculis et ollis ἄμβωνες sunt, inquit Pollux,
αἱ ἐκατέρωθεν πλευραί: id est latera et ventres, quales
sunt in ollis, et argenteis pateris quibus vulgo utimur
forma ollae dimidiatae. quorum autem poculorum recta
assurgunt latera, ea ἄμβωνες non habent. Atque haec
figura vasorum ambonem habentium, aptissima est ad de-
tinendam aquae impurae ὑποστάθμην et sordes: ut recte
sensit Critias. fiunt etiam phialae vitreae, quarum fun-
dum introrsum adactum et admodum prominentem, recte
ambonem appellaveris. estque etiam illa forma appposita
nimis ad id de quo agitur, sed cothones ita fingi solitos
non puto: nisi quod more istarum phialarum collum ha-
bebant, ut sequens Theopompi locus indicat.

κώ-
θωνα παῖδα Φάρυγγος. Postrema vox est corrupta: aut
aliquis mihi exponat cur poculum dicatur gutturis filius.
nam potius τροχοῦ filius dicatur, id est figulinae rotae.
Non puto omnes cothones στρεψαύχωνας fuisse: itaque

cum dicitur *μοχ*, *ἐγὼ γὰρ κώθωνες ἐκ στραψαύχωνος ποίμαιν*, τὸν τράχηλον ἀνακυκλασμένης. interrogationis notam censeo adjiciendam. *Egone ut e cothone curvicervice bibam*, cui collum obtortum et reflexum?

κώθωνες διάμετροι δύο. Ex libro quarto recte Dalecamp. *διμέτροι*. ἀναπαύου, μικρῶς περιχεόμενος. Verbum balneorum est τὸ περιχεῖσθαι: quod non observant qui

vertunt *stragulis circumtectus*. Atqui περιχεῖσθαι dicitur qui affusa aqua aut oleo perfunditur, ut loquitur Suetonius libro secundo. lib. 1. αἱ γὰρ ἐμβάσεις περιχυόμενου πανταχόθεν τοῖς πόροις τοῦ ὕδατος, φράττουσι τὴν τῶν ἰδρώτων ἐκκρίσιν. Galenus Methodi libro quinto, ἐν τούτῳ τῷ οἴκῳ τὸ ἔλαιον ἔστω χλιαρὸν, ὥς εὐθέως περιχυθῆναι τῷ κάμνοντι. et passim. Hoc ministerium fuit in balneis eorum qui λουτροχόοι et παραχύται dicebantur vel περιχύται, ut scribitur libro sequente: τῷ μικρῶς sive μετρίως περιχεῖσθαι statim opponit auctor πλεῖον τῷ λουτρῷ χρῆσθαι. Non est rectum singulare ΛΑΒΡΩΝΙΑ, sed plurale. nam λαβρώνιον dicebant non λαβρώνια. Hefychius, λαβρώνιον, εἶδος ποτηρίου πλατέος. Sic accipe etiam in sequente versu, κάκτυπωμάτων πρόσωπα, τραγάλαφοι, λαβρώνια. extulerunt et genere masculino ὁ λαβρώνιος ut ex allatis testimoniis apparet:

Μένανδρος Ἀλίστ. vel Ἀλίσυσι. nam Menandri Ἀλίστῃ citat Pollux libro decimo, capite 30. sed numero singulari idem fabulam hanc inscribit capite 30. libri ejusdem. Totus locus inde allatus disruptus est, nec sanari facilis.

p. 805. *Philadelphos* ejusdem comici Pollux libro 10. nominat, ubi locus indicatur hic descriptus: τὴν μυιοσόβην ἐν τοῖς Μενάνδρου Φιλαδέλφοις ἔστιν εὐρεῖν. sed *Philadelphas* idem, libro eodem cap. 31. Non assequor quo spectaret lemma fabulae Diphileae de qua mox, Διφίλος Πιθραύστη. videor reperisse alibi scriptum, Τιθραύστη. Forte Τιθραντι. Tithras nomen vici unius Attici. Inde nomen fabulae, ut *Anagyro* Aristophaneae, ab alio vico. Ita multae fabulae inscriptae. vel scribendum Τιθρασίοις, ut *Acharnenses*, et aliae non paucae.

ΛΑΚΑΙΝΑΙ. non praetermittit Hefychius, Λάκαινα, κυλίκων τὶ εἶδος. Locus Aristophanis pluribus libro sequente describitur. At qui mox citatur in ΛΕΠΑΣΤΗ ejusdem poetae locus, ex ipsius libris ita scribendus, τί δῆτ' ἐπειδὴν ἐκπλήξῃ οἶνον λεπαστήν; Nimium vero faceti sunt qui putant sequentia verba, ἀφ' ἧς ἐστὶ λάψαι, τοῦτ' ἔστιν ἀφρόως πιεῖν, Aristophanea esse, cum manifestissimo Athenaei sint,

veriloquium vocis λεπαστή explicantis. ex eo sumit Eustathius et pluribus persequitur. Idem Eustathius proximo versu, τὸ δ' αἶμα λέλαφας τοῦμὸν ὄναξ δάσποτα, scribit, τὸ δέμας, quod et nos in membranis inventum probamus. Favet Athenaei interpretatio, οἶον ἄθρου μ' ἐξέπιδε. versus ita stabit: τὸ δέμας δὲ λέλαφας τ. Praeterea ibi, ἐνέχει τὴν σφόδρα κυανοκευθῆ, legit Eustathius, κυανοβαυθῆ. et accipit tanquam lepastae epithetum: quod in nostra lectione aliter habet. In Epitom. sic, κ. κευθῆ. mentem poetae explicant proxima verba, τὸ βάθος παρίστησιν ὁ κωμικὸς τοῦ ποτηρίου. Videamus de istis quae statim recitantur ex Antiphani Aesculapio, τὴν δὲ γράυν τὴν ἀσθενοῦσαν πάνυ πάλαι τὴν βρυτικήν ῥιζίον τρίψας τι μικρὸν, δαλασάσας τὴν γεννητικὴν τὸ μέγεθος κοίλῃ λεπαστή, τοῦτ' ἐποίησεν ἐκπεῖν. ingeniosa est interpretatio Dalecamp. qui βρυτικὴν exponit *rugosam et squallidam*, ut sunt τὰ βρύττα, id est, *vinarum*. sed ut possit ea interpretatio doctis probari dubito: imo ne quid dissimulem, veram non puto. Legam potius τὴν βρυτικήν, *illam voracissimam*. nam βρύκειν est vorare cibum avidius, et cum aliquo dentium sono. Vocem γεννητικὴν mutavit idem in γενστικὴν. ita erunt otiosae et tollendae voces τὸ μέγεθος. nostra emendatio clementior et verior, γεννικὴ τὸ μέγεθος. Jam ante exposuimus quid sit γεννικὸν κρέας et similia. ita hic γεννικὴ λεπαστή, id est, *magna*. loquitur de medico qui aniculam aegrotantem fessellit, et vaegrandem vini lepastam ei propinans, potionem medicatam fecit haurire. pharmacum indicat cum ait ῥιζίον τρίψας τι μ. In Glossis Hesychii, βρυτονία radicis est cujusdam nomen. an igitur hoc verius? de hac radice loqui comicum. Philyllii sequitur locus ex *Auga*, sive *Aegeo*: (nam Suidae in ἀνάλφιστον, inscribitur haec fabula Αἰγύς, non Αὐγή: idem tamen in iis quae de Philyllio scripsit, duas illius fabulas commemorat Αὐγὴν et Αἰγέα.) πάντα γὰρ ἦν μετ' ἀνδρῶν μεираκίῳ πινόντων, ὁμοῦ δ' ἄλλων γραιδίῳν μεγάλοισιν οἶνου χαίροντα λεπασταῖς. ait πάντα, nempe τὸν χρόνον. ea vox aut deest, aut repeti debuit ex praecedentibus. χαίρόντων autem scribendum est. Non p. 806. est perfecta sententia in his ex Theopompi *Pamphila*. σπόγγος, λεκάνη, πτερὸν λεπαστή, πάνυ πυκνὴν ἐκπιούσ' ἄκρατον ἀγαθοῦ δαίμονος τέστιξ καλαδεῖ. falluntur qui primis verbis mundum muliebrem describi putant. verius est, *luxus instrumenta* intelligi, et supellectilem tricliniarum. sponsia opus ad analecta mensarum. *pelvis et*

πτέρὸν *pinna*, ad provocandum stomachum, ut vinum nimia copia sumptum rejiceret. Alibi diximus de hoc more veterum. Cratinus Ὠραις. Μῶν βόλυνγ' ἔχεις; πτέρων ταχέως τις καὶ λεκάνην εἰσενεγκάτω. Vides similiter ut hic jungi λεκάνην et πτέρων. Deinde scribendum, vel λεπαστὴν πάνυ πυκνήν: vel πάνυ πυκνὸν ἐκπιούσ' ἄκρην. Aliquanto post reperitur idem hic Theopompi locus aut simillimus alius. In penultimo hexametrorum qui ex ejusdem *Medo* referuntur, lege, Οἶον δ' οὐ κήλῃς. solum non demulfit Rhadamanthum. Moschus paulo post lepastam esse ait, *καραμεοῦν ἀγγεῖον*: sed et aeneae quaedam fuerunt. Varro De vita populi Rom. lib. 1. *Lepastae etiamnum Sabinorum fanis pauperioribus plebisque, aut fictiles sunt, aut aeneae.* addit Moschus, similem esse lepastam ταῖς λεγομέναις πτωματίσι. quarum non inveni nomen alibi. constant tamen sibi MSS. quidam maluerunt πωματίσιν. Hesychio sane πῶμα est idem atque ἔκπωμα. sed malo ἐπέχειν. Inepta est lectio versiculi ex Apollophane, Καὶ λεπαστὸν ἀδύοινον εὐφραίνει δι' ἡμέρας. Lego, Καὶ λεπαστὰ δ' ἀδύοινος μ' εὐφραίνει δι' ἡμ. vel cum Dalecampio λεπαστὰν ὁσφραίνειν. Incredible prope negligentia Dalecampii in verbis quae adscribam, Νίκανδρος δ' ὁ Θυατιρενὸς, κύλιξ, Φησι μείζων παρατιθέμενος Τηλεκλειδου ἐκ Πρυτάνεων, καὶ μελιχρὸν οἶνον ἔλκειν ἐξ ἡδυπνέου λεπαστῆς. id est, *Nicanter Thyatirenus, Lepasta est, inquit, calyx major: afferens locum e Teleclidis Prytanibus, Καὶ μελ. etc. et mellitum vinum educere ex suavis odoris lepastae.* At vir doctus quo Deus bone praeceptus abiit? Oblitus est Nicantrum Thyatirenum veterem criticum fuisse qui Glossas ediderat. Harpocratio citat hujus librum, Ἐξηγητικά τῆς Ἀττικῆς διαλέκτου. Noster quam multas dictiones ex eo interpretatus est? Oblitus est Teleclidem veterem comicum fuisse qui Πρυτάνεις fabulam docuerat: cujus in his libris toties mentio. Distingue et scribe verba ex Hermippi *Moeris*, vel ut veteres dixere, *Mortis*,

— εἰάν δ' ἐγώ

πάθω τι τήνδε τὴν λεπαστὴν ἐκπιῶν
τῷ Διονύσῳ τὰ πάντ' ἐμαυτοῦ χρήματα
δίδομι.

ΛΟΙΒΑΣΙΟΝ. ut *λείβειν* et *σπένδειν* in re sacrorum pro eodem sumi solent: ita inde orta *λοιβίς*, *λοιβάσιον*, et *σπονδεῖον* prima notione idem significant. Usus distinxit, ut sit hic ab Athenaeo. Latini patera vinum in conviviis deo dabant, ut ait Varro.

CAPUT UNDECIMUM.

p. 807.

Eustathii error: forte et Athenaei super voce λέσβιον apud Hedylum. Hujus epigramma de muliere Tricongia illustratur. διαπίνεσθαι ἀνδράσιν. Paphia Epigenis Mnematum. De vocibus λυκοεργής, et λυκιουργής: Lycius statuarius. Plinii locus correctus. μέλη et ὠδὸς poculorum nomina. Calyx metaniptris sacer Ὑγιείας.

ΛΕΣΒION poculi cujusdam nomen esse, probatur Hedylī testimonio. Scio non solum Athenaeum hujus sententiae fuisse: verum etiam Eustath. qui λέσβιον significare ait genus aliquod ποτηρίου καὶ λουτηρίου. Mihi tamen videtur hoc mirum, neque ἀβασανίστως admittendum. Eustathius quidem parum aut nihil nos movet: quem scimus auctoritatem unius Athenaei secutum esse. quin etiam fallitur manifesto Eustathius: cum illa addit καὶ λουτηρίου. nam Athenaeus nunquam dixit, vas ullum ad lavandum λέσβιον esse dictum. Decepit nimirum etiam hic Excerptorum auctor Eustathium: qui per incogitantiam male accipiens quae de altero genere poculi quod appellabant λουτήριον, deinceps Athenaeo scribuntur, retulit haec in suas Eclogas: Ὅτι λέσβιον ποτηρίου εἶδος καὶ λουτροῦ, sive λουτηρίου. Athenaeus vero sic Λέσβιον. ὅτι ποτηρίου εἶδος Ἡδύλος παρίστησιν ἐν ἐπιγράμματι οὕτως λέγων.

Ἡ διακινουμένη Καλλίστιον ἀνδράσι, θαῦμα
 κοῦ ψευδὲς, νῆστις τρεῖς χόας ἐξέπιεν.
 ἦστο δέ οἱ Παφίη ζῶρὸν μετροῦσα θυωθὲν
 κεῖται πορφυρέης λέσβιον ἐξ ὕλου.
 ἦν γὰρ σάου πάντως ὥς καὶ πάντων ἀπ' ἐκείνης
 σοὶ τοῖχοι γλυκερῶν σκύλα φέρωσι πότων.

In quarto versu κεῖται qui recte exponi queat non capio. Lego itaque ἀλὲ et elegantissimum epigramma ita interpretor. *Callistium, quae solita potu cum viris certare: (mira res, sed non falsa) jejuna tres congios ebibit. Affidebat illi Paphia ancilla, merum vinum odoratum, Lesbium admetiens subinde ex purpureo vitro. Hanc tu, o Bacche, serva omnino: ut per illam omnium suavium computationum spolia tua parietes consequan-*

tur. Apparet in vivam non autem mortuam scriptum esse ab Hedylo hoc epigramma: cui occasionem et argumentum praebuit nobile facinus Callistii strenuae potatricis: quae convivio quodam tres ipsos vini congios hauferat. quod cum jurè videri queat incredibile, poeta ne quis figmentum putaret cavit illis verbis *Ἰαῦμα κ' οὐ ψευδές*. Magnum re vera mirum est, mulierem posse reperiri tricongiam: cum olim pro miraculo sit habitum virum quendam tres congios capere. Plin. libro decimo quarto, *Gloriam bibendi virtute Parthi quaerunt, famam apud Graecos Alcibiades meruit: apud nos cognomen etiam Novellius Torquatus Mediolanensis, ad proconsulatum usque e praetura honoribus gestis, tribus congiis, (unde et cognomen illi fuit) epotis uno impetu spectante miraculi gratia Tiberio princeps*. Non excidere memoria quae diximus alibi de quorundam vinosorum capacitate: p. 808. verum illi et viri erant, et fere athletae: quibus studium omne a primis annis erat distendere sese cibus et potu: quam maxime fieri posset. quare nihil propter istos minuit foeminae hujus tricongiae miraculum. *διαπνέσθαι ἀνδράσιν* interpretor, *certare cum viris περὶ πολυποσίας*. Egregia haec Callistii laus, quod non solum cum sexus sui foeminis certaret poculis, sed cum ipsis etiam viris in epigrammate de Cleone multibiba. — *ἴσα δὲ πίσειν* Οὐ τις οἱ ἀνδράπων ἤρισεν. ubi ἀνδράπους intelligo ἀνδρας, viros. Ita necessario exponendum τὸ διαπνόμενῃ. unde enim illa spolia quorum postremo versu sit mentio, nisi ex victoria? illa autem unde, nisi ex bibendi certamine? In tertio versu *Paphia* nomen est ancillae, genere *Paphiae*: sic enim peregrinas Athenis nominabant sive liberas sive servas. ut *Mysis*, *Lesbia*, *Andria*, *Perinthia*, *Phrygia*, *Pythias*, *Dorias*. ridiculum est de Venere accipere: quomodo enim dicetur *Venus* isti mulierculae vinum ministrare? *ζῶρὸν* intellige *μάθῃ* non *οἶνον*. quia neutro genere dicit *δυωθέν*, sive potius *δυῶεν*. ita enim emendandum censemus, quoniam *δυωθέν* vinum quid sit, conjectura assequi non valemus. *δυῶεν* est bene olens, et ἡδύπνου. In quarto versu *λέσβιον* interprete Athenaeo poculi nomen est: nobis placet *Λέσβιον* dici *Vinum Lesbium*, quod sciunt omnes in magna fama fuisse, jam inde a Troicis temporibus: sicut passim *Χῖον πίσειν* Graeci pro vinum Chium bibere. "Ἦν γε σάου πάντως, apostrophe est: non ad Venerem, sed ad Bacchum. est namque Liber pater communis omnium vinosorum et vinosarum

προστάτης dens. Ad Venerem quidem referre nullo modo possumus: non enim hic agitur de rebus Veneris. Deinde quae a victoribus referebantur praemia ex hoc certamine, Baccho non Veneri suspendebant omnes, qua viri quamulieres. Phalaecus in epigrammate Cleus,

Χρυσωτὸν προκόοντα περιζώσασα χιτῶνα
τοῦτο Διωνύσσω δῶρον ἔδωκε Κλεός.

Quae deinceps scripta sunt in ΛΟΤΤΗΡΙΟΝ, confer cum iis quae supra in Κάδος. *Mnematium* titulus est fabulae ejusdem Epigenis: nam ita cum hic, tum ibi omnes libri. Dalecamp. non constat sibi: qui hoc loco emendavit Ὑπομνηματίω, sed et Diphili Μνημάτιον laudatum reperies in his libris. Ex quorundam sententia scribit Athen. ΑΥΚΙΟΥΡΓΕΙΣ Φιάλαι τινὲς οὕτω καλοῦνται ἀπὸ Λύκωνος τοῦ κατασκευασμένου. sed profecto ut a Lycone elaboratum opus λυκιουργὰς dicatur, neque ratio patitur, neque afferri ulla exempla possint, quae nos impellant ad credendum. nam quod subjicitur, ὡς καὶ Κόνωνοι αἱ ὑπὸ Κόνωνος ποιηθεῖσαι, pene dixerim esse ineptum, nam ibi clara et aperta analogia. Merito igitur postquam ex aliorum opinione haec scripsit, veram sententiam postea recitat philologus. omnino λυκιουργὰς opus vel a regione Lycia, vel ab auctore Lycio appellatum est. Demosthenis locus de phialis lycurgidibus ex ea Pro corona non mihi nunc occurrit: et de eo Φροντιστέον. alter vero qui recitatur hic locus extat hodieque in ea oratione quam p. 809. Athenaei codices inscribunt, πρὸς Τιμόθεον ὕβρωσις. perperam: sive lapsus etiam hic memoria auctor ipse: sive peccatum est librariorum. nam scribendum erat πρὸς Τιμόθεον ὑπὲρ χρέους. Sciendum autem in Demosthenicis codicibus non λυκιουργαῖς scribi, sed λυκοεργαῖς. quare paulo post dicturus est corrigenda Athen. oratoris exemplaria sibi videri, et scribendum λυκιουργαῖς. Vide Suidam in ea voce, et ex Athen. corrige. Emenda mox Herodoti locum. Ait ille describens Thracum Asiaticorum qui Xerxi militabant armaturam: ἀσπίδας δὲ ὁμοβοτῆνας εἶχον μικρὰς, καὶ προβόλους δύο λυκοεργαῖς ἑκαστος εἶχε, ad istud exemplum emendandi Athen. codices. inducta etiam voce ἡμισεργαῖς. Porro λυκιουργαῖς προβολοὺς interpretatur Athenaeus *jacula in Lycia facta*. idem affert Didymi interpretationem: τὰς ὑπὸ Λυκίου Φησί κατασκευασμένας. quid exponit Didymus? si Herodoti locum, scribi debet τὰ κατασκευασμένα. si quod editum est placet: referemus ad phialas λυκιουργαῖς, de quibus propositum initio. Vi-

detur sane locus perturbatus, et Didymi interpretationem pertinuisse ad superiora Demosthenis verba constat liquido ex Suida. Addit de Lycio, ἣν δὲ οὗτος τὸ γένος Βοιωτίας ἐξ Ἐλευθέρων, υἱὸς Μύρωνος τοῦ ἀνδριαντοποιεῦ. Lycium statuarium Myronis filium etiam Pausanias memoriae prodidit. Sed quare notatur hic ex parentibus liberis eum ortum? Locus absque dubio corruptus. Legendum ἐξ Ἐλευθερῶν. Eleutheræ oppidum Boeotiae. ea fuit Lycii vera patria. quare etiam apud Plinium libro trigesimo quarto, capite octavo scribendum, *Eleuthereus Lycius Myronis discipulus fuit*. non *Buthyreus*: ut omnes libri habent. neque *buthytes*, ut eruditissimus Pincianus divinabat. istud quidem plane ἀστόχως. Atque obiter nota Plinio dici Myronis discipulum, quem Graeci constanter filium ajunt fuisse. fuerit fortasse initio discipulus: postea adoptione filius. Observabis grammaticum loquendi genus: ἵνα κέηται τὰ ἐν Λυκίᾳ εἰργασμένα. usitatius fuerit, ἐν' αἰοῦνται. sed nihil mutandum temere. et est verbum καίσθαι familiare auctorum interpretibus Graecis non una notione. cur mutat genus? nam erat dicendum ἵνα κέηται vel αἰοῦνται, αἱ ἐν Λυκίᾳ εἰργασμένα. sed hoc sane leve est: neque adnotassem, nisi videretur hoc Suidam impulisse ut referret ad illa Herodoti αἰοῦνται. itaque legit ille, Μὴ ποτ' οὖν καὶ παρὰ τῷ Ἡρόδω γραπτέον λυκ. etc. ΜΕΛΗ. Sicut genus aliud poculi ἀπὸ τῆς ᾠδῆς dictum fuit ᾠδός, ut docemur postea: sic παρὰ τὸ μέλος, quod idem est atque ᾠδή, *mele* haec nominata. ita enim efferebant foemineo genere, non neutro, ut aliquis putet ex Hesychio. clarum ex Athenaeo, Epit. et Eustathio. In ΜΕΤΑΝΙΠΤΡΟΝ. scribe verba Philetaeri, ἐνέσσεις μαστὴν ἴσον ἴσῳ μετανιπτρίδα μεγάλην, ὑπαικῶν τῆς ὕψους τοῦνομα. Sic concise loquebantur, πίνειν Φιάλην vel κύλικα ἴσον ἴσῳ supple κεκραμένην postrema verte, *simul dicens, esse id pocu-*

p. 810. *lum Hygieae sacrum.* Pollux libro VI. μετανιπτρίδα calicem eum solitum appellari quem sumebant postquam lavissent: esseque habitam metaniptridem sacram τῇ ὕψει. sicut erat cratera Jovis Servatoris sacra. Philoxeni verba ita scribam, σὺ δὲ τάνδε βάκχιον εὐδροσον πλήρη μετανιπτρίδα δέξαι· ἐπὶ τῷ Βρύμιος γένος τόδε δοῦς ἐπὶ τέρψει· ἀπάντων ἔχει. nec multo aliter Dalecampius. δοῦς ἔχει Atticum est.

CAPUT DUODECIMUM.

Μαστός. μαθαλλίδες, *Blaesus poëta. ἐπ' ἔχει τῷ γλυκυτάτῳ. μάνης. Pollucis locus. Nefioreum poculum. Ars ἐμπαιστική. Opera ἔμπαιστα. Cur in multis v sis forma rotunda primis inventoribus sit placita. σελῆναι. καρπῶν συναίρεσις. Poculum etiam ξηρᾶς τροφῆς δεκτικόν. Κυκεῶν. Πελειάδες. Hesiodi Ἀστρονομία et Γῆς περίοδος. Ὃς pro ὁ. et contra. Criticorum alii λυτικοί, alii ἐνστατικοί. Prov. οὐχ ὑπ' ἄλλων ἀλλὰ τοῖς σαυτοῦ πτεροῖς ἀλίσκη. Locus Galeni et alter Apuleji emendatur.*

ΜΑΣΤΟΣ Graecis appellatum est poculi genus quoddam, ut praeter Athenaeum testatur etiam Hesychius. ratio nominis obscura non est: atque ad alia multa similis figurae, id est, quae dimidiatum globum referant, id nomen Graeci transferre solent. [In medicorum libris observo ideam poculi quod proprie *μαστόν* vocaveris. Caelius Aurelianus libro tertio, capite decimo sexto de hydrophobi curatione loquens, *dandus*, inquit, *potus in fictili vasculo, subtili caverna perforato, tamquam sunt papillae uberum*] Illud obscurum quod statim sequitur, **ΜΑΘΑΛΛΙΔΑΣ**, vel ut scribit Hesych. *Μαθαλλίδας*, poculorum aliquod genus fuisse dictum. sed videntur et nomen et res nomine significata in Graeciam aliunde invecta, ut alia infinita. Blaesus comicus qui solus ex antiquis omnibus nisi fallor, ea voce usus, in Sicilia aut Magna Graecia vixit et scripsit Dorice, quod pocula haec ejus verba declarant, *ἐπ' ἔχει ἡμῖν τῷ γλυκυτάτῳ*. ut *ἄρτου Φαγσῖν*, sic *ἐπιχσῖν οἶνου*: nam male τὸ ε subscriptum. **ΜΑΝΗΣ** quoque pro poculo usurpatum est: sed translatione dura, et a paucis: nam longe aliud in instrumento cottaborum id nomen significat, ut docet nos Athenaeus. citatur Athenaeo Νίκων Κιθαρῳδῶ qui usurparit pro poculo. Et Julius Pollux eodem auctore in eandem rem utitur, libro sexto, capite decimo sexto, cujus codices ex Athenaeis emendabis. Rursus ex Polluce scribe in Athen. λαβὲ, non *εἴχε. cape*, ait, hunc *manem*. pro-
Cassaub. Anim. in Athen. T. III.

D

bant ultima haec, *Χαροῦντα κοτύλας πέντ' ἴσως. ἔδεξάμην.* ita distinguendum. qui mutant *πέντε* in *δέκα*, agant cum Polluce, qui falli eos arguit. Antiphanis locus e *Veneris natalibus*, habetur et libro 15. conferant studiosi utramque lectionem. Tertius versus est hypermeter: *ὑποκείμενον ἄνω τὸ μικρὸν τὸ πινυλίσκιον λέγει.* constabit si tollas aut *ἄνω* aut *μικρὸν*. et speciem habet absurditatis, p. 811. dici aliquid *ὑποκείμενον ἄνω*. non aliter tamen lib. 15. ac fortasse desunt verba pluscula. Etiam locus Hermippi extat lib. 15. ibi aperimus ejus mentem. Scribo autem, *μάνης δὲ οὐδέ τις λατάγων δὲ τὴν ταλ.* Deinceps explicatur ΝΕΣΤΟΡΙΣ Homericæ (κύλιξ nempe) de cujus artificio libros integros quidam veterum criticorum ediderant. Sunt hic nonnulla quae manum sculptoris desiderant, potius quam verba. Sed nos alio vocamur: cum erit plus otii, et haec et similia his alia figuris illustrabimus: si modo vitae longioris usuram largiatur nobis ὁ ὑπεράβροχτος Θεός. Proponuntur initio quaestiones aliquot super hoc poculo, vel potius Homericis versibus in ejus descriptione. cujusmodi est hoc de clavis aureis quibus ait poeta fuisse hoc poculum argenteum *παπαρμένον*. quod ita explicatur, *οἱ μὲν οὖν λέγουσιν ἔξωθεν δεῖν* (ita scribe) *ἐμπείρεσθαι τοὺς χρυσοῦς ἤλους τῷ ἀργυρῷ ἐκπώματι κατὰ τὴν ἐμπαιστικὴν τέχνην.* sic legimus ex libris et Eustath. quidam codd. *κατὰ τρόπον τὸν τῆς ἐμπαιστικῆς τέχνης.* Fabrilis artis verbum est *ἐμπαίζειν*: quod significat clavis bullisve adactis et infixis opus aliquod ornare. Opus ita elaboratum, *ἐμπαιστὸν* vocabant: quae indebant *ἐμπαίσματα*: artem ipsam *ἐμπαιστικὴν*. Eustathius, *ἄλειςον, οἷον* τὸ μὴ λείον, ἀλλὰ τραχὺ τοῖς ἐμπαίσμασι. Idem alibi, *ἄλειςον, τὸ μὴ ὄν λείον, ἀλλὰ περιφερὲς ἢ ἐμπαιστὸν.* Inde etiam vestes auro squallentes, et clavis aureis insignes *χρυσεμπαίστους* appellarunt, translato verbo ab arte fabrorum et caelatorum. Joan. Chrysofomus homil. quinquagesima in Matth. τὸ ὄφελος εἶπά μοι, τῶν λείων τῶν τιμίων τούτων, καὶ τῶν χρυσεμπαίων ἱματίων; Lego, *χρυσεμπαίστων*. De hujusmodi operibus quaedam ad librum secundum Suetonii notabamus. quibus potest addi locus Senecae epistola quinta. *Non habeamus argentum in quod solidi auri caelatura descenderit.* Adjicimus et hoc exemplum non quidem admodum antiqui, sed magni tamen scriptoris, Pauli Jovii: cujus sunt verba e libro vigesimo octavo: *Abduxit Buda Solymannus, tria inusitatae magnitudinis operosique artificii tormenta:*

quum passim ad ornamentum insignia et literae, argento sculptoria arte aeri incluso, essent admiranda. Apellis tornatoris (utamur ea voce cum Firmico) demonstratio quomodo anfas quatuor haberet Nestoris, in Graeco textu satis plana: sed non pauca obscurant interpretes. Haec est summa. Poculi τὸ κυρτὸν ornabant prominentiae quaedam in longum productae, quas ob similitudinem virgas vocat. Hae non simplices erant, sed duplices. simul enim currebant binae parallelae a fundo ad labrum poculi. octo in universa superficie virgae erant, sed quatuor solum paria. omnium idem initium, ab ea nimirum parte, qua pes poculi centro illius committitur. quatuor ista paria aequalibus intervallis a se disita, in quadrantes pares superficiem poculi dividebant. Porro binae virgae quae unam συστοίχιν faciebant, producebantur aliquantum (puto duos transversos digitos) supra labrum poculi: ibi committebantur earum extrema. Itap. 812 fiebant anfae quatuor: sive aures Nestoridis: quibus etiam fulciebatur si in mensam aliquis eam invertisset. Ita capimus descriptionem Athenaei: non tamen negamus posse quaedam paulo aliter accipi: maxime propter illa verba, καὶ ἑκάτερον οὗς. Sed, ut diximus, alias haec ut speramus, examinabimus persculturius. Saeculo Athenaei cernebatur adhuc ea figura in quibusdam manus antiquae poculis: κάλιστα δὲ, inquit, ἐπὶ τῶν λεγομένων σελυκίδων. Epit. ἥκιστα δέ. scribo, οὐχ ἥκιστα δέ. Erant qui suspecta mox habeant ista, σκῦρον εἶναι παρακειμένως ἔχοντα τὰ ὅσα non aliter tamen omnes libri et Eustath. Subjicitur Asclepiadis Myrleani dissertatio prolixa de Nestoride. Primis illius verbis docemur, quid caussae sit, cur primi rerum inventores, figuram rotundam in plerisque vitae hujus instrumentis usurparint causam assert hanc: quia auctores primi qui ab agresti vita ad hanc humaniorem nos trāduxerunt, universi figuram, et Solis ac Lunae imitandam in istis sibi proposuerunt. Haec pars editur corruptissime, hoc modo: Οἱ παλαιοὶ καὶ τὰ περὶ τὴν ἡμερὸν τροφὴν πρῶτοι διαταξάμενοι τοῖς ἀνθρώποις, πειθόμενοι τὸν κόσμον εἶναι σφαιροειδῆ, λαμβάνοντες ἕκ τε τοῦ ἡλίου καὶ τῆς σελήνης σχήματος ἀναργεῖς καὶ τὰς φαντασίας, καὶ τὰς περὶ τὴν αἰθιρὸν τροφὴν τῷ περιέχοντι κατὰ τὴν ἰδέαν τοῦ σχήματος ἀφομοιοῦν εἶναι δίκαιον ἐνόμιζον. nemo haec satis intelligat ita scripta: omnes facillime intelligent, si ita scribamus οἱ παλ. etc. λαμβάνοντες ἕκ τε τοῦ τοῦ ἡλίου καὶ τοῦ τῆς σελήνης

σχήματος ἐναργεῖς τὰς Φαντασίας, καὶ τὰ περὶ τὴν ἀν-
 θρώπινον (erat scriptum ἄνινον, ut semper in MSS. hoc
 imperitos fefellit) τροφήν τῷ π. et reliqua. deinde adji-
 ciuntur exempla rerum diversarum in quibus amor appa-
 ret rotundae figurae, et imitatio summi artificis. Scribe,
 καὶ τοὺς Φθόεις κυκλοτερεῖς, et fortasse, καὶ ἄς καλοῦσι
 σελήνας. Graeci enim σελήνας appellarunt non illas stel-
 lulas, quibus ornabant τοὺς Φθόεις, sed liborum peculiare
 aliud genus. Ἄρτου etymum vulgo explicant grammatici,
 sed aliter quam hic Asclepiades. In Arati versu scribe,
 οὐρανῷ εὖ ἐνάρησεν. Paulo post καρπῶν συναίρεσις Myr-
 leano dicitur, quae vulgo aliis συγκομιδή. Deinde postquam
 docuit Homerum poculo Nestoris Pleiadas insculpsisse,
 quia sint et generationis et maturitatis fructuum indices,
 addit, καὶ γὰρ τοῦτο τῆς ἐτέρας τροφῆς δακτικὸν ἀγγεῖον.
 Legebam, καὶ γὰρ τοῦτο καὶ τῆς ἐτέρ. nam et hoc vas
 etiam alterius generis alimentorum (intelligit τὴν ξη-
 ρὰν τροφήν) capax est. vel καὶ γὰρ τοῦτο ἐκατέρας τρο-
 φῆς δακτικόν. quia in poculo τὸν κυκεῶνα exhibebant. Erat
 autem cocetum, medium aliquid inter esculenta et potu-
 lenta. Multa de eo Galenus et alii interpretes Hippocratis:
 qui non semel κυκεῶνος meminit, vide infra ubi de πε-
 τὰροο agitur. Haec cum scripsissemus, in Eustathii locum
 incidimus, qui vulgatam lectionem sequitur atque explicat.
 Eum lector vide: atque ipse iudex esto. Simonidis locus,
 p. 813. ubi Peliadas appellavit, quas alii Pliadas, propter Dori-
 cae dialecti usurpationem prave scriptus est. Lego δίδωτε
 δ' αὐτὸς Ἑρμῆς, ἐναγώνιος Μαιας εὐπλοκάμου παῖς. ἔτι κτε
 δ' Ἄτλας ἐπὶ τὰ ἰοπλόκαμωσ θυγατέρας, τῶν ἑξοχὸν εἶδος,
 αἱ καλέονται παλαιάδες οὐράνιαι. In quinto poetriae Moerus
 versu scribe cum Camerario, Γαμφηλῇ Φορέσκες ποτὸν
 Διὶ μητιόεντι. Circumferebatur olim sub Hesiodi nomine
 astronomicum quoddam poema: de quo Athenaeus, καὶ
 ὁ τὴν εἰς Ἡσίοδον δὲ ἀναφερομένην ποιήσας ἀστρονομίαν.
 etiam Theon Commentariis in Aratum laudat Hesiodi
 ἀστρικὴν βίβλον. Strabo libro septimo citat ejusdem Γῆς
 περίοδον: ut videatur cascus ille vates coeli et terrae
 descriptionem aggressus: de quo vel cogitasse illis tem-
 poribus, satis luculentum magni ingenii testimonium. Ait
 dipnosophista, τὸ ὅς ἀντὶ προτακτικῷ τοῦ ὁ Ὁμηρος οὐδέ-
 ποτε τίθῃσι. non dicit ὅς pro ὁ nunquam usurpari: sed
 Homerum ita nunquam usurpasse, qui est norma Helle-
 nismi: at hoc poetae alii sibi licere voluerunt, Nicander

initio Alexiphar. *τέων ἀναδέγμεθα βλάστας. τέων est τῶν.* illud positum pro ὧν. quod reprehendit scholiasies: quem iterum vide sub finem ad ista, *τέης ἐχθήρατο κλώνας.* Contra Homerus: ut hic observatur ἀντὶ τοῦ ὅς ὑποτακτικοῦ παραλαμβάνει τὸ προτακτικόν ὁ. ut Odyss. ῥαψ. β. Κλῦθί μου ὁ χθιζὸς θεὸς ἤλυθες. Sequitur postea, Σωσίβιος δ' ὁ λυτικός προθίς τὰ ἐπη "Ἄλλος μὲν μογ. etc. γράφει κατὰ λέξιν οὕτω. Veterum grammaticorum alii appellati sunt, ἐνστατικοί, alii λυτικοί: illi quod propositis quaestionibus sui ordinis homines saepe vexarint: hi quod solverint. Eustathius ad Iliad. σ. ἐκ δὴ τούτων δῆλον, ὡς οὐχ ὥρισταί ὁ χιτῶν κατὰ τοὺς ἐνστατικούς ἐπὶ μόνου τοῦ προσεχῶς ἐπικεχυμένου τῇ σαρκί. Idem ad Iliad. χ. οἱ δὲ παλαιοὶ λυτικοὶ λέγουσι πολλὰ καὶ ἄλλα εἰς λύσιν τῆς ῥηθισης ἀπορίας. et ita multis locis. Sed hujus tanti dubiorum solutoris frigidiuscula saepe videntur fuisse commenta et violenta. Itaque rex pereruditus et urbanus Ptolemaeus Philadelphus cum imitatus parum probabiles ejus inventiunculas hominem illuisset, *teneris*, inquit, *non alienis sed tuis ipsius technis*, hoc ita Graece καὶ ταῦτα, οὐχ ὑπ' ἄλλων, ἀλλὰ τοῖς σουτοῦ πτεροῖς, κατὰ τὸν θαυμασίον Ἀισχύλον, Ἀλίσκη. Proverbium est Graecorum, quo videtur primus omnium scriptorum usus Aeschylus in Myrmidonibus: ut observat comici enarrator ad Aves. Galenus libro quarto de Hippocratis et Platonis scitis, disputans adversus Chrysippum sibi passim contradicentem in suis scriptis, καὶ τάχ' οὐχ' ὑπ' ἄλλων ἀλλὰ τοῖς αὐτῶν πικροῖς ἀλίσκόμεθα. Lege, καὶ ταῦτα, et πτεροῖς ἄλ. Apulejus in Apologiae epilogo: *imo contra ubique, si cum septem pennis eum tenui.* olim questi sumus de menda hujus loci. Sed videtur idem plane dicere voluisse cum Galeno. Itaque legimus, *imo contra ubique, si suis captum pennis eum tenui.* ant, *si captum suismet pennis eum ten.* [B. Chrysostomus homilia 38. in priorem ad Corinthios. εἶδες πῶς οὐδὲν πλάνης ἀσθενέστερον; καὶ πῶς τοῖς οἰκείοις ἀλίσκεται πτεροῖς.]

CAPUT TERTIUMDECIMUM.

p. 814.

Ὀλμος. Cratini Pytina. σποδεῖν. Cratini Thrattae. πελικά. Clearchus glossographus. τάργανον vinum, sive lora. πέτακνον, pocula. πεταχνον et

πέδαχνον. Critias tyrannus. ζέοντα. Cratini Leges. Diphili fabula Αἰρησιτειχεύς, et Στρατιώτης. Hedyli obscurum epigramma illustratur. Βῆσα.

ΟΛΑΜΟΣ. ποτήριον κρατίου τρόπον εἰργασμένον. Μεγασθένης ἐν τετάρτῳ Πολ. Et poculi cavum, et pile in qua pinfitur, globi dimidiati figuram habent. Inde illa. nominum catachresis: ejus testis etiam Hesych. Pro Μεγασθένης docti ex conjectura Μεγασθένης: eni parce in talibus fidendum. non meminimus sane legere hoc nomen, at *Meneſtheus*, probum est et Graecis usitatum nomen. Pro: ἀλβατάνης, MSS. αἰθατάνης. nihil video: nisi sit nomen foeminae. Primus versus et Cratini *Pytina* in OXYBAPHO allatus legitimam superat mensuram, nisi tollas vocem λίαν: aut initio illa τίς ἄν. πότου autem scribe non ποτοῦ. Caeterum fabulae hujus argumentum habes fusc expositum apud Aristophanis interpretem ad haec verba ex Equitibus, γενοίμην ἐν Κρατίνου κώδιον. Tertio versu, Καὶ τοὺς καδίσκους συγκεραυνώσω σκοδῶν: non dubitabis scribendum συγκεραυνώσω σκοδ. καδίσκους simul omnes conteram tundendo. σκοδῶν etiam παῖσιν significat, et quoquomodo perdere aliquid. De Antiphanis loco e *Mystide* vide libro superiore.

ΟΙΝΙΣΤΡΙΑ.

οἱ μέλλοντες ἀποκεῖρυν τὸν σκόλλυν Φησιν Π. De hoc more dicebamus ad Characteres Theophrasti. Servabatur non Athenis solum: sed et alibi Graeciae. Varro in Logistorico. Itaque Ambraciae primum capillum puerilem demptum, item cirros ad Apollinem ponere solent.

ΠΕΛΙΚΑΙ. Καλλίστρατος ἐν ὑπομνήμασι Θραττῶν Κρατίνου ἀποδίδωσι κύλικα. id est, Call. in commentariis ad Cratini fabulam Thrattas interpretatur calycem. Cratini Thrattas, sive Threicias, laudant passim multi veterum. Pollux vero hunc ipsum locum effert lib. 10. cap. 19. προσδετόν δὲ τὰς ἐν Θράτταις Κρατίνου πελίκας, ἣ κύλικας ἣ προχόους εἶναι δοκούσας. Hesych. πελικάν, εἶδος ποτηρίου ξυλίνου, διὰ τὸ πεπελεκισθαι. scribendum πελ/κα. vel in quarto casu πελίκαν. Callistrati interpretationi vocis πελίκαι, subjicitur expositio Cratetis alius critici qui Ionis Chii locum citat in haec verba, ἐκ ζαθέων πιθακνῶν ἀφύσσοντες ὀλπαις οἶνον ὑπερφίαλον κελαρίζετα. ubi vocem ὀλπαις varie acceperunt. Ergo de ea quoque hic Athenaeus, et si non suo loco τὴν δὲ ὀλπην, ait, καὶ τάριχος Κορινθίους μὲν Φησὶ καὶ Βυζαντίους καὶ Κυπρίους τὴν λήκυθον ἀποδιδόναι, Θεσσαλοὺς δὲ τὴν

πρόχουν. quod nondum, credo, quisquam animadvertit, foede inquinatus est hic locus. quorsum enim per omnes Musas, pertinet vox τάρχος? nam qui existimarunt ὀλην aliquando *falsamentum*, significare, plus quam toto coelo errarunt. Enim vero faventibus Musis veram lectionem odorati sumus. Nam legendum, τὴν δ' ὀλην Κλιστάρχος K. id est, *Clitarchus scribit vocem ὀλην* p. 815. *Corinthiis quidem et Byzantiis ac Cypriis ampullam significare: at Thessalis guttum.* Clitarchus, cujus hic dissimulatum fuerat nomen, Glossarum auctor fuit: quae passim Athenaeus laudat, vel vide statim sequentem ex eisdem locum. In ΠΕΛΛΑ debuerant Hipponactis scazontes vere Hipponactei ita distingui,

Ἐκ πολλίδος πίνοντες. οὐ γὰρ ἦν αὐτοῖς
κύλιξ. ὁ παῖς γὰρ ἐμπεισὼν κατήραξε.

et postea, ἐκ δὲ τῆς πολλῆς

ἔπινοῦ ἄλλοτ', αὐτὸς ἄλλοτ' ἀρύτη προῖπινεν.

ubi malim, αὐτὰρ ἄλλοτ' ἀρυταίνη προῖπινεν. Phiala de qua recitantur Phoenicis versus, illa est de qua tam multa Laërtius in Thalete. Describitur et alter locus ejusdem poetae: quem depravatum omnes codices nobis exhibent,

Ἐκ πολλίδος τάργανον, καὶ τῇ γαίᾳ
κωλοῖσι δακτύλοισί θ' ἡτέρῃ σπένδει
τρέμων οἶνον περ ἐν Φερῇ τῷ νόδῳ.

eruditus interpres censuit emendandum τῷ τ' Οὐρανῷ καὶ τῇ Γαίᾳ. et versu sequente, Κολοβοῖσι δακτύλοισι τῇ θ' Ἠρῇ σπ. non absurde ille quidem: sed longius tamen recedens ab editae lectionis vestigiis: quae nos magis premimus, et scribimus, Ἐκ πολλίδος τάργανον, καί τοι γυίοις κωλοῖσι, δακτύλοις τε, ἡτέρῃ σπένδει. vel τῇ θεῇ. hoc est, *ille quamvis debilis artus et digitos, altera manu (vel, alteri deae) targanum libat.* Loquitur de sene paupere et vieto: quem ait libasse non vinum quidem, sed quod ad donum aderat. τάργανον Hesych. interpretatur πόμα ἐκ στεμφύλων, *iorat.* οἶνον στεμφυλίτην alii vocant. comicus Plato οἶνον τεταργανωμένον dixit iis versibus qui recitati sunt in ἄμυστις. ΠΕΛΛΗΤΗΡ agnoscit etiam Hesych. sed et πολλήρ pro eodem. Scribe in ΠΕΝΤΑΠΛΟΑ ἀγῶνα ἐπιτελεῖσθαι τῶν ἐφύβων δρόμου. quod nuper editum est, habent antiquiss. libb. sed malo lectionem priorem quae et in Excerptis. De oschophoriis Atheniensium, passim grammatici, et Photius alii quae.

ΠΕΤΑΧΝΟΝ, ποτήριον ἐκπέταλον οὐ μνημονεύει Ἀλεξίς ἐν Δρωπίδι. πρόκειται δὲ τὸ μαρτύριον αὐτοῦ. Poculum

istud et *petacnum* et *petachnum*, per π aut χ scribi auctor est Hesychius. sed ecce aliam γραφήν ex ejusdem libris, πεδαυνά, ait, τὰ ἐκπέταλα καὶ Φιαλοσιδῇ ποτήρια. Lego, πεδαχνά. nam et verbum agnoscit idem. πεδαχνοῦσθαι, quod exponit, ἐξυπτιοῦσθαι καὶ τρυΦᾶν. Quod ait, jam ante recitatum esse Alexidis testimonium ubi petachni fecit mentionem, per emendationem nostram verum est hodie. vide libro tertio, capite ultimo. In Excerptis constanter παντάχρον. mendose. Addit Athenaeus: καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Δράμασι λέγων, πάντες δ' ἔνδον πεταχνοῦται. De iis fabulis Aristophanis quae *Dramata* vocatae sunt disputatum satis libro septimo, cap. decimoquarto, quae hic citantur ex illis mendosa habeo. quid enim significat vocabulum πεταχνοῦται? Ego vero censeo legendum, πάντες δ' ἔνδον πεταχνοῦνται. aut sic potius, πᾶς τις δ' ἔνδον πεταχνοῦται. non dubitabunt p. 816. periti harum. literarum hoc posterius esse verissimum: neque alio Hesychium respexisse, cum scriberet, πεταχνοῦται, ἐξυπτίωται, τρυΦᾷ. Critias ille qui in ΠΛΗΜΟΧΟΗ appellatur tyrannus, unus erat e triginta tyrannis quos Lysander Atheniensibus imposuit: sed omnium fere immanissimus et scelestissimus: ut non injuria ἀπλῶς tyrannus nominetur. Verba illius haec, ἵνα πλημοχόας τάσδ' εἰς χθόνιον χάσμ' εὐφήμεως προχέωμεν. non προσχ. loquebatur de inferiis quae mortuo fiebant, effusa in foveam libatione. vide extremo libro nono locum ex Clidemi Exegetico. ΠΡΙΣΤΙΣ. ὅτι ποτηρίου εἶδος προσήρται ἐν τῷ περὶ τοῦ βατιακίου λόγῳ. Adi fragmentum quod capite quarto descripsimus. vide etiam in λαβρώνια. in sermone de PROCHUTA nescio quid sit, μνημονεύει αὐτοῦ καὶ Ἀλέξανδρος ἐν Τηγόνι. Vereor ne plus aequo velim mihi concedi, si postulem rescribi auctore me, Ἀλ. ἐν Ἀλυσί. ita tamen Athenaeus alibi. ΠΡΟΥΣΙΑΣ. ὅτι τὸ ποτήριον τοῦτο ἔξορθόν ἐστι προσήρται. Obiter hoc dictum supra, ubi actum de *celeba*. Pocula autem PEONTA videntur quibusdam appellata quae aliis ρυτά, sola nominis formatione inter se differentia. Posteriores versus Aftydamantis sic scribendi,

ῥέοντα δώδεχ'. ὦν τὰ μὲν δέκ' ἀργυρᾷ
ἦν, δύο δὲ χρυσᾷ. γρῦψ ἔν, ἕτερον πήγασος.

ΡΥΣΙΣ. Φιάλη χρυσῇ Θεόδωρος. Κρατῖνος ἐν Νόμοις, ρυσίδι σπένδων. De rhytide eadem Hesychius. *Legum* Cratini fabulae meminit Pollux libro sexto, capite decimo, et libro septimo, capite vigesimo secundo, item Aristophanis

interpres ad *Equites*: ΡΟΔΙΑΣ. Διφιλος Αἰρησιται-
 χαῖ. τὸ δὲ δῶμα τοῦτο Καλλιμαχος ἐπιγράφει Εὐνοῦχον.
 auctore Hesychio, ῥοδιακὸν et ῥοδιάς species sunt ποτηρίου
 καὶ ἐκπώματος: sic enim loquitur. Diphili fabula cum
 primum in scenam prodiit, Αἰρησιταίχης nomen habuit:
 ut si dicas *Pyrgopolinices* aut *Poliorcetes*. deinde a
 poeta emendata, et denuo edita est, novo titulo Εὐνοῦ-
 χος ἢ Στρατιώτης, ut Plauti *Miles gloriosus*. Auctor
 Athenaeus paulo post, sic enim τὸ διασκευὴ exponimus
 libro tertio. Epinici locus ex *Hypoballomenis* descriptus
 in ΠΥΤΑ, ante fuerat promissus in descriptione elephantis
 poculi: quem locum vide. Ibi fiebat mentio elephantis,
 qui capiebat tres congios: is de quo hic Epinicus, duos
 solum. Illius verba perturbata vulgo, ita concinnabis.

Ἔστι δ' ἐλέφας. ἐλέφαντας περιάγει; ῥυτόν
 χωροῦντα δύο χόας, ὃν οὐδ' ἂν ἐκπῶι
 ἐλέφας. ἐγὼ δὲ τοῦτο πέπωκα πολλάκις.
 οὐδὲν ἐλέφαντος γὰρ διαφέρεις σύγας.

In τοῦτο est figura πρὸς τὸ σημαίνονμενον: non enim con-
 gruit cum ἐλέφας: sed cum ποτήριον. De sequentibus
 Theoclis Ithyphallicis versibus dictum est libro sexto,
 capite decimoquinto. Dionysii Sinopenensis locum quo nos
 statim rejicit in superioribus, opinor, non invenias. Sub-
 jicitur Hedyli epigramma de rhyto quodam machinoso,
 quod Ctesibius mechanicus confecerat, et Veneri Zephy-
 ritidi, sive Arsinoae consecraverat. Videtur Hedyli epigram-
 matis suis descripsisse donaria quae in Arsinoae templo
 ejus aetate visebantur. nam hoc nisi fallor, indicat, cum
 ait Καὶ τοῦτα. in primo versu. Sane pleraque Hedyli
 quae extant hodie epigrammata, donariorum sunt ἐπι-
 γραφαί. De Arsinoae cultu et variis nominibus dictum
 libro septimo cap. 19. Cum autem et mutilum et multis
 modis depravatam istud Hedyli epigramma hactenus sit
 editum: quae desunt quidem, ea nos ex fide membra-
 narum supplebimus: sed corrupta emendare non possu-
 mus. Sic igitur libri chirographi,

Ζωροκόται καὶ τοῦτο Φιλοζεύφου κατὰ νηὸν
 † τὸ ῥυτόν· εἰδείης δ' εὖ τί δέ τ' Ἀρσινόης
 ὀρχηστὴν Βῆσαν Αἰγύπτιον· ὃς λιγὺν ἤχον
 σαλπίζει κρουνοῦ πρὸς ῥύσιν ἡττωμένου †
 καὶ πολέμου σύνθεμα. διὰ χρυσεῦ δὲ γέγωναν
 κώθωνος κώμου σύνθεμα καὶ θαλῆης·
 Νεῖλος ὁκοῖος ἀναξ μύσταις Φίλον ἱεραγωγόος
 εὖρε μέλος θείων πάτριον εἰς ὑδάτων.

ἀλλὰ Κτησιβίου σοφὸν εὔρεμα τίστε τοῦτο;
δεῦτε νέοι νηῖ τῷδε παρ' Ἀρσιόης.

Compotores suos affatur poeta, et ad rhyti contemplationem vocat, quod arte subtili elaboratum a Ctesibio hydroanlicorum inventore, (ut libro quarto cap. 33. dictum) Arfinoae Veneri fuerat consecratum. [In secundo versu scribebat ὁ μακαρίτης Scaliger εἰδυλῆς δεῦρ' ἴδστ' Ἀρσιν. sic in ultimo versu δεῦτε νέοι.] Tertio versu lego βήσαν minore litera initiante. Ait poculum hoc quod Graeci alii ρυτὸν appellant, Aegyptium esse *besam*. ita vocabatur Alexandriae genus potorii vasis: quod in fragmento capituli quarti ita describitur, Βήσσα (forte βήσας) ποτήριον παρὰ Ἀλεξανδρεῦσι, πλατύτερον ἐκ τῶν κάτω μερῶν, ἐστενωμένον ἄνωθεν. haec figura convenientissima est poculo isti, quod ad instar hydrauleos fecerat Ctesibius. cur ὀρχηστὴν appellet nescio, et fortasse locus est corruptus. Quarto versu lego, πρὸς ῥύσιν ἱεμένου, [vel cum Scaligero ἀττομένου] ait, effluente liquore edi aliquando acutum sonum et quodammodo bellicum. ideo comparat tubae clausicum canenti, aliquando vero mollem edi sonum, et conviviis atque commensationibus convenientem. Quarto disticho comparat sistro dulcisonum hoc poculum. et est locus insignis de inventione sistri, imitatione fusturri quem Nilus edit per confragosa quaedam fluens. si quis malit ad hydranlida respici, per me licet. Sistrum tamen Aegyptiorum sacrorum mystis familiare fuisse omnes mihi concedent. [Pro ἐξ ὑδάτων Scaliger emendabat, ἐξ ἀδύτων. de quo judicet lector.]

CAPUT QUARTUMDECIMUM.

Σκάλλιον, et σκαφή. Euripidis Eurystheus. Pollucis locus correctus. Dercyllidas dictus Scythus et Sisyphus. tabaetas. aeromeli sive δεροσόμελι. fabula Κονιάτης Alexidis aut Amphidis. ψυχρήλατα. Theopompi Altae. Telestes comicus. Quaedam ex libris antiquis nunc primum edita.

p. 818.

ΣΚΑΛΛΙΟΝ. Et σκαλλιον et σκαλλον poculorum esse nomina etiam Hesychius observat. Ratio autem appellationis haec. Σκάλλειν Graecis idem significat ac σκάπτειν fodere, cavare. Quemadmodum igitur a σκάπτω deductis

nominibus *σκάφη*, *σκαφίς*, *σκαφίον*, et *σκάφος*, varia
 instrumenta nominarunt, quae cavando fieri videbant, sic
 a *σκάλλω* cavatum lignum in usum poculi appellarunt
σκαλλόν. In ultimo versuum allatorum e Melampodia
 Hesiodi, in ΣΚΥΦΟΣ scribendum est, Ἔσταιλαν Φύλακος
 majuscula littera initiante. *Phylaeus* enim regis nomen
 est, ut ex praecedente versu apparet, et Bibliotheca
 Apollodori aliisque, pro ἔσταιλα MSS. ἔσταιλας: quod
 minus placet. Scribendum *Εὐρυπίδης ἐν Εὐρύσθει*, non
Εὐρύσθαια. nam τὸ α male adhaesit fini hujus dictionis
 ex sequentis initio. Fabulae argumentum ex ipso nomine
 satis notum. Nam Herculem novit nemo quin *Eurytheum*
 norit. de *Eurythea* muliere, nugae. Praeterea *Euripidis*
Eurytheam non semel apud Stobaeum invenies laudatam,
 Pollux libro 10. cap. 24. tragicum hunc laudat, ἐν Εὐ-
 ρισθένει σατυρικῷ. an pro *Εὐρύσθει*? potest dubitari.
 Locus ex *Omphala* Achaei pluribus descriptus est in
 sermone de literato poculo. *πολύφωνος ἐορτὰ* scribam
 potius in *Alemanis* loco, et initio versus *Stesichori*,
Σκύπθειον δὲ λαβὼν θέτας. ΛΑΓΥΝΟΝ. καὶ ἐν
Πάτραις δὲ *Φησι* τοῦτ' εἶναι τὸ μέτρον τὴν *λάγυνον*. quis
Φησί? verius est *Φασί* et τὴν *λάγυνον* *Epit.* non *λάγυνον*.
Verte, τῶν κατεσταυρισμένων ἡμῖν *λαγύνων*. *Lagenarum*
quas diffundimus. Pollux libr. 7. Malim, καὶ δυσχερὲς
λάγυνος οὗτος πλήρης ὦν ὄξους: quam *πληστός ὄξους* et
ἐδίδουν δ' ἐκάστω λαγ. Locus *Diphili* ex *Adelphis* comi-
 cum aliquod figmentum continet, imperfecta sententia.
 Pollux lib. 10. cap. 20. hanc ipsum *Diphili* locum intel-
 ligebat, cum scripsit τὸ δὲ *λαγύνιον* εἶρηκε *Δίφιλος ἐν*
Δελφοῖς. corrige igitur ἐν Ἀδελφοῖς. Inquinatissima quae
 sequuntur. τὸ δ' ἐν *Γερρονίδῃ*. *λαγύνους Στησιχόρου* *ἐμμε-*
τρον ὡς τριαλάγυνον τὴν τῶν τριῶν γενῶν ἀμφιβόλιαν
ἔχει. nullum dubium respici versum *Stesichori* qui prae-
 cedit non longe, *Σκύπθειον δὲ λαβὼν θέτας ἐμμετρον*
ὡς τριαλάγυνον. Ergo ita emendandum, τὸ δ' ἐν *Γερρο-*
νίδῃ *Στησιχόρου*, *λαβὼν θεκ.* etc. pertinet autem obser-
 vatiuncula haec ad genus vocis *λάγυνος*, de quo hic
 agitur. interpretes plane hic hallucinantur. *Dercyllidam*
Spartanum appellatum fuisse *Srythum* ex *Ephoro* narra-
 tur aliquanto post: et *caullae* dicitur fuisse, quoniam inerat
 moribus illius πολὺ τὸ πανούργον καὶ *θηριώδες*. tales
 erant et habebantur vulgo *Scythae*. inde homines trucu-
 lentos et immanes dixerunt *Graeci* *σκυθρούς*. inde etiam
 peculiare idud *Dercyllidae* cognomen. At *Xenophou*, non

Scythum, sed *Sisyphum* prodit esse hunc appellatum. an quia utrumque vulgo datum Dercyllidae cognomen? illud p. 819. propter feritatem, hoc propter vafritiem. nam utrumque fuit Spartanus hic, et *πανοῦργος* et *Θηριώδης*. de Sisyphi illius antiqui dolis nemo jam monendus est. an locus Xenophontis ex isto Ephori emendandus nobis hodie?

TABAITΑΣ. Subjectus locus Amyntae ex Asiae itinerario non Graecum sed Barbarum hoc vocabulum esse nos docet. arculam proprie significatam puto illa dictione ab Hebraïca non obfcure deflexa. *ἀερόμελι* hodie in officinis *mannam* vocant. Galenus *δροσόμελι* et *ἀερόμελι*. [*aërium mel* leges apud summum vatem. *Pro-tinus aërii mellis coelestia dona Exequar.* sed diverso sensu.]

ΤΡΑΓΕΛΑΦΟΣ. Ἀλεξίς ἐν Κονιάτῃ. Julius Pollux libro 7. cap. 27. καὶ κονιάματα εὖ ἂν εἴποις. καὶ τὸ ῥῆμα κονιάν. καὶ τὸν τοῦτο δρῶντα κονιάτην. Ἀμφίδος δὲ καὶ δρᾶμα Κονιάτης. in dubio mihi est animus, Athenaeumne ex Polluce censeam emendandum, an ex Athenaeo Pollucem.

ΤΣΤΙΑΚΟΝ, ποτήριον ποιόν. In Excerpt. Ῥαστικόν. perperam. Notanda Hesychii verba. ὑστιανκός, ποτήριον ποιόν Ἰταλιῶται.

ΦΙΑΛΗ. Οὐκ ἔστι μὲν ὅταν λέγῃ ἀμφίδετον Φιάλην ἀπύρωτον εἴρηκε. de hoc versu aliquid supra in *δακτυλωτόν*. Vocis ἀπύρωτος duplex sequitur interpretatio: ἢ ψυχρήλατος, ἢ ἐπὶ πῦρ οὐκ ἐπιτιθεμένη. Vocant autem ψυχρήλατα Graeci, non *frigidis malleis ducta*: id enim est ineptum. sed τὰ μετὰ τὸ ἐλαθῆναι ψυχρῶ βαφέντα: quae postquam sunt malleo ducta, in frigidam fuere mersa. Scribe, τὸν μὲν ἐμπυριβήτην, τὸν δ' ἀπύρωτον. et mox, Κρατίνου δ' εἰπόντος ἐν Δραπέτισι, δέχεσθε Φιάλας τάσδε βαλ. ut statim. Scribe etiam, Ἴτ', ἐκφορεῖτε. Suspectus fabulae titulus, cum laudatur Theopompus ἐν Ἀλθαίς. Hesych. ἄλθαι interpretatur *θερμασίαν* ἢ *θεραπεσίαν*, calefactionem aut curationem. luxum balneorum, de quibus hic loquitur Athenaeus, fortasse ea fabula traduxerat poeta. nisi est verius, scribendum ἐν Ἀλφαῖς. Pollux libro decimo, cap. 46. Θεόπομπος ἐν Ἀλφαῖς,

Τὴν οἰκίαν γὰρ εὖρον εἰσελθὼν ὅλην.

κίστην γεγονυῖαν Φαρμακοπώλου Μεγαρικου.

Mox lege, Τελέστῃς δ' ἄκρατον ὠνόμαζεν. ὡς τοῦ Τελέστου ἄκρατον τὴν Φιάλην εἰρηκτός. Prima verba sunt Timarchi: sequentia Athenaei, ea velut explicantis. Telestes comici nomen, ut scimus ex Athenaeo et Suida. quam absurde ista docti acceperint, piget dicere. In Cra-

tini versu. Χρυσίδι σπένδων γέγραφε τοῖς ὄφεισι πιστὴν δι-
 δούς. malim, τοῖς σοφοῖς π. δ. Post Hermippi versum,
 allatum in sermone de *Chryside*, iterum lacuna fuit no-
 tanda: etsi vulnus acceptum dissimulant antiquae mem-
 branae. In Excerptis tam Levinianis, quam Hoeschelianis
 legebantur isto loco quae hic descripsimus Ἐκαλεῖτο δέ
 τις καὶ ΒΑΛΑΝΩΤΗ Φιάλη, ἥς τῷ πυθμένι χρυσοὶ ὑπέ-
 κειντο ἀστράγαλοι. Σῆμος δὲ ἐν Δήλῳ ἀνακαῖσθαι Φησι
 χαλκοῦν Φόινικα, Ναξίων ἀνάθημα, καὶ παρυωτὰς Φιάλας
 χρυσαῖς. Ἀναξανδρίδης δὲ Φιάλας Ἀρεως καλεῖ τὰ ποτήρια
 ταῦτα. Αἰολεῖς δὲ τὴν Φιάλην ἀρακὴν καλοῦσιν. ΦΘΟΙΣ.
 πλατεῖαι Φιάλαι ὀμφαλωτοί. Εὐπολις. σὺν Φθοῖσι προσ-
 πεπτωκώς. [Fortasse melius προπεπτωκώς.] ἔδει δὲ ὀξύνη-
 σθαι ὡς Καρσί παισὶ Φθαιρί. ΦΙΛΟΤΗΣΙΑ. κύλιξ τις
 ἦν κατὰ Φιλίαν προῦπινον, ὥς Φησι Πάμφιλος. Δημο-
 σθένης δὲ Φησι, καὶ Φιλοτησίαν προῦπινεν. Ἀλεξίς, Φι-
 λοτησίαν σοι τήνδ' ἐγὼ ἰδίᾳ τε καὶ κοινῇ τὴν κύλικα
 προπίνομεν. Ἐκαλεῖτο δὲ καὶ τὸ ἐταιρικὸν συνεσχωρούμενον
 Φιλοτήσιον. Ἀριστοφάνης, ἐπτάπους γοῦν ἡ σκιὰ ὅστιν ἡ
 πὶ τὸ δεῖπνον, ὡς ἤδη καλεῖ μ' ὁ χορὸς (vel χρόνος nam
 in utroque est: χρόος.) ὁ Φιλοτήσιος. διὰ δὲ τὴν τοιαύτην
 πρόποσιν ἐκαλεῖτο καὶ κύλιξ Φιλοτησία. ὡς ἐν Λυσιστράτῃ.
 Δέσποινα Πειθοῖ, καὶ κύλιξ Φιλοτησία. ΧΟΝΝΟΙ. παρὰ
 Γορτυνίοις ποτηρίου εἶδος ὅμοιον θηρικλείῳ. χάλκεον, ὃ
 δίδοσθαι τῷ ἀρπασθέντι ὑπὸ τοῦ ἐραστοῦ Φησὶν Ἑρμῶναξ.
 ΧΑΛΚΙΔΙΚΑ. ποτήρια, ἴσως ἀπὸ τῆς Χαλκίδος τῆς Θρα-
 κικῆς εὐδοκιμοῦντα. ΧΥΤΡΙΔΕΣ. Ἀλεξίς, Ἐγὼ Πτολεμ.
 etc. praetermisit fabulae nomen: quod corruptum extat
 in vulgatis libris: ubi hodie poetae nomen desideratur.
 Scribe, Ἀλεξίς δ' ἐν Ὑποβολιμαίῳ. Ἐγὼ Πτ. Scribe,
 χυτρίδια βαθέα δώδεκα.

CAPUT QUINTUMDECIMUM.

Ὁ ψυκτηρ ας. Φωνῆς καταλλαγή et Φωνῆς ἀποτι-
 σις. Aegimius veteris poëmatis nomen. Aegimius
 vetus scriptor Περί παλμαῶν. Περιάγειν Ἀρμόδιον.
 Platonis quaedam χρονικά ἀμαρτήματα. Prov.
 δεῶν ταῦτα τοῖς εὐχομένοις. Platonis dictum de
 ambitione. Ephippi locus elegans explicatur.
 θρασυμαχειοληψικεργμάτων. ἀνάγκη ληψίμισθος.

*calcei elegantiorum. ἐλίγματα, fasciae tibiales.
Baculus in manu ex Attico more.*

ΨΥΓΕΤΣ ἢ ΨΥΚΤΗΡ. Πλάτων Συμπόσιῳ. Platonis locus e convivio definit in verbo ἐγχεῖν, sequentia male eum praecedentibus continuarent, quae quidem unde sint descripta non indicatur in nostris libris, deficientibus etiam hic vocibus aliquot. Sequitur Διώξιππος Φιλαργύρου, παρ' Ὀλυμπίῳ δὲ Θηρικλείους ἔλαβεν ἐξιστατους δύο ψυκτῆρας. Lego, ut deleatur vox mendosa et palam corrupta, θ. ἐλ. ἐξ. εἶτα τοὺς δύο ψ. Eclogam Alexidis ex Hippisco, lege pluribus et melius descriptam libro sexto, sed prima verba valde hic corrupta. Ita scribere possumus; certe quidem, ita distinguere,

— ἀπῆντων τῷ ξένῳ
εἰς τὴν κατάλυσιν· οὗτος ἦν δ' αἰῶν ἀνὴρ.
τοῖς παῖσι τ' εἶπα, (δύο γὰρ ἦγον οἴκοθεν)
τὰ πρῶματ' εἰς τὸ Φ. et caetera ut libro sexto.

In primo versu Euphorionis, Ἐπὲν δὲ καλέσῃ ψυγέα τὴν ψυκτηρίαν. scribendum τὸν ψυκτ. Eustathius ad nominem Odysseam: genera, ait, poculorum sunt apud Athenaeum, τὸ ψυκτηρίον, καὶ τὸ ψυκτηρίδιον, καὶ ὁ ψυκτηρίας ὡς κοχλίας. Postremis verbis Euphorionis, αὐτὸν γὰρ εἶπον ὥσπερ χρυσοῦ Φωνῆς ἀπότισιν Πυργόθεμι καταλλαγήν. appellatur Φωνῆς καταλλαγή, vocis et sermonum commercium: cum dūo aut plures, sermonis vices dant inter se atque suscipiunt. Φωνῆς ἀπότισις. est sermonis tanquam debiti solutio: necessitas nempe respondendi cum fueris interrogatus. Paulo aliter Pindarus χρῆος ᾠδᾶς, et p. 821. λόγου τίσιν dixit, in oda quam diu ante promissam misit tandem Agefidamo cum fenore. Qui dicebat apud Antiphanem, ὁ δὲ καλὸς πῖλος, καλὸς ψυκτηρ, hoc voluit, *pulehra haec cassis erit pro pulchro psyctere*. Hefych. πῖλος χαλκοῦς, εἶδος περικεφαλαίας. etiam Latini *galeum* et *galerioulum*, pro galea usurpant. ψυκτηρας, inquit, vocabant καὶ τοὺς ἀλσώδεις καὶ συσκλοὺς τόπους. idem Hefychius: sed scribe apud illum ψυκτηρία, non ψυκτηρία. Tragoediam Aeschyli Νεανίσκουσιν laudatam mox, reperies in indice fabularum ejus poetae, et apud Hefychium in ἀφορβατον. Ejus versum edi jusseram ex libris, Σαύρας ὑποσκλοῖσιν ἐν ψυκτηρίοις. malim etiam in versu Euripideo, Φιλαισιν ὠλεναῖσι δέξεται: quam λέξεται. Addit Athenaeus, καὶ ὁ τὸν Αἰγύμιον δὲ ποιήσας, εἰθ' Ἐσθλὸς ἐστίν, ἢ Κάρκινψ ὁ Μιλήσιος. Aegimius

quidam fuit scriptor antiquissimus, quem *Περὶ παλῶν*, sive de pulvis, scripsisse omnium fuere qui traderent, ut legimus apud Galenum in quarto De differ. pulvis. Callimachus quoque Aegimium inter antiquissimos *πλακωντοποικῶν* librorum recensuerat, teste Athenaeo libro 14. At poema *Αἰγίμιος* inscriptum, quem auctorem habuerit, etiam prisca critici ignorarunt. Scholiastes Apollonii ad librum tertium; *ὁ τὸν Αἰγίμιον ποιήσας, διὰ τὸ ὅτι αὐτὸν αὐθαίρετως Φησὶ προσδεχθῆναι*. idem librum secundum ejus operis alibi citat. Cercops Milesius historiae fabularis auctor fuit antiquissimus, laudatus Apollodoro libro secundo Bibliothecae. *Περαινεῖν Τελαμῶνα* aut *Παιῶνα*, aut *Ἀρμόδιον* in versibus Antiphanis, mox recitatis in sermone de O DO poculo, est, recitare antiqua scholia, quorum et argumenta et tituli illis nominibus declarantur. habes de his, imo haec ipsa libro ultimo.

ΩΝ· *Δίγων ἐν τρίτῳ Περσιῶν Φησὶν οὕτως· ἔστι δὲ ποτίβαζις ἄρτος κριθίνος, καὶ πυρ*. Barbarum et ut videtur Persicum vocabulum est *ποτίβαζις*. nisi cui placeat conjectura *ἐπὶ τραπέζης*.

ἔνθεν ἀμπέλου καχλάζοισαν δωρήσται. Poeta scripsit, *ἀμπέλου δρόσῳ καχλάζοισαν*. Pindari verba, initio odae quintae Olymp.

καὶ ὁ τοὺς μίμους δὲ πεποιηκώς. Sophron celeberrimus mimorum poeta: quem scribunt veteres ita studiose lectitatum a Platone, ut ei non solum invigilaret, sed interdum etiam indormiret. Sed descriptis hic verbis nihil fingi potest corruptius. Interpretes, debellando huic monstro vires defuerunt. Utinam majorem difficultatem alibi non essemus experti. Legendum hanc dubie, *κῆν κερρατηρίσαμεν· ἀντὶ τοῦ πεπώκειμεν*. vel *κερρατηρίκαμεν*. Sophronis est locus, produōtis, ut probaret *κερρατρίζειν* significare idem ac *πίνειν*, ut declarat interpretatio Athenaei. Elegantissime dictum a Xenophonte quod statim sequitur: plantas nimis ubertim et *ἀθρόως* rigatas, non posse erigi, *οὐδὲ ταῖς αὔραις διαπνεῖσθαι*. manu tamen exarati quidam, *οὐδὲ ταῖς ὥραις διαπλοῦσθαι*. neque aliter in Excerptis. De aemulatione et similitudinibus Platonem inter et Xenophontem, A. Gelli notus est locus. Cum p. 822.

ait, *μονονευχὶ εἰπὼν οὐκ ἔστ' ἔτυμος λόγος οὗτος*. ad Stesichori palinodiam alludit, *Οὐκ ἔστ' ἔτυμος ὁ λόγος οὗτος, Οὐδ' ἔβας ἐν νηυσὶν εὐσέλμοις, Οὐδ' ἴκσο πάργαμα τροίας*. Scribo, *ὁ τοὺς ἄλλους ἀπαξαπλῶς κακολογήσας*.

ὁ τοιαῦτα ἐν τῇ Πολιτείᾳ εἰπὼν, ὅταν οἴμαι δ. Locus est in octavo De repub. Athenaeo jam non semel

descriptus. quid autem in his sit, cur Platonem aliquis reprehendat, nullus video. Ait, Παρμενίδῃ μὲν γὰρ καὶ ἐλθεῖν εἰς λόγους τὸν τοῦ Πλάτωνος Σωκράτην, μὲντοι ἡ ἡλικία συγχωρεῖ. Auctore Diogene Laërtio Parmenides florebat circa tempora Olympiadis sexagesimae nonae: jam grandis natus, et πάλαι ἀνδρωθεῖς. natus autem Socrates Olympiade septuagesima septima. Itaque etiam si concedamus Parmenidem quam diutissime vixisse: incidet tamen juvenus Socratis in aetatem illius decrepitam. De secundo Protagorae adventu Athenas, satis libro quinto disputatum est capit. 18. Sed consideremus Athenaei verba, Ἀλλὰ μὲν οὐ δύνανται Πάραλος καὶ Ξάνθιππος οἱ Περικλέους υἱοὶ τελευτήσαντες τῷ λοιμῷ, Πρωταγόρα διαλέγεσθαι, ὅτε δεύτερον ἐπεδήμησε ταῖς Ἀθήναις. οἱ ἔτι πρότερον τελευτήσαντες. Qui assuetas Hellenismo aures habebunt, concedent mihi non gravate mendum subesse in illis ἔτι πρότερον. consulamus Hellenismo, et scribamus: ἔτει πρότερον. habemus jam orationem Graecam, sed ἀνιστόρητον, ergo etiam huic malo medeamur, et legamus ἔ ἔτει πρότερον. Vera omnino et certa haec emendatio, nam anno quinto prius quam Protagoras veniret iterum Athenas Periclis filii peste fuerant extincti. anno videlicet altero Olympidis 78. per urbem grassante pestilentia. Protagoras erat Athenis anno tertio Olympiadis sequentis. Hujus χρονικοῦ ἀμαρτήματος etiam Macrobius meminit Saturnal. libro primo. *Paralus et Xanthippus, quibus Pericles pater fuit, cum Protagora apud Platonem differunt, secundo adventu Athenis morante, quos multo ante infamia illa pestilentia Athenis absumpserat.* Platonis dialogus περὶ ἀνδρείας, is est cui titulus Laches. Scribe deinde ἔτι δὲ τὸν Ἀθηναίων δῆμον εἰκαῖον εἶρηκε κριτήν. non ὅτι. plenius eadem statim repetuntur. Euphraeus Orita. is est qui paulo post vocatur Εὐφραιος. perperam: Suidas Εὐφραιος ὄνομα κύριον. Ὁρασίτης δ' ἦν τὸ γένος. μετέσχε δὲ τῆς τοῦ Πλάτωνος διατριβῆς. [Scribe mox, ὁ δὲ καλὸς αὐτοῦ Πρωταγόρας πρὸς τῷ καταδρομῇν ἔχων. non πρὸς τὸ per o parvum.] Platonis animi erga omnes maligni hoc inter caetera affertur argumentum: καὶ Φαίδωνι δὲ τὴν τῆς δουλείας ἐφιστάς δίκεν ἐφωράθη, *deprehensus est*, inquit, *cum institueret actionem vindictiarum contra Phaedonem.* constat hunc philosophum duram servitutem Athenis servientem, Socratis familiarium beneficio nactum esse libertatem. Plato, si vera haec sunt, id moliebatur, ut per aliquem status ei controversia

moveretur et in servitutem sententia iudicum retraheretur, sed ubi patuerunt ejus consilia, ab incepto destitit. hoc auctor voluit. Pulcherrimum Platonis est dictum, quo alludit Athenaeus aliquanto post, τὴν κενοδοξίαν, inquit p. 823. Plato, ὡς τελευταῖον χιτῶνα ἢ ψυχὴν πέφυκεν ἀποτίθεσθαι. Tacitus, etiam sapientibus cupido gloriae novissima exiit. [Olympiodorus in Phaedonem: ἔσχατος χιτῶν καὶ μάλα δυσάφαιρετος κατὰ μὲν ὄρεξιν ἢ φιλοτιμία, κατὰ δὲ γνῶσιν ἢ φαντασία.] Euagrius scholasticus libro primo, capite 21. et ex illo Nicephorus Callistus, libro 14. cap. 50. Sed Beatus Chrysostomus aliter. nam etiam post cineres durare ambitionem eorum exemplo demonstrat, qui superba funera sibi fieri mandant. τὰ μὲν ἄλλα παθήματα, inquit, καταλύσται τῷ θανάτῳ· ἡ δὲ κενοδοξία καὶ μετὰ τελευτὴν βιάζεται καὶ φιλονεικεῖ τὴν αὐτῆς ἐπιδείκνυσθαι φύσιν ἐν τῷ τεθνηκότι σώματι, ὅταν σήματα λαμπρὰ καὶ πᾶσαν αὐτῶν ἀναλίσκοντα τὴν οὐσίαν ἐπισκήπτωσι τελευτῶντες αὐτοῖς ἀνιστᾶν, καὶ ἐν ταύτῃ ἀσωτίαν πολλὴν σπουδάζουσι προαποτίθεσθαι. Lege quae sequuntur [in morali parte homiliae 17. Commentariorum in Epistolam ad Romanos.] Atque hoc est, quod Platoni hic ab Athenaeo objicitur: ipsum qui exui tandem gloriae cupiditatem dixerat, suae φιλοδοξίας impressa vestigia reliquisse in iis quae post obitum sibi fieri testamenti tabulis cavit. [Platonis gnomen fufius explicat Georgius Pisida, poeta pius juxta et elegans: cujus versiculos ita scribe: Ὄν (nempe ὄγκον: ita vocavit hoc vitium praecedente versu:) οὐκ ἀκόμψως ὡς δονεῖ μοι καὶ Πλάτων Προσεμπεπάρθαι συγγράφει τῇ καρδίᾳ, Ὡς ἔσχατον χιτῶνα τῆς ἀμαρτίας.] Lege postea, ὅπου γὰρ μήτ' ἀνάμνησις ἐστὶν οὐ ποτε ἤμεν, μήτ' αἰσθησις, εἰ καὶ τὸ σύνολον ἤμεν, τίς χάρις ταύτης τῆς ἀθανασίας; Legis definitio Aristotelica quam in hac disputatione auctor recitat, extat in praefatione Rhetorices ad Alexandrum: nec multo aliter in ipso opere. Vetus fuit Graecorum proverbium: fracta nave non esse precibus locum: sed prehendi debere quicquid primum fors objecerit. multi enim e naufragio arrepta tabula evaserunt: ut Ulysses κέληθ' ὡς Ἴππον ἐλαύνων. Horsum respexit Athenaeus scribens de Platone, ἔχρην οὖν ἃ πείσει λέγων, ταῦτα καὶ γράφειν, καὶ μὴ ταυτὰ ποιεῖν τοῖς εὐχομένοις, ἀλλὰ τοῖς τῶν ἐνδεχομένων ἀντεχομένοις. Scribo, ἐνίοις δὲ καὶ τῶν Ἀντισθένου. Ait, Ἀλλὰ τὰ κατὰ τὸν ἀνθρώπον ἅπερ ἐπαγγέλλεται, etc. quae si mendosa non sunt, ita inter-

Casaub. Anim. in Athen. T. III.

E

pretor. caetera, inquit, non melius discas ex Platonis libris, quam ex aliorum scriptis: sed ea solum quae ad Socratem pertinent: quanquam ne illa quidem recte sunt ab eo tradita. non abest mendi suspicio. *Euphraeus* non *Euphratus* scribi debere jam dictum. *Euagon* hic, aliis est *Euaeon*. ut Diogeni Laertio. Hic *Euagon*, ait Athenaeus, δανείσας τῇ πατρίδι ἀργύριον ἐπὶ ἐνεχύρῳ τῇ ἀκροπόλει, καὶ ἀποστερήσας, τυραννεῖν ἐβουλεύετο. non facile dictu quid faciant in hac narratione illa, καὶ ἀποστερήσας.

p.824. nam id verbi Lampiscenae potius conveniat qui pecuniam *Euagonis* detinebant: quam ipsi, cui pignoris loco arx fuerat tradita. In Excerptis scriptum invenimus ἀφυστερήσας: quod etiam interpreteris non facile. Forte ἀφυστερήσασθης, aut καθυστερήσασθης. id est, cum civitas non restituiisset dicta die pecuniam suam *Euagoni*. πολυτελῶς ἀσκεῖσθαι extremo libro eleganter, quod alii dicerent ἀσκεῖν πολυτέλειαν. Postremo recitatur *Ephippi* comici elegantissima ῥῆσις, qua philosophi quidam Platonicæ sectae comtuli et venustatis plus aequo studiosi traducuntur. multa hic perperam accepta a viris doctis: velut cum tertium versum Βρύσων ὁ Θρασυμαχιοληψικερμάτων, emendant nescio quomodo. atqui recte Βρύσων. ex *Aristotele* et aliis veteribus notus *Bryson* quem tetragenismi demonstratio et si minus recta, tamen nobilitavit. de hoc videtur poeta loqui. Hunc igitur vocat *Θρασυμαχιοληψικερμάτων*, hoc est, insolentem in disputando et similem *Thrasymacho*, de quo tam multa *Plato*: et sordidi lucelli avidum. ingeniosa nimis hujus dictionis compositio. nam quicquid dixit *Plato* prolixissima illa disputatione qua sophistae naturam vestigat, id omne hac sola voce complectitur poeta. addit Πληγεις ἀνάγκη ληψιγομίσθω τέχνη. caret analogia vox penultima. Legendum, ληψιμίσθω τῇ τέχνη. septimus versus, Εὐδ' ὑποκαθισῆσα τάμα πάγωνος βᾶθῃ. Scribe, Εὐδ' ὑποκαθισῆς τε μακρὰ πάγωνος βᾶθῃ. 8. Εὐδ' ἐν πεδίῳ πολλὰ τιθεῖς ὑπὸ ξυρόν. videbatur deesse aliquid ad sententiae συμπλήρωσιν. sed postea animadverti ὑπὸ σφυρόν legi debere non ξυρόν. loquitur de calceis quos istiusmodi homines ornabant lunulis, ut et *Romani*. Nono, Κνήμην ἱματίων ἰσομήτροις ἐλλύμασι: belle describit fascias tibiales. de quibus et diximus jam multa, et dicemus plura, si *Dei* benignitas siverit, in commentariis de re vestitaria. 11. Σχῆμ' ἀξιόχρεων ἐπικαθῆς βακτηρίᾳ. nihil fere eorum praetermittit *Ephippus*, quae propria iis erant quos Φιλοκαλῶς et cultus

faciebant notabiles, cum simulata quadam gravitate. σχῆμ' ἀξιόχρεων est vultus tristis eorum hominum, quos cum videas putes quantivis esse pretii. Atque hos Scipionem solitos in manu habere indicat prorsus ex more Atheniensium, ut pridem ad Theophrastum demonstravimus. Antiphanes delicatum philosophum ita describebat in Antaeo:

Λευκὴ χλαρίς, Φαιὸς χιτωνίσκος καλός,
 πιλίδιον ἀπαλόν, εὐρυθμος βακτηρία,
 βαιὰ τρώπεζα. τί μακρὰ δεῖ λέγειν; ὅλως
 αὐτὴν ὁρᾶν γὰρ τὴν Ἀκαδημίαν δοκῶ.

ἐπικαθεῖναι σχῆμα ἀξιόχρεων βακτηρία est, vultus tristitiam praeferentem, baculo incumbere. Nihil dici poterat elegantius. Scribe, πεπεραιώσθω καὶ ἥδε ἡ συναγωγή.

ISAACI CASAUBONI
ANIMADVERSIONUM
IN
ATHENAEI DIPNOSOPHISTAS
LIBER DUODECIMUS.

CAPUT PRIMUM.

*Libri hujus argumentum. verbi ellipsis Attica. ἀπό-
λαυσις. μέλιτα μέλιττα, proapes. ζουθαὶ ἡδο-
ναὶ diversi generis, sed κατ' ἐξοχήν corporis.
ἡδὺς βίος. Ἀφροδίσιος ὄρεκος. καθομιλεῖν τοὺς
καιροὺς, vel τοῖς καιροῖς.*

CONVIVIALIUM sermonum contenta libro duodecimo
pars, ad tria capita potest referri. Primum de voluptate
differitur: quam auctor hic et oppugnat initio libri levi-
ter, et statim propugnat idem, molli item brachio. Deinde
ex antiqua historia catalogus gentium voluptuosarum in-
stituitur. Postremo virorum: si viri sunt dicendi, quibus
amor voluptatum, et luxus mollietatesque non vera virtus
nomen peperit. Orditur autem Athenaeus ab excusatione:
ait Timocratem suum compellans, non fuisse se hos de
voluptate et voluptati deditis dipnosophistarum sermones
in literas relatarum, si sui arbitrii res fuisset: nunc vinci
se assiduis ipsius Timocratis precibus. Notemus venustam
ellipsim in his illius verbis: ἀλλ' ἐπεὶ πάνυ λιπαρῶς
ἡμᾶς ἀπαιτεῖς καὶ τὸν περὶ τῶν ἐπὶ τρυφῇ διαβοήτων γε-
νομένων λόγον, καὶ τῆς τούτων ἡδυπαθείας. ἡ γὰρ ἀπό-
λαυσις δήπου μετ' ἐπιθυμίας πρῶτον ἐκείτα μεθ' ἡδονῆς.
Familiaris est scriptoribus Atticis hujusmodi ellipsis ante
vocalas εἰ δὲ μὴ, ut lib. 5. cap. 2. dicebamus: hic eadem
est figura post ἀλλ' ἐπεὶ. nam ita fuit dicendum, ἀλλ'

ἐπεὶ ἀπαιτεῖς λόγον, etc. ἀποδώσομεν καὶ τοῦτον. Sed auctor animum intendens ad voluptatis naturam de qua dicere parabat, ab inchoata nec dum finita periodo ad aliam fertur. Ex Aristotelis Nicomacheis accuratius discere licet quid sit ἐπιθυμία, quid ἡδονή, quid ἀπόλαυσις. item quae voluptates ἐπιθυμίαι sint conjunctae, quae contra ἄνευ λύπης καὶ ἐπιθυμίας contingant nobis. Perceptionem rei cupitae, sive illa vere sit bona, sive opinione solum, Graeci ἀπόλαυσιν dixerunt. Hanc ait Athenaeus fieri primo cum appetitu sive concupiscentia, ut vulgus loquitur: deinde cum voluptate. significans obscure, ut videtur, duabus de causis expeti voluptates a voluptuosis hominibus. primum quidem ut desiderio satisfiat, quod in omnibus mortalibus natura excitatur. est enim quidam appetitus naturalis edendi, bibendi, Veneris, et caetera. p. 826. rarum voluptatum quae ad reliquos sensus pertinent. Huic causae alia accedit postea, non jam naturalis: aut non ita certe ut illa prior: amor ipse voluptatum propter ipsas, non propter illum finem, cujus gratia illae φύσις καὶ ὄρμαι nobis sunt inditae. Haec est illa fructio voluptatum quam peculiari notione ἡδονήν vocat, vel ἀπόλαυσιν μεθ' ἡδονῆς. Subtilius ista et accuratius tractari poterant: sed memor philologus noster suae professionis, non tam quid sit voluptas inquit, quam quid de ea priscis scriptoribus dictum sit commemorat. Ejus vestigia sequemur nos, et recensendo huic voluptuario libro, temporis aliquid, pro instituto nostro impendemus. Empedoclis locum habes etiam apud Porphyrium Περὶ ἀποχῆς ἐμφύχων libro 2. Inde scribas melius, Ξουθῶν τε σπονδὰς μελιτῶν. poeticum est ξουθός pro ξανθός. et μέλιτα pro μέλιττα. Melius etiam in Homeri versu χαλὸς θὼν τέχνησι. τὸ καὶ μοιχάγρι' ὀφέλλει. Homericum est τὸ pro eo quod alii τῷ. ut ἀλλ' ὄφελεν ἀθανάτοισι Εὐχέσθαι τὸ πέν οὔτι πανύστατος ἦλθε διώκων. Ait, οὐδεὶς δὲ λέγει τὸν Ἀριστείδου βίον ἡδὺν, ἀλλὰ τὸν Σμινδουρίδου τοῦ Σ. Sic est: cum sint animi, sint corporis voluptates, usus loquendi obtinuit, ut illae quae tactu et caeteris corporeis sensibus percipiuntur κατ' ἐξοχὴν ἡδοναὶ et voluptates nominentur. ergo etiam illa proprie ἡδέα quae hujusmodi voluptatem participant. Sic cum honorum tria genera sint, animi, corporis et quae fortunae vocant: tacito tamen omnium prope populorum consensu bona ἀπλῶς cum dicimus, non animi ornamenta intelligimus, quae praestantissima sunt omnium: neque etiam corporis, quae

sunt illis proxima: sed τὰ ἐκτὸς quae sunt postremissima omnium. Melius autem et verius vitam illorum de quibus Athenaeus loquitur ἀπολαυστικὴν cum philosopho, quam ἡδαιαν appellaveris. Adjicit, οὐδὲ τὸν Ἀγγησιλάου τοῦ Λ. βασ. ἀλλὰ μάλλον εἰ ἔτυχεν τὸν Ἀνανίος οὕτως ἀοράτου κατὰ δόξαν ὄντος. quis hic Ananis? equidem non scio. ac vereor ne nimis ineptum sit velle hodie lucifugam tenebrionem e latebris in lucem protrahere: quem neget suctor ullum nomen dum viveret unquam esse adeptum. hoc enim est, ἀοράτου κατὰ δόξαν ὄντος. Frustra est vir eruditus qui de Anaco vetustissimo rege nescio quid hic muginatur. In Excerptis nulla varietas. In membranis p. 827. sic τὸν ἀνανίονος ἀοράτ', neque sane vox οὕτως locum hic habet. Scribe, ἐν ταῖς ἡδοναῖς ταῖς περὶ τὰ ἀφροδίσια, αἱ δὲ μέγιστα δοκοῦσιν εἶναι. Quod ait de impunitis amantium perjuriis, apud eundem Platonem in Convivio sic Pausanias, ὃ δὲ δεινότατον ὥς γε λέγουσιν οἱ πολλοί, ὅτι καὶ ὁμνύντι μόνῃ συγγνώμῃ παρὰ θεῶν ἐκβάντι τῶν ὀρκων. Ἀφροδίσιον γὰρ ὄρκον οὗ φασιν εἶναι. mitto quae passim poetae utriusque linguae. Quae de Hercule mox dicuntur, libro 9. et decimo fuse probata sunt. στολὴν Ὀμηρικὴν intellige, quam Homer. tribuit heroibus suis. nam de ornamentis Herculis nihil poeta, neque in ejus hymno, neque usquam alibi. Καθομιλεῖν τοὺς καιροὺς, quod fecisse dicitur Ulysses, cum apud Phaeacas fingeret se voluptati deditum, est, ut poetae interpretes loquuntur, κολακεύειν καιρῶς: scire uti foro, et πολύτου ὀργὴν ἴσχειν, accommodare sese eorum ingenio quibuscum verferis. Graeci hoc dicunt καθομιλεῖν τοὺς καιροὺς, vel τοῖς καιροῖς, ut observatum nobis non uno loco apud paroemiographos, explicantes, cur Theramenes Cothurnus fuerit dictus. Athenaeus alibi, καθομιλεῖν Φαρνάβαζον. astu demereri Ph. [vide infra cap. 9.] Scribe τὸ παρὲν δ' ἐπαινέσας, vel τὰ παρόντα.

CAPUT SECUNDUM.

Σοῦσον εἶναι τῇ Ἑλλήνων Φωνῇ τὸ κρίνον. Parthorum regiae variae. Hecatompylus. χρᾶσθαι διὰ τῆς αὐλῆς Malophori Persarum. τὰ πεττόμενα ἐπὶ τὴν τράπεζαν. Chirothecarum usus incognitus Graecis et Latinis. Locus Xenophontis.

Μοσ τρυφητῶν, οργαγί ὀφθαλμῶν ὑπογραφή
καὶ χρώματος ἐντρίψει.

INTER voluptuarios populos notissimi iidemque nobilissimi Persae fuerunt. Jure igitur in albo gentium ἀπολαυστικῶν primi Persae recensentur, De his loquens Athenaeus ait, σοῦσον γὰρ εἶναι τῇ Ἑλλήνων Φωνῇ τὸ κρῖνον. *susum enim Graeca lingua* (id est, Graece loquentibus) κρῖνον *esse.* potest scribi, τῇ ἐκκρίνων Φωνῇ. *susum enim ipsorum Persarum lingua esse κρῖνον.* sed contra librorum consensum nihil mutandum. nimis rudes sunt harum literarum, qui similes ἀμφισβολογίας inter legendum veteres non observarunt. Interpretes cui persuadebunt σοῦσον *lilium* dici Graecis? Hebraei *lilium* לילית quasi foliorum fenorum florem dixerunt. Mutilus est locus de Parthorum regis: οἱ Πάρθων βασιλεῖς, ait, ἐαρίζουσι μὲν ἐν Παγαῖς, χαιμάζουσι δὲ ἐν Βαβυλῶνι τὸ λοιπὸν τοῦ ἐνιαυτοῦ. De opinione explendum censeo. διάγουσι. δ' ἐν Ἑκατομπύλῳ τὸ λοιπὸν τοῦ ἐνιαυτοῦ. Habeo enim auctorem Strabonem, qui libro 11. Hecatompylum regiam Parthorum fuisse indicat. Diodorus Siculus lib. 17. urbem appellat εὐδαίμονα: in qua magna sit copia omnium eorum quae ad beate vivendum solent expeti. Tresne Parthorum regias an quatuor (tot enim Persarum sunt relatae) Athenaeus recensuisset hoc loco, deficientibus libris, Θεός αὖν εἰδείη. Dinonis locum de cidari Persarum pluribus p. 828. descriptum habes in Hesychii Glossis. conferant studiosi. Ait, reges Persarum CCC. mulieres solitos habere in aula sua. quae totam noctem canentes psallentesque ad lucernas eum oblectent. et addit, χρῆται δὲ αὐταῖς καὶ πολλάκις ὁ βασιλεὺς διὰ τῆς τῶν μηλοφόρων αὐλῆς. in multis loquendi generibus propositiones διὰ et ὑπὸ elegantis sermonis compendio vim habent participii ad perficiendam sententiam necessarii. ut διὰ μυχτέρων κλαίειν, id est, praesentibus testibus. sic igitur hoc loco, χρᾶσθαι γυναῖξιν διὰ τῆς αὐλῆς, uti foeminis per aulam admissis. vel, per aulam ad eas adeuntem. vel διὰ accipe pro ἐν. ut cum dicimus, διὰ τῆς πρώτης βίβλου, libro primo. paulo post, ιστορεῖ Ἀριστοτέλης διὰ τῆς πολιτείας αὐτῶν. in tractatu de republ. illorum. Sed de hoc loco statuatur eruditus lector. Malophori Persarum interpretibus clava-tores inepte dicuntur, nam Graeca vox erat retinenda. Mille numero erant satellites regis, sic appellati a colore vestis melino: incedebant enim πορφύρεας καὶ μελίνας

ἡσθημένοι στολάς, ut legitur apud Aelianum, et infra quoque in Athen. etsi hic causa alia affertur. Subjicit, *αἱ δὲ ἐπὶ θύραν ἐξείη, καὶ αἱ παλλακίδες αὐτῷ συνεξήσαν.* Lego non dubitans *ἐπὶ θύραν*, ut in simili ex parte loco apud Xenophontem, primo *Παιδείας. ὅταν δ' ἐξείη βασιλεὺς ἐπὶ θύραν, ἐξάγει τὴν ἡμίσειαν τῆς Φυλακῆς.* neque aliter Excerpta. Sequitur, *καὶ τὴν παρὰ Μήδων γενέσθαι Πέρσαις μελοφορίαν, μὴ μόνον ὧν ἔπαθον τιμωρίαν, ἀλλὰ καὶ τῆς τῶν δορυφορούντων τροφῆς, εἰς ὅσον ἦλθον ἀναδριᾶς ὑπόμνημα.* Interpretes hic sani nihil, Clearchus hoc voluit. Persas cum Medos coegerunt sibi satellites esse malophoros, non solum suas injurias esse ultos, quas a Medis acceperant dum illis parebant: sed ipsos etiam tali servitio monuisse sui pristini luxus, et quo devenissent ignaviae. ἀγύρτας ἀποφαίνειν membranarum est lectio. quidam tamen codd. ἀργυρίτας. Sequentia Clearchi verba de praemio dari solito ei qui novum aliquem cibi paratum regi Persarum indicasset, vitio omnium exempl. intelligi a nobis non sunt quita: etsi mentem utcumque per nebulam videmus. sed desunt, opinor, nonnulla. *νοῦν ἔχων* valet, *si mentem haberet.* scripti tamen quidam, *νοῦν οὐκ ἔχων.* Non semel dolui elegantissimum locum ita male acceptum esse ab imperitissimis hominibus. Nam quod iterum hoc libro idem Clearchi locus tangitur ab Athenaeo, nihil admodum id nos juvat. *τὰ πετιόμενα ἐπὶ τράπεζαν*, periphrasis est panis, et eorum omnium quae locum panis obtinent ut placentae. Persae, inquit Xenophon apud nostrum, non contenti caput, corpus et pedes tectos habere, ἀλλὰ καὶ *περὶ ἄκρας ταῖς χερσὶ χεῖριδας δασείας καὶ δακτυλήθρας ἔχουσι.* Neque Graeci neque Romani habuere in usu manuum tegumenta, quibus etiam rustici hodie utuntur. ideo inter caetera luxus et mollitiei Persarum argumenta hoc quoque Xenophonti recensetur, quod digitabulis contra frigus manus suas munirent. Chaldaei jam olim, ut p. 829. videtur, iis usi. nam in Lexico Talmudico, כַּבַּי exponitur manuum indumentum. Graeci veteres, ut diximus, et horum et tibialium usum ignorarunt. Postea corrupta antiqua disciplina, cepere etiam apud illos, qui erant molliores, et manibus extremis et pedibus consulere: non sine sapientum indignatione. Musonius οὐδαμῶς καλὸν οὔτε ἐσθῆτεςσι πολλαῖς κατασκέπειν τὸ σῶμα, οὔτε ταινίαις κατελεῖν, οὔτε χεῖράς τε καὶ πόδας περιδέσειν πύλων ἢ ὑφασμάτων τινῶν μαλακαύειν τοὺς γὰρ μὴ νοσοῦντας.

Romani temporibus Plinii jam eorum usum didicerant. nam de ipso scribit Plinius junior, *In itinere quasi solutus caeteris curis, huic uni vacabat: ad latus notarius cum libro et pugillaribus: cujus manus hieme manicis muniabantur, ut ne coeli quidem asperitas ullum studiis tempus eriperet.* Sequitur ex eodem, *νῦν δὲ στρώματα πλείω ἔχουσιν ἐπὶ τῶν ἱππῶν, ἢ ἐπὶ τῶν εὐνῶν.* Stragula nunc habent super equis plura quam super cubilibus. quis credat? equidem falsum puto. nam si in altero luxus Persarum crevit, cur non et in altero? aut quae ratio cur sedere in equo mollius studerent, quam in lecto jacere? Lego, *ἢ τὸτ' ἐπὶ τῶν εὐνῶν.* vel *ἢ πρὶν.* et si aliter hodie in libris mellitissimi scriptoris. Demum ait Xenophon, habere Persas suos κοσμητὰς, οἱ ὑποχρίουσι τε, καὶ ἐντρίβουσιν αὐτοὺς καὶ τᾶλλα βυθμίζουσι. refer ad oculorum pigmenta, et intritos colores ex more Medorum: nam illi soliti ornari ὀφθαλμῶν ὑπογραφεῖ, καὶ χρώματος ἐντρίψει, ait Xenophon idem alibi. unde infra in sermone de Sardanapalo. Eadem consuetudo foeminarum terrae Graeciae: quibus tribuit Philostratus non solum oculorum ὑπογραφεῖς, verum etiam ζωγραφίας παρειῶν et χειλέων βαφάς. Multa de his nobis observata in Commentariis de re vestiaria. apud Julium Pollucem leges στίμιν ὀμματογράφον. habes etiam apud Galen. titulos tractatum quos olim Crito medicus ediderat in libris περὶ τῆς κομμωτικῆς indices similis studii in mulieribus Romanis, quarum gratia videtur Crito eos commentarios conscripsisse, medicum agens Imperatoris. Ejusmodi sunt tituli, ὀφθαλμῶν ἐπιχρίστα. et στιμύσματα ἑγχερίστα.

CAPUT TERTIUM.

Lydorum παρὰ δεισοὶ κηπαῖοι. ἀλλάττεισθαι τὸν τῶν γυναικῶν βίον. Γλυκὺς ἀγὼν et γλυκὺς ἀγκών. *Paxamus scriptor Ὀψαρτυτικῶν: item Criton. Etruscorum Resp. similis Platonicae. ξήγμα λαμβάνειν.* Nani σκωπαῖοι. anferum. πλατάγισις ἄνθρωποι οὐκ ἄνθρωποι. *Formula veterum Senatusconsultorum, εὐνοίας ἕνεκα. τῆς εἰς τὸν δῆμον.* Πύελοι *balneorum Sybariticorum.* Amyris sive Thamyris. *Causa deletae Sybaris.*

PERSAS Lydi sequuntur: de quorum delitiis multa veteres auctores. [Initio observat auctor primos Lydos γυναῖκες

εὐνοῦχισαι faeminas castrasse: ejusque inventi primum facit
 p. 830. auctorem Andramyten Regem. sed melius scribetur sine
 ν 'Αδραμύτην. nam Adramyten regem Lydum conditorem
 Adramytii oppidi in Lydia, commemorat Graeca historia.
 Stephanus in Ethnicis filium ait fuisse Alyattae notissimi
 regis Lydiae. Sed mirum, in libello Hefychii illustris
 de Sapientibus, auctorem hujus inventi ex eodem scrip-
 tore Xantho prodi, non Adramyten regem, sed ipsum
 Gygem, de quo Herodot. Ξάνθος, inquit, Λυδὸς ἱστορικός
 ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν Λυδιακῶν αὐτοῦ ἱστοριῶν Φησὶν, ὅτι
 πρῶτος Γύγης ὁ Λυδῶν βασιλεὺς γυναῖκας εὐνοῦχισεν, ὅπως
 αὐταῖς χρῶτο ἀεὶ λυσσάζουσαις.] Sed et spectaculorum primi
 Lydi inventores fuisse crediti: unde Latinum vocabulum
 ludi esse dictum, praeter Latinos scriptores etiam Graeci
 adnotarunt. Lydi igitur, ut ex Clearcho narratur hic,
 διὰ τρυφὴν παραδείσους κατασκευασάμενοι καὶ κηπαίους
 αὐτοὺς ποιήσαντες ἐσκιатραφοῦντο: *prae luxu constructis*
viridariis, et ad hortorum similitudinem redactis: ibi
in umbra degebant. et Hebraeum עֵדֶן, et Graecum
 παράδεισος proprie septum locum arboribusque confutum
 significant. fere tamen Graeci paradisos vocarunt vivaria,
 id est, septa ubi vivae ferae alebantur. sive in hac, sive
 in priore significatione accipias, differunt παράδεισος et
 κήπος sive hortus: sicut Hebraeis aliud גַּן aliud עֵדֶן.
 In veris κήποις aut pomariis, non erant nisi ἡμερα δέν-
 δρα, quemadmodum scribit auctor inferius: in paradisis
 ubi ferae pascebantur, arbores pangebantur omnis ge-
 neris. haec eo dicimus, ut intelligantur illa verba, κη-
 παίους αὐτοὺς ποιήσαντας. nam Dalecampius legit αὐτοὺς,
 et interpretatur longe aliter. Ἀγνεῶνα vocem frustra
 quidam habent suspectam, propter sequentem ἀγκῶνα,
 tuentur membranae, Excerpta, et Eustathius. Brevis et
 σύντομος est oratio, cum ait, καὶ τέλος τὰς ψυχὰς ἀπο-
 θηλυθέντας, ἡλλάξαντο τὸν τῶν γυναικῶν βίον. nam
 accipiendum, quasi esset scriptum ἡλλάξαντο τὸν τῶν ἀν-
 δρῶν εἰς τὸν τῶν γυναικῶν βίον. *virilem vitam muliebri*
commutaverunt. Legunt omnes libri qua scripti, qua editi,
 τὸ γὰρ ὑπὸ γυναικὸς ἀρχεσθαι ὑβριζομένους, σημειὸν ἐστι
 βίας. non ut video emendari. ὑβριζομένης. etsi eam emen-
 dationem stabiliunt praecedentia, quibus dicitur, Ompha-
 lem faeminam, regnum Lydorum occupasse μίαν τῶν
 ὑβρισθεισῶν. Vulgata lectio sententiam hanc habet. Est
 enim signum coactae nac spontaneae subjectionis, quod
 imperio faeminae pararent quotidianis contumeliis ab ea

affecti. Nihil mutandum etiam in istis, ὅθεν οἱ Λυδοὶ τὸ μικρὸν τῆς πράξεως ὑποκορίζομενοι τὸν τόπον καλοῦσι Γυναικῶν ἀγῶνα. γλυκὺν ἀγκῶνα. etsi habent Excerpta γλυκὺν ἀγῶνα. perperam et exscriptoris vitio: nam etiam Eustathius, utramque agnoscit vocem ἀγκῶν et ἀγῶν. neque aliter paulo post. Non erat attendenti arduum cognoscere quod etiam Excerpta, et membranae quaedam me docuerunt: post ista, τὴν ἐπωνυμίαν ἔσχε, deesse aliquid. nam de amborum Midæ et Omphalæ suppliciis dicere aggressus, in Omphala nostram expectationem eludit. recte igitur in Excerptis post illa quæ diximus verba, p. 831. erat additum τὴν δὲ forte τὴν δὲ κτείνας. In accurata eorum scriptorum enumeratione qui Ὀψαρτυτικὰ ediderant, omittitur Paxamus, nisi vitium est in nostris codicibus. Sed causa hujus praetermissionis esse potnit, quod de antiquis solum loquitur Athenaeus: non de aequalibus suis, ut hic fuit, ut ipsius testimonio cognoscitur libro nono. At Pollux in simili catalogo eum non praetermisit: etsi paulo natu grandior, sicut existimamus nos, Athenaeo. Locus est libro sexto, capite decimo, ubi quosdam reperies, qui tantæ lectionis virum, Athenaeum dico, fugere potuerunt. Criton qui in hoc albo nomen suum profitetur, non est opinor alius ab eo, qui περὶ κομμωτικῆς κακίας, ut loquitur Galenus, accuratissime scripserat. sunt enim adfinia argumenta, et τοῦ αὐτοῦ ἡθους. Alexidis de candaulo ῥῆσις, non integre descripta est, et multis modis corrupta. poteramus multa restituere nullo negotio: sed malumus integrum negotium iis relinquere, quibus vires ingenii hic periclitari libitum fuerit, nam otium majus nonnulla desiderant. Quintum et sextum ita velim conceptos:

Θαυμαστὴν ἐμὸν εὖρημα· πάνυ πολλὴν δ' ἐγὼ

ἂν καὶ παραθῶ σοι, προσκατεδῇ τοὺς δακτύλους.

mirus sum artifex, inquit, parare candaulum: cujus si vel maximam copiam tibi apposueris tu nihilominus quantumcumque fuerit appositum, totum comedes et tuos tibi insuper digitos arrodes. Menandri locum alibi exposuimus. etiam De Heraclidis *Parasceusticis* ante dictum. Rex ille Arabiae thuriferae qui dicitur hic αὐτόνομος καὶ οὐδανὸς ὑπήκοος. sui juris fuit, et nemini parebat: nempe majori regi, ut infiniti alii in Oriente reguli. male Dalecampius. Lydis subjiciuntur orti Lydis Etrusci veleres. Olim magnæ ejus populi opes, ut scimus ex historia Romana. luxus igitur et delitiae pro opibus.

Atque ecce exemplum in mundo reipublicae a Platone multo post institutae. Ait enim τρέφειν δὲ τοὺς Τυρρῆηνους πάντα τὰ γινόμενα παιδία, οὐκ εἰδότας ὅτου πατρός ἐστιν ἕκαστον. Sed eripiamus nos ex his cloacis. In sermone de Sybaritis narratur haec historiola. ἀνὴρ Συβαρίτης εἰς ἀγρὸν ποτὲ πορευόμενος, εἶφ' ἰδὼν τοὺς ἐργάτας σκάπτοντας, αὐτὸς ῥῆγμα λαβεῖν. homo delicatulus cum videret qui agrum foderent, ita offensus est aspectu laborantium, ut sibi ipse videretur fodi. id dixit auctor ῥῆγμα λαβεῖν: sic enim maluit quam ὄρυγμα. cedo autem quid aliud est ῥῆγμα λαβεῖν nisi ὀρύττεσθαι? non assentior eruditissimo medico, qui ῥῆγμα hic ex arte sua aliter interpretatur, proxima narratiuncula nostram expositionem satis firmat. De athletarum aemulatione in fodienda terra satis in Theocriticis lectionibus. Nani σκοπαῖοι, in antiquis per ὦ magnum scribuntur σκωπαῖοι. recte. Eustathius, ὥσως δὲ τῶν σκώπων, (id est nomen avis imitatricis et saltatricis) παρώνυμοι καὶ οἱ παρὰ τῷ Τίμωνι σκωπαῖοι, παρὰ Λάκωσιν ἐπιχωριαζόντες. ἀνθρωπάρια ἐκείνοι μικρά, καλούμενα παρὰ τισι στίλπιονες. incogitantia dixit παρὰ Λάκωσι: cum debuisset παρὰ Συβαρίταις. Massanicae apophthegma, sive, ut auctor vocat ἀπόκρισιν, imitatus est Caesar eo dicto quod refertur Plutarcho in vita Periclis. Distingue versus Eubuli,

Καὶ γὰρ πόσῳ κάλλιον, ἱκετεύω, τρέφειν
ἀνθρωπὸν ἐστ' ἀνθρώπον, ἅν' ἔχῃ βίου;

quanto honestius est, obsecro, hominem alere hominem, si cui opes suppetant. addit Eubulus, Ἡ χῆν' ἀ πλαταγίζοντα καὶ κεχηνότα. anserum πλατάγισις sive πλατύγισις sonus ille est, quem in lacu edunt aut stagno aquas alis tundentes. nam quando gratitant aut gingriunt, παπκάζειν Graecis dicuntur, si modo recte scriptum in libris Pollucis: quod alibi considerandum. Lego cum Excerptis, πλείστους οἰκέτας ἔχοντα ἄσι, τούτοις παρὰ τὴν δαίτην ἀφικνουμένοις εἰς τὸ συμπόσιον ἥδεσθαι, Archytam cum plurimos semper haberet servos, solitum oblectari si ipso cibum sumente, illi in coenationem venirent. Haec ita in Excerptis. vulgo ἀφικνούμενοις εἰς τὸ σ. Sed quorsum hoc? jure quaerat aliquis. nam agit hic auctor non de moderatione clementis domini erga servos: verum de oblectatione quae ex infantibus capitur honestius, quam ex pumilis aut simiis. Constat nobis quaesito verborum compendio, depravatam esse hunc locum. Nam de eodem loquens Aelianus ita narrat: Archytam vernulis suis

plurimum esse oblectatum. Sic ille, verbis prope iisdem: Ἀρχύτας ὁ Ταραντῖνος, πολιτικός τε καὶ Φιλόσοφος ἀνὴρ γανόμενος, πολλοὺς ἔχων οἰκέτας, τοῖς αὐτῶν παιδίοις πάνυ σφόδρα ἐτέρπετο, μετὰ τῶν οἰκοτρίβων παίζων. μάλιστα δ' ἐφίλει αὐτοῖς τέρπεσθαι ἐν τοῖς συμποσίοις. Sive igitur institutum ab Athenaeo sermonem spectes, sive Aeliani testimonium, scribendum paret hoc modo. τοῖς τούτων παιδίοις παρὰ τὴν δαίταν ἀφικνουμένοις εἰς τὸ συμπόσιον ἦδυσθαι. *solitum oblectari, si ipso cibum sumente, eorum nati in coenationem venirent.* convenienter huic narrationi addit auctor, ἀλλ' οἱ Συβαρίται ἔχαιρον τοῖς Μελιταίοις κυνίδοις, καὶ ἀνθρώποις οὐκ ἀνθρώποις. appellat *homines non homines*, non ut in veteri gripho, eunuchos, sed pumilos: quos et similes ipsis Augustus vocabat *ludibria naturae et mali ominis*. de his ad Suetonium. Pergamus. Sybaritae, inquit, publica convivia saepe agitare soliti: καὶ τοὺς λαμπρῶς Φιλοτιμηθέντας χρυσοῖς στεφάνοις τιμῶσι· καὶ τούτους ἀνακηρύττουσιν ἐν ταῖς δημοσίαις θυσίαις καὶ τοῖς ἀγῶσι, προσκηρύττοντας οὐκ εὐνοίαν, ἀλλὰ τὴν εἰς τὰ δαῖπνα χορηγίαν. In aliis Graeciae civitatibus, maxime autem Athenis, si quis de republica bene esset meritus, huic corona praemium dari solita: quae ejus capiti imponebatur cum vel sacrorum vel ludorum causa maxima undique turba, hominum convenisset. accedebat praeconis elogium, et ut dicam cum Jurisconsultis superdictum, proclamantis, haberi τῷ δαίνα hunc honorem. ΕΤΝΟΙΑΣ ΕΝΕΚΑ ΤΗΣ ΕΙΣ ΤΟΝ ΔΗΜΟΝ. At Sybaritae cum lautos convivatores donarent coronis usitatam formulam, quae fuit eorum vesania, in istam mutarunt: ΧΟΡΗΓΙΑΣ ΕΝΕΚΑ ΤΗΣ ΕΙΣ ΤΑ ΔΕΙΠΝΑ. MAGNIFICENTIAE ERGO QUAM p.833. IN EPULIS PUBLICIS EXHIBUISSET. Interpres cum non animadverteret quam vim haberet praepositio πρὸς in verbo προσκηρύττειν, totam sententiam corrumpit. Atqui manifesta est allusio ad formulam a praecone solitam coronandis superdici. In Ctesiphontis decreto quo decernebatur corona Paeanieo oratori, fuit scriptum. Κτησιφῶν εἶπεν, ὡς δεῖ στεφανῶσαι τὸν Δημοσθένην τοῖς Διονυσίοις, ἐν τῷ τοῦ Διονύσου θεάτρῳ, καὶ πᾶσι τοῖς Ἕλλησι· καὶ τούτων ἐναντὶον ἀνείκειν τὸν κήρυκα, ὅτι ΣΤΕΦΑΝΟΙ ΔΗΜΟΣΘΕΝΗΝ ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ ΠΑΙΑΝΙΑ ἢ ΠΟΛΙΣ ΑΡΕΤΗΣ ΣΥΜΠΑΣΗΣ ΕΝΕΚΑ ΚΑΙ ΕΤΝΟΙΑΣ ΤΗΣ ΠΡΟΣ ΑΤΤΗΝ. Cicero vertit: *Ctesiphon scitum fecit, ut corona aurea Demosthenes*

*donaretur, eaque donatio fieret in theatro populo convocato, atque ita praedicaretur, EUM CORONA VIR-
TUTIS ERGO BENEVOLENTIAEQUE QUAM ERGA
POPULUM ATHENIENSEM HABERET. Sic in Sena-
tusconsulto: quo decernitur statua Demetrio Diodoti F.
Syraculano ita scriptum ΕΔΟΞΕ ΤΟ ΔΟΓΜΑ ΤΟΔΕ
ΚΟΛΑΨΑΝΤΑΣ ΕΣ ΧΑΛΚΩΜΑΤΑ ΑΤΟ, ΤΟ ΜΕΝ
ΕΝ ΑΝΑΘΕΜΕΝ ΕΙΣ ΤΟ ΒΟΥΛΕΥΤΗΡΙΟΝ· ΤΟΔΕ
ΑΛΛΟ ΑΠΟΔΟΜΕΝ ΔΗΜΗΤΡΙΩ. ΔΙΟΔΟΤΟΥ ΣΥ-
ΡΑΚΟΥΣΙΩ ΥΠΟΜΝΑΜΑ ΤΑΣ ΠΟΤΙ ΤΟΝ ΔΑΜΟΝ
ΕΤΝΟΙΑΣ. et in altero decreto in ejusdem honorem
facto a Melitaeis: ΑΡΕΤΗΣ ΕΝΕΚΑ ΚΑΙ ΕΤΝΟΙΑΣ
ΗΝ ΕΧΩΝ ΔΙΑΤΕΛΕΙ ΕΙΣ ΤΟΝ ΗΜΕΤΕΡΟΝ ΔΗ-
ΜΟΝ. Alludit apud Aristophanem in Philonida, qui de
hero dicebat, *ἐμοὶ ὁ δεσπότης Θηρίκλειον ἔδωκεν, οἷμαι
χρηστότητος ἔνεκα.* Sequitur aliud luxus argumentum,
*παρὰ Συβαρίταις δ' εὐρέθησαν καὶ πύελοι ἐν αἷς κατα-
κείμενοι ἐπυριῶντο.* non sunt πύελοι caenacula, sed bal-
neorum solia aut cellae. Neque aliud voluit auctor quam
fuisse inventam a Sybaritis novam cellarum formam,
prioribus Graecis incognitam. Intelligit autem *πυριατή-
ριον*, sive cellam sudatoriam: aut solii machinosam ali-
quam formam, quae esset *ἀντὶ πυριατηρίου*. De matulis
tricliniaribus dictum libro primo. Deesse aliquid videtur
in istis, *Δοκεῖ δὲ μέγα τῆς εὐδαιμονίας αὐτῶν εἶναι, ὅτ.
puta σημεῖον aut τακμήριον.* et periodi ejusdem postrema
verba sunt corrupta. nisi ita concipias, *συμπαροξύναι πάν-
τας ἐκτρυφῆσαι καὶ πᾶν ποιῆσαι ὥς ζῆσαι ὑπὲρ τὸ μέτρον
ἐκλελυμένως.* sed meliorum librorum expecto hic auxi-
lium. Corrupte mox, *ἐπαμψαν δὲ ποτε καὶ εἰς θεοῦ
τοὺς χρησομένους, ὧν ἦν Ἰσαμυρις.* nam scribendum, *ὧν
ἦν ὁ Ἀμυρις:* vel: *ὁ Θάμυρις.* hic est, qui proverbio ce-
lebratur *Ἀμυρις μαίνεται:* aut *Θάμυρις.* nam utroque modo
scribitur. Consule Eustathium et paroemiographos. Versus
primus sortis editae Sybaritarum legatis, *Εὐδαιμων σὺ ἔσῃ
τιμῶν γένος αἰὲν ἐόντων,* ex duobus conflatus est. Nam
alibi scriptum,*

p. 834. *Εὐδαιμον Συβαρίτα, πανευδαιμων σὺ μὲν αἰεὶ
ἐν θαλίῃσι θεῶν τιμῶν γένος αἰὲν ἐόντων.*

Insignis est historia, quam et alii narrant, deletae Syba-
ridis ira Deum, unius ob culpam. *πολλάκι γὰρ ξύμπασα
πόλις κακοῦ ἀνδρός ἐπαυρεῖ.* Ea culpa fuit: reverentia
erga patrem quam erga numen major. Simillima caussa
et Coriolanorum perdidit, plus enim apud illum matris

nomen, quam patriae majestas, aut deorum religio valuit. Scribe, *γινομένων αὐτοῖς σημείων πολλῶν τῆς ἀπωλείας*. Elegans historia est de Sybarita illo, qui Sybari Crotonem navigaturus, conducto navigio pactus dicitur cum navis magistro εἶπ' ὃ οὐ ρανθῆσσεσθαι ne aquae guttis aspergeretur. recte Dalecampius accipit de aqua palmulis remorum tusa. illud non recte, quod navigationem hanc in fluvio factam censet: neque ad locorum situm, neque ad auctoris sui verba attendens.

CAPUT QUARTUM.

Lex Syracusana super veste muliebri floridi coloris.

Lex Sybaritica de vocandis ad convivia mulieribus. προάγειν ἐπὶ τὰς κλήσεις. Lex alia Sybaritica de praemio coquis proposito. Sybaritarum conatus abolendi ludicri Olympici.

Syracusanae legi qua fuit cautum ne qua mulier vestem gestaret floridi coloris, aut purpura praetextam, nisi quae inter publica scorta nomen profiteri vellet: addit Eustathius velut interpretans, *καὶ οὕτω οἰκεία εἶναι τῇ χρυσῇ Ἀφροδίτῃ, τῇ καὶ ἑταίρᾳ. et ita pertinere ad auream Venerem, quae etiam ἑταίρα cognominatur*, est autem, *pertinere ad Venerem*. cenleri inter mulieres illi sacras quae corpore in ejus templis merebant et Corinthi et alibi. Strabo *ἱεροδούλους* vocat. Legi huic frugalitatis magistrae, subjicitur Sybaritarum lex contraria, vere nepotina. *Συβαρίται, inquit, ἔγραψαν νόμον τὰς γυναῖκας εἰς τὰς ἐορτὰς καλεῖν. καὶ τοὺς εἰς τὰς θυσίας καλοῦντας, πρὸ ἐνιαυτοῦ τὴν παρασκευὴν ποιεῖσθαι, ἵνα ἀξίως ποιούμενοι τοῦ χρόνου τῶν θ' ἱματίων καὶ τοῦ λοιποῦ κόσμου προάγωσιν οὕτως εἰς τὰς κλήσεις*. Nemo harum rerum peritus aestimator negabit postquam attenderit diligentius, corrupta esse in istius legis verbis nonnulla. quoquo enim te veritas, nunquam recte illa exponas, *ἵνα ἀξίως ποιούμενοι*, etc. Non clam me est; quid de hoc loco magni viri scripserint: quorum sententia est, verborum aliquot traiectione depravatum eum esse, neque alius indigere medicinae. Nobis tamen aliter videtur: nam ex detractone et mutatione vocum nonnullarum censemus hic esse peccatum. Sic autem scribimus, καὶ

τοὺς εἰς τὰς θυσίας καλοῦντας, πρὸ ἐνιαυτοῦ τὴν κλήσιν ποιεῖσθαι, ἵνα ἀξίως ποιούμενοι τοῦ χρόνου τὴν παρασκευὴν τῶν τε ἱματίων καὶ τοῦ λοιποῦ κόσμου, προάγωσιν οὕτως εἰς τὰς κλήσεις. id est: *saxperunt mulieres ad festorum epulas vocandas: et ut ii qui illas ad sacrificia vocaturi essent anno prius invitarent: ut pro spatio temporis digne praeparatis vestibus, et caeteris ornamentis, sic prodirent ad convivia.* Omnino ita scribendum esse omnes mihi assentientur viri cordati, si legis de qua auctor loquitur non aliam fuisse sententiam probaverimus. Esto igitur mihi ejus rei testis Plutarchus qui in septem sapientum convivio ita scribit, Συβαρίται ὡς ἔοικε πρὸ ἐνιαυτοῦ τὰς κλήσεις ποιοῦνται τῶν γυναικῶν, ὅπως ἐκγένεοιτο κατὰ σχολὴν παρεσκευασμέναις ἐσθῆτι καὶ χρυσῷ Φοιτᾶν ἐπὶ τὸ δεῖπνον. *Sybaritae ante annum mulieres ad convivia vocant: ut per otium instructae vestibus auroque ad coenam veniant.* En sententiam hoc loco reponendam: nam ex lege quam Phylarchus hic commemorat morem illum manasse, quem ait Plutarchus, ne dubitandum quidem est. Vera ergo et firma emendatio quam proferimus. Quod autem putarunt doctissimi viri, ad vocatores designatoresque epulī sacri haec pertinere, probarem si probari posset, solitum aliquando fieri ἐν ταῖς δημοσίαις ἐσρταῖς, ut mulieribus invitatis de publico vestes darentur. Quo loco scribimus, πρὸ ἐνιαυτοῦ τὴν κλήσιν ποιεῖσθαι: possumus servata lectione edita ita emendare, πρὸ ἐνιαυτ. τὴν παρασκευὴν καὶ τὴν κλήσιν ποιεῖσθαι. quod dixit Plutarchus, Φοιτᾶν ἐπὶ τὸ δεῖπνον, Phylarchus, προάγειν ἐπὶ τὰς κλήσεις. est enim προάγειν, progredi, prodire. atque haec vox appositissime hic usurpatur, nam ut ait comicus, χαλεπαὶ αἱ τῶν γυναικῶν ἔξοδοι. id autem est προάγειν. ut cum προάγειν agmen dicitur. Non capio proximam legem latam in eadem urbe de coqui praerogativa, qui novum aliquem ciborum paratum invenisset. εἰ τις τῶν ὀψοποιῶν ἢ μαγειρῶν, inquit, ἴδιον εὖροι βρώμα καὶ περιττὸν, τὴν ἐξουσίαν μὴ εἶναι χρήσασθαι τούτῳ δέτρῳ πρὸ ἐνιαυτοῦ, ἀλλὰ αὐτῷ τῷ εὐρόντι τὸν χρόνον τοῦτον, ὅπως ὁ πρῶτος εὐρῶν καὶ τὸν ἐργασίαν ἔχῃ πρὸς τὸ τοὺς ἄλλους φιλοπονοῦντας αὐτοὺς υπερβάλλεσθαι τοῖς τοιούτοις. Posterior periodus sine dubio corruptissima. Scribendum, ἀλλ' αὐτῷ τῷ εὐρόντι, ὅπως τὸν χρόνον τοῦτον ὁ πρῶτος εὐρῶν, καὶ ἐργασίαν ἔχῃ. πρὸς τὸ τοὺς ἄλλους φιλοπονεῖν ἀλλήλους υπερβάλλεσθαι τοῖς τοιούτοις. planissima sententia. Lex hoc jubet.

Si quis cocus peculiarem et excellentem aliquem cibum invenerit, ne cui alii fas sit eo uti ante annum, nisi ei qui invenerit: ut toto illo tempore auctor ejus inventi quaestum inde faciat: quo laborent et alii omni studio sese invicem talibus inventis superare. De Telis tyrannide lege Diodorum Siculom lib. 12. Historiam de improbo conatu Sybaritarum abolendae, quod in ipsis foret, solemnitatis Jovis Olympici quae in Elide celebratur, paucis perstrinxit Athenaeus: idemque mox addit, auctores non deesse qui de Crotoniatis id narrent, non de Sybaritis. Nos putamus Sybaritas potius: nam plures ita tradunt veterum. Vetustissimus Periegeseos auctor, jambicorum poeta, de Sybari loquens:

Λέγεται γὰρ αὐτοῖς μήτε τοῖς νόμοις ἔτι
τοῖς τοῦ Ζαλευκού τ' ἀκόλουθα συντελεῖν.
τρυφήν δὲ καὶ ῥάθυμον ἐλομένους βίον
χρόνῳ προσελθεῖν εἰς ὕβριν τε καὶ κόρον:
σπεῦσαι δὲ καὶ τὸν τῶν Ὀλυμπίων ὅπως
ἀγῶνα καταλύσωσι. τὰς δὲ τοῦ Διὸς
ἀνέλωσι τιμὰς τῇδε τῇ παρσυρέσει.
ἀδρομίσθιον Διτ' γυμνικόν τιν' ἐπετέλουν
κατὰ τὸν χρόνον τὸν αὐτὸν Ἥλαισις. ἵνα
πᾶς τις πρὸς αὐτοὺς τοῖς ἐπάθλοισι ἀγόμενος
σπεύδοι κατανατᾶν, ἀπολιπὼν τὴν Ἑλλάδα.

p. 836.

CAPUT QUINTUM.

Θοινᾶσθαι τὴν ὥραν. αἱ ἐξ οὐρανοῦ βολαί. Γεργί-
θων φόνος ἀπτολεμίστων. συναλοιᾶν. πισσῆρων
μόρος. Προν. ἀπεσकुθίσθαι. χλῖδος. Callinus
antiquissimus poeta. ῥόμβοις ὕφαντα ἑσθία. *vestimenta.*
vestium nomina sarapis, calafiris, actaea. Pron.
βᾶδίζειν ἐς Ἡραῖον ἐμπεπλεγμένον.

Tarentinorum luxuriam describens Athenaeus, ἐφόρου, ait, καὶ παρυφήν διαφανῆ πάντες, οἷς νῦν ὁ γυναικῶν ἀβρύνεται βίος. vel ἧ: scribendum pro οἷς: vel ita potius concipienda sententia, ἐφ. καὶ π. διαφανῆ, πάντα τε οἷς νῦν. Sicut dicimus ἐστιᾶσθαι vel εὐωχεῖσθαι simpliciter pro explere desiderium alicujus rei: sic Athenaeus hoc loco θοινᾶσθαι τὴν ὥραν dixit, pro libidinem explere, ait, loquens de captivis Carbinatibus, quos in loca pu-
Cassaub. Anim. in Athen. T. III. F

blica Tarentini concluderant: καὶ ὁ βουλόμενος καθάπερ εἰς αὐτοῦ παραπληθῶν ἀγέλην ἐθροῖν αὐτο ταῖς ἐπιθυμίαις τὴν τῶν ἀθροισθέντων ὥραν, πάντων μὲν ὁρώντων, μάλιστα δὲ ὧν ἤκιστα ἐκείνοι προσεδόκων θῶν. postrema accipiunt male, qui ἐκείνοι referunt ad Carbinates. de Tarentinis cape, et verte, omnibus spectantibus, diis quoque, de quibus ipsi minime cogitabant. Sequitur in sermone de luxu Japygum, ἐμφανῆ γὰρ ἦν μέχρι πόρρου περχαλκυμένα τῶν ἐξ οὐρανοῦ βολῶν. videtur deesse vox σημεία, vel potius εἰδωλά, aut alia similis: et βολῶν scriberem, non βολῶν. hoc enim dicit: mansisse diu facta ex aere simulacra fulminum, quibus icti fuerant Japyges. more poetarum fulmina appellat *coelitus missa tela*. Deest item vox una cum istis mox jungenda, ut sit plena sententia, καὶ οἱ τὴν Σίριν δὲ κατοικοῦντες ἦν πρῶτοι κατέσχον οἱ ἀπὸ Τροίας ἐλθόντες, ὕστερον δὲ ὑπὸ Κολοφώνιων, supplendum ἀνεκτίσθη: aut tale quid Oraculum quod Milesiis editum narratur,

Καὶ μοι Γεργίθων τε Φόνος μέλει ἀπτολεμίστῳ
πιστήρων τε μόρος καὶ δένδρον ἀσιθαλές.

neque integrum est: aliquid namque deest a fine posterioris versus: et tertius etiam, ut puto fuerat adjectus, aut etiam plures: neque menda caret. Legendum enim ἀπτολεμίστων. quod etiam in Excerptis invenimus. Γεργίθων Φόνος ἀπτολεμίστων, est caedes puerorum patrata a Gergithibus. ἀπτολέμιστοι, imbelles, infantes et pueri sunt. praecedit de Gergithibus qui divites urbe ejecerant: conduxerunt, ait, τὰ τέκνα τῶν Φυγόντων εἰς ἀλώνιας, βοῦς συναγαγόντες (forte, βοῦς ἐπαγαγόντες) συνηλοῖσαν male editum συνηλοῖσαν, quod leviculum mendum de recta sententia deturbavit interpretes. Significant autem haec verba divitum liberos a junctis bobus fuisse con-
p. 837. tritos, tanquam in area frumentum tritulantibus. et ideo ait misellos esse congregatos εἰς ἀλώνιαν. At πιστήρων μόρος, est mors eorum qui pice illita fuerant combusti, et perierant πισσοκωνήτῳ μόρῳ, ut locuti sunt Aeschylus et Cratinus. addit, καὶ δένδρον ἀσιθαλές. quia, ut dictum est, ad tanta scelera quasi exhorruerat et exaruerat sacra olea. Agitur deinceps de pristina Scytharum felicitate et calamitatibus quae corruptam illorum vitam sunt secitae. Crudeles in subditos captivos et servos fuisse: unde manarit proverbium ἡ ἀπὸ Σκυθῶν ῥῆσις: eorundem postea miseriae alteri proverbio locum dedisse, quo celebratur *tonfura Scythica*. nihil est mendi in explicatione prioris

expositio non sine ratione suspecta nobis. quia tamen consentiunt MSS. potes ita vertere: *Igitur propter multitudinem calamitatum quas perpessi sunt, quando simul cum opibus suis, etiam comis universi per luctum fuerunt spoliati: alii populi tonsuram quae contumelias causa fit, vocarunt ἀποσκυθίσιν.* Graece sic: διὰ τὸ πλῆθος οὖν τῶν κατασχευῶν αὐτοὺς συμφορῶν, ἐπεὶ διὰ τὸ πένθος ἅμα τὸν τε τῶν βίων ἔλβον, καὶ τὰς κόμας περισπάσθησαν παντὸς ἔθνους, οἱ ἔξω τὴν ἐφ' ὕβρις κουράν ἀποσκυθίσαι προσηγγέρυσαν. vel ut in Excerptis ἀποσκυθίσθαι. In Hermippi versibus de Abydenorum molitiae, cum alia non recte videntur scripta: tum hic versus manifesto corruptus: Gaude, inquit, κόμη τε νεανιῇ, Φρίγῃ τε βραχιόνων. Scribo, χλιδεὶ τε βρ. paulo post, ἐφόρου χλιδῶνας περὶ τοῖς βραχίοσι. poetica sunt vocabula χλιδή, χλιδημα, χλιδῶν, et χλιδος, pro ornamentis quae collo aut brachio appenduntur. Super Ionum moribus citantur versus Aristophanis ex *Triphalete* ejus comoedia: quam invenies apud Julium Pollucem libro nono et decimo, saepe nominatam, cap. autem trigesimo septimo, libri 10. extat hic versus ex eadem fabula, καὶ τὴν κυνὴν ἔχειν με κυρβάσιαν δοκεῖς; perperam vulgo editum κοινὴν. Tertium versum hic lege Ὅπως ἔχων τὸν παῖδα πωλήσει' ἔς Χίον. pro, πωλήσεις ἐς Χίον. ut statim: Ἐσπρος δ' ὅπως ἐς Κλαζομένας. Nota etiam ex proverbio antiquo Magnetum mala: quae illis contigerunt ex amore ipsano voluptatum, ut hic scribitur. Ait enim: Ἀπώλοντο δὴ καὶ Μάγνητες οἱ πρὸς τῷ Μαιάνδρῳ, διὰ τὸ πλεον ἀνεθῆναι, ὥς Φησι Καλλίνος ἐν τοῖς ἐλεγείοις, καὶ Ἀρχιλοχος. meminerunt, inquit, calamitatum quas Magnetes ad Maeandrum passi sunt, Callinus et Archilochus. de Callino videtur Clemens dissentire: qui Antiquirem eum poetam facit Magnetum rebus adversis. Sic ille primo libro Stromat. de Archilochos et Simonide locutus, Καλλίνος δὲ πρεσβύτερος οὐ μακρῷ. τῶν γὰρ Μαγνήτων ὁ μὲν Ἀρχιλοχος ἀπολωλότων. ὁ δὲ σύμμερόντων μέμνηται. Theognis, Τοιάδε καὶ Μάγνητας ἀπώλεσεν ἔργα καὶ ὕβρις. De Callino Strabo libro decimo tertio. Quid sint vestimenta ῥόμβοις ὕφαντα quaerimus accurate in commentario De re vestiaria. Eustathius scribit in primum Odyss. δοκεῖ ὁ ῥόμβος καὶ τι ἐργαλεῖον εἶναι τοῦ ὕφαινειν, afferens hunc ipsum locum. Sed in antiquo exemplari Athenaei quo usus est is qui Excerpta con-p. 838. fecit, scholium fuit adjectum: quod a Breviatore con-

servatum hic appingemus cuicui modi illud fit. Sic autem is grammaticus. ἐν δὲ τῷ σχολίῳ τοῦ βιβλίου εἶπεν αἱ Παραβολαὶ τὰς ἡσαν περὶ τοῦ ἀνω ἡγεγραμμένου ῥόμβου, ῥόμβός ἐστι τροχίσκος ὃν τύπτοντες ἱμάσι καὶ στρέφοντες, ποιοῦσι περιδινεῖσθαι καὶ ψόφον ἀποτελεῖν. ῥόμβον δὲ αὐτὸν Εὐπολις εἶπεν. καλεῖται δὲ καὶ βρυτήρ. *sarapis* hic vestis *Perficæ* nomen est coloris melini: aliis dicitur fuisse coloris *μυρολύκου*. Scribe, καὶ καλασίρεις Κορινθιοῦργεῖς. εἰσὶ δὲ αἱ μὲν πορφυραὶ τούτων, αἱ δὲ λοβαφαῖς, αἱ δ' ὑακίνθιναι. nec aliter Eustathius, Athenæo auctore *actæa* vestis dicta est Graecis ἡ σπαθητή, densa et contraria rallae. Plinius vocat *crebram paventatam*. de voce ἀνταῖα multa Eustathius. [Proverbium, cujus obiter mentio fit ex Duride *βαδίζειν Ἡραῖον ἐμπλεγμένον*, inveni alicubi ita conceptum a viris doctis *βάδιζε βλέμμα Ἡραῖον, Incede vultu Junonio*; sed vera lectio est, quam hic refert Athen. vertendum *Incedere Junonium habentem capillos implexos*, sive diligenter pexos et in humerum demissos, ut modo dicebat Duris. Ἡραῖον hic est, non Junonis more, sed more eorum qui Heraea id est Junonis festum celebrabant. Hos autem peculiari quadam gravitate incessus fuisse insignes declarant etiam verba Horatii, satyra tertia lib. 1. *saepe velut qui currebat fugiens hostem: persaepe velut qui Junonis sacra ferret.*]

CAPUT SEXTUM.

Emendantur et illustrantur Afii poetae vetustissimi versus de luxu Samiorum. κόρυμβαι διασκεῖσθαι τὰς κόμας. ἡ χρυσῇ παροιμία testis luxus Ionium. συνευδοκεῖν τὰ Ῥωμαίων. Pronax.

ANTIQUISSIMI poetae Afii versus de luxu Samiorum pessime scribuntur in omnibus libris: ita nempe.

Οἱ δ' αὐτῶς Φοῖτεσκον, ὅπως πλοκάμους κτενίσαιντο εἰς Ἡρας τέμενος πεπυκασμένοι εἴμασι καλοῖς, χιονέοισι χιτῶσι πέδον χθονὸς εὐρέος εἶχον, χρύσειαι δὲ κόρυμβαι ἐπ' αὐτῶν τέττιγες ὥς χαῖτην † δορυτανέμω χρυσεῖς ἐνὶ δεσμοῖς δαιδαλέοι δὲ χλιδῶνες ἄρ' ἀμφιβραχίοισι † νησάντες ὑπασπίδιον πολέμιστήν.

Primus versus et secundus ex Duridis paraphrasi clari

sunt. Tertio significat poeta, sarmata eos gestasse, et vestes albas, poderes live ad terram pertinentes. interpres nescio quid legerit pro εἶχον. sed ferri potest, εἶχον πέδον χθονός, pro pertinebant ad terram eamque tangebant. Quarto vocat κορύμβας cicadis similes titulos Samiorum, eadem forma cum Atticis, quos nuncupat Thucydides κρωβύλους insertis cicadis similes titulos Samiorum, eadem forma cum Atticis, quos nuncupat Thucydides κρωβύλους insertis cicadis ornatos. Samii ab antiquis Atheniensibus hunc morem retinuerant: quod non est obscurum ex praeclara magni illius historici praefatione. ubi notabis illa verba, διὰ τὸ ἀβροδίατον: quod huc in primis facit. Sed locum praestat ascribere: mire enim illustrabit Afii hos versus: καὶ οἱ πρῶτον, αἰτ, τῶν εὐδαιμόνων, διὰ p. 839. τὸ ἀβροδίατον, οὐ πολὺς χρόνος ἐπαίδῃ χιτῶνάς τε λινοῦς ἐπαύσαντο φορεῦντας, καὶ χρυσῶν τεττήγων ἐνέρσει κρωβύλον ἀναδόμενοι τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ τριχῶν. Quipsum sic emendamus, Χαῖται δ' ἠώρουντ' ἀνέμῳ χρυσεῖς ἐνὶ δεσμοῖς. *agitabatur coma statu venti aureis adstricta vinculis.* Intellige autem capillos extremos: nam capiti pars proxima quae vincta erat, agitari non potuit. Sextum et septimum ita scribo, ἀμφὶ βραχέσιν ἦσαν, ὥσπερ ὑπασπιδῶ πολεμιστῇ. partim certa, partim probabili conjectura. Scribe, διὰ τὴν πρὸς ἀλλήλους μικρολογίαν, ὥσπερ Συβαρίτας τὴν πόλιν ἀπολέσαι. In Phylarchi testimonio, προήεσαν δισηκήμενοι τὰς κόμας χρυσῶ κόσμῳ. non est τὸ διασκεῖσθαι simpliciter, *exornari*, sed *discretim ornare comam*, hoc est, διακριδὸν ἀσκεῖσθαι. Nam ita soliti homines ἀβροδίατοι et facere et loqui. Lucianus in Amorgibus, ἀλλὰ λικαραὶ παλαιστραὶ μέλουσι μοι, καὶ Φαιδρὰ μὲν ἐσθῆς, μέχρι ποδῶν τὴν [παρυφῇν (ita scrib. non τροφῇν.)]. καθεμένη, διακριδὸν δ' ἡσηκήμενης κόμης ἐπιμέλεια. Quartum versum Xenophanis, Οὐ μείους ἢ περ χίλιοι εἰς ἐπίπαν, accipe de astypolis, qui fuerunt Colophone haut pauciores mille, sicut mox sequitur. Lege, ὄγε καὶ βασιλεῦσι σπάνιον τότε ἦν. vel ὅπερ. non ὅθεν. et ἡδυκαθῆς ἔχλος. Haereo in sequentibus: Θεόφραστος δ' ἐν τῷ Περὶ ἡδονῆς, καὶ δὴ καὶ τοὺς Ἴωνάς Φησι διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς τρυφῆς εἶτι καὶ νῦν ἡ χρυσῇ παροιμία διαμεμένης. Oratio primum offendit me. neque dubitaverim affirmare deesse aliquid. deinde, quanam illa *aurea paroemia*? ego sane non scio. nisi eo respexit Theophrastus, quod omnia delicata et mollia dicuntur παροιμιακῶς *Ionica*: et homines ἀβροδίατοι, *Ionici*. ut apud

Menandrum, Ἰωνικὸς πλούταξ, ὑποστάσεις ποιῶν. et Μουσουργοὶ Ἰωνικαὶ laepe. etiam apud Latinici *Ionicī motus*. Aristophanis locum e fabula cui nomen fecerat *Δαιταλσίς*, et mutilum et corruptum ita restituendum monemus. Ἀλλ' οὐ γὰρ ἐμάθετε ταῦτά γ' ἐμοῦ πέμποντος. Ἀλλὰ μᾶλλον πίνειν, ἔπειτ' ἄδειν καὶ τὰς Συρακοσίων τραπέζας, Συβαρίτιδας τ' αὐωχίας, καὶ Χίον ἐκ Λακαϊνῶν κυλλίκων μέθυ. non ea didicistis quorum causa vos illuc miseram: sed potius bibere, deinde Syracusanas mensas, Sybariticasque lautitias assidue habere in ore: et Chium merum e lacuena calycibus. leviter nos MSS. adjuverunt. at lacunam ex libro superiore explevimus. Posidonii locum de Syrorum molli vita, restituimus libro quinto: capite 13. Ait de Capuanis, διόπερ ὑπὸ Ῥωμαίων ἀνήκεστα δεινὰ ἔπαθον. Tolle vocem δεινὰ auctoribus libris et est sine dubio alterius glossema. Capuanorum mollitiei opponitur Petellinorum constantia, qui, deferentibus Romanos omnibus vicinis populis, manserunt in fide soli. sed hi cum diuturnam obsidionem passi essent οὐδενὸς βοηθεύοντος οὐδὲ συνευδοκοῦντος Ῥωμαίων παρέδοσαν αὐτούς. ita narrant Athenaei omnes codices. Ego non capio quid ad Petellinorum gloriam faciat, quod nemine Romanorum consentiente deditionem fecerint. nam inde contrarium potius sequatur: tandem eos patientiam rupisse, et Romanorum amicitiae renuntiasse. Legendum p. 84o. vero, οὐδὲ συνευδοκοῦντος τὰ Ῥωμαίων. cum nemo opem ferret, neque Romanorum partes cum ipsis sequeretur. Livius, Petellini uni ex Brutiis manserant in amicitia Romanorum. De Curetibus docte et ubertim Strabo libro decimo. Πρόναξ statim, Talai filius est, Adraști frater, Lycurgi pater, de quo Apollodorus Bibliothecae libro primo, et Pausanias in Laconicis: apud quos Πρόναξ melius per ω magnum. Scribe, Κόμας ἐπειράμεσθα (Φησί) μάρτυρας τρυφῆς.

CAPUT SEPTIMUM.

Mos veterum mollium, supercilia pingere et unguentis illinere. Etiam mulieres supercilia atramento infecerunt. Exempla veterum qui vivicomburium omnibus mortis generibus praeulerunt. τ' ἄλλα οὐκ ἄξια τούτου. non hujus

facio. λαωλογεῖν. ἀμιθρεῖν pro ἀρεθμεῖν. παίζειν
et ludere.

HACTENUS de publica variorum populorum intemperantia et studio voluptatis: dein ager Athenaeus περὶ τῶν κατ' ἄνδρα. Initium ducit etiam hujus partis a Barbaris. Ait, καὶ οὕτως οὖν ἔνθεν μένων καὶ τρυφῶν. Melius, καὶ οὕτως. non enim solus Ninyas: sed et alii plerique omnes reges Assyrii casarii fuerunt, et domi latuerunt. Ait de Sardanapalo, ἀναβάδην τε μετ' αὐτῶν κατὰ μένον τὰς ὀφρῦς, γυν. non est obscurum deesse participium cum illis jungendum τὰς ὀφρῦς. nisi malumus in alium locum eas voces transferre, et scribere mox, καὶ ὑπεγέγραπτο τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ τὰς ὀφρῦς. Et pingebant supercilia οἱ παλαιοὶ τρυφῶντες, et unguentis illinebant. Antiphanes, *Thoryciis*, Ἀμαρακίνας δὲ τὰς ὀφρῦς καὶ τὴν κόμην. Alexis, Τὰς ὀφρῦς πυρρὰς ἔχει τις; ζωγραφουῖσιν ἀσβόλῳ. Clemens Alexandrinus Paedagogi libro tertio, καὶ ταῖς ὀφρῦσι τὴν ἀσβόλην ἀναματτόμεναι. et moris fuisse scribit Artemidorus libro primo, ut formae studio sae mulieres atramento supercilia sibi inficerent. αἱ γυναῖκες, ait, ὑπὲρ εὐμορφίας καὶ μέλανι χρίονται τὰς ὀφρῦας. Quae mox notis parentheseos includuntur, ut inventa sunt in membranis, eo loco descriptimus, penitus tamen integra non arbitror. Porro Sardanapalum per infames voluptates, et omnis generis delitias actam vitam spontaneo finivisse vivicomburio, cum Ctesia scribunt alii e veteribus multi. Atque ego miratus sum saepe, cum sit ignis supplicium τῶν ποτασθησίων τὸ μέγιστον, ut ait Clemens Alexandrinus: aut inter maxima certe tormenta censeatur: qui factum sit, quod tam multi olim, quibus liberum erat mortis arbitrium, hanc potissimum leti viam probarint. Nam praeter Sardanapalum sic Zimri periit, cujus historia legitur Regum primo libro, capite 16. sic Calanus Indus: sic vulgo Indorum sapientes: sic passim multi incolae insularum Chenerag, quos Dugbiin vocant, ut narrat Benjamin in Itinerario. Eundem exitum fecit et Judacilius Afcularius, de quo Appianus libro primo Ἐμφυλίων: Scapula etiam miles Pompejanus, de quo p. 841. idem auctor libro 2. item Statius Samnis et Cestius quidam, de quibus idem Appianus lib. 4. qui et lib. 5. alius Cestii similem interitum narrat. Memoriae etiam proditum est, Timanthem Cleonaeum athletam, cum fractis prae senectute viribus, quae olim plurimum praestiterat,

vitae afficeretur taedio, pyra extructa se combussisse. Taceo de Hercule, de Aesculapio, quod in prisca aevi fabulis legitur. Taceo etiam peregrini historiam, de quo extat Luciani liber integer. Quid quod universi populi genus hoc mortis aliis omnibus, quae quidem infinita sunt, anteposuerunt? Exemplo sint Saguntini, Astapenses, Metulii, et in Lycia Xanthii. quorum omnium miserabilem inter ardentis ignis flammam exitum narrant historici. sed Xanthiorum insignis fortuna prae caeteris. non semel enim sed saepius factum, ut ejus urbis populus incendio sese ab hostili manu liberaret. bis ait Plutarchus: *semel ἐπὶ τῶν Περσικῶν*: iterum cum a Bruto obsiderentur. Appianus ait ter: semel ob Harpalum: iterum ob Alexandrum: tertio propter Brutum. Sed ad Sardanapalum redeamus: qui, ut scribitur mox, *δαίνυσιν ἐν τῷ τοῦ μνήματος τύπῳ τοῖς δακτύλοις, οἷου καταγέλωτός ἐστιν ἄξια τὰ τῶν ἀνθρώπων πράγματα· οὐκ ἄξια ὄντα ψόφου δακτύλων ὃν πεποιήται + ποιούμενος δις ἐν χορῶ ἢ περὶ τὰ λοιπὰ σπουδή*. In monumento regis hujus post illud praeclarum praecēptum, *Ede, bibe, iude*, sculptum erat in ima tabula, *ὥς τ' ἄλλα πάντα οὐκ ἄξια τούτου. quia caetera omnia non sunt facienda hujus*. quid significaret illud *τούτου*, declarabat erecta manus, habens duos digitos, pollicem nimirum et medium, in summo junctos. Strabo et Athenaeus *τούτου* explicant *τοῦ τῶν δακτύλων ἀποκροτήματος*. sic in Adelphis Terentius, *hujus non faciam*. defectum codicem ex conjectura explere atque emendare non facile est. Post Aristobuli verba, male accipiuntur haec, *τοῦ ἀποκροτήματος εἶχε λέγειν*. quae ex superioribus plana sunt. *Androcotus* aliis dicitur *Sandrocotus*, ut ad Strabonem observabamus. Versus quem dicitur Aristoteles usurpasse de Xenocrate, *Χεῖρας μὲν ἀγναί, Φρὴν δ' ἔχει μιάσματα*. Euripidis est ex Hippolyto coronato. sed male scriptum *μιάσματα* pro *μιασματά τι*. Phoeniceae *ρήσεως* de Nino rege versus quartus, *Ὅς οὐκ ἴδ' ἀστέρ' οὐδ' + ἴζων ἐδίξητο*, ita corrigendus, *οὐδ' ἴδειν ἐδίξητο*. nunquam domo egressum significat. Etiam octavus est corruptus, *Οὐ λεωλογεῖν ἐμάνθαν' οὐκ ἀμιόθησαι* vox *λεωλογεῖν*. quam alibi vix invenias, nihil aliud significare potest, nisi *loqui de populo*. ut *θεωλογεῖν loqui de Deo*, *φυσιολογεῖν de natura*: *παθολογεῖν, de morbis*. prorsus inepta vox hoc loco. Lego, *οὐ λεπτολογεῖν ἐμάνθαν'*, *οὐκ ἀμιθρησαι*, neque literas didicerat, neque numerare. studia literarum vocat

λεπτολογήματα. Pro ἀμιθρῆσαι clarum erat scribi debere ἀριθμῆσαι: nisi constaret nobis ita etiam dixisse veteres, facta literarum metathesi, quemadmodum in aliquot aliis. Hesychius, Ἀμιθρῆν ἀριθμῆν. sed omnino legendum, ἀμιθρῆν. praecedit enim ἀμιθρος, ἀριθμός. hunc opinor p. 842. Phoenicis versum respiciens Eustathius, καινολόγος τις ποιητής, inquit, ἀμιθρῆν λέγει τὸ ἀριθμῆν. Addit postea Phoenix. ἀλλ' ἦν ἄριστος ἐσθίειν τε καὶ πίνειν, Κερᾶν. postremum verbum, quod non animadvertunt viri docti ita scribi debuit, Κ' ἐρᾶν. quis ignorat semper haec tria conjungi, edere, bibere, ludere: Homerus, ὧν ἐφαγον τ' ἐπὶόν τε καὶ αἰδοίοισιν ἔδωκα. et paulo ante in Sardanapali tumultu, ἐσθίε, πίνε, παῖζε. nam παίζειν et ludere, nihil aliud significant nisi ἐρᾶν. Interpretibus ruborem exprimat versus decimus octavus. X' ὠκόσσ' ἐράσθην. At versu 17. cum ait, Ἐχὼ δ' ὠκόσσαν ἔδαισα, χ' ὠκόσσ' ἦισα. per δαίσειν, intelligit esum et potum: per αἰδέσειν caeteras voluptates conviviorum comites, quae auribus percipiuntur. 18. autem mutilum hodie ita licet expleas, X' ὠκόσσ' ἐράσθην· ταῦτα μοῦν ἔχω λοιπά.

CAPUT OCTAVUM.

Παρακινεῖν πρὸς ἡδονάς. διατῆσθαι. οἱ λέγοντες καὶ τὰ ψηφίσματα γράφοντες. Theopompi liber De iis quibus Delphicum templum spoliatum est. Notantur Excerptorum auctor et Eustathius. Bacchicum simulacrum Athenis habitum pro imagine Pisistrati. τὸ ἐν Διονύσου πρόσωπον. Acrati facies Athenis. ἄρμα ζεύξασθαι ἑταιρῶν. Themistoclis apophthegma.

ΠΑΡΑΚΙΝΕΙΝ πρὸς τὰς ἡδονάς male interpretati sunt, ad voluptates titillari. est enim contractum genus dicendi, quod si velis implere, dicendum fuerit, παρακινεῖν τοῦ προσήκοντος vel τοῦ καλοῦ, πρὸς τ. ἢ. deflectere de via virtutis ad voluptates. Sic loquitur Theopompus apud nostrum. καὶ τοσούτω μᾶλλον ἐκείνων παρακινηῖται πρὸς τὰς ἡδονάς, ὥστε οἱ μὲν. et tanto magis quam illi ad voluptates exorbitaverat, etc. Ponitur aliquando simpliciter pro furere: Libr. 13. Ἀντίκυραν αὐτὴν Φάσκων

κληθῆναι, ὅτι συνέπινε παρακινουῖσι καὶ μεμηνόσι. minus recte etiam διαιτᾶσθαι immorari verterunt, cum de quodam loco Thraciae dicitur fuisse illud πρὸς τῷ διαιτηθῆναι κεχαρισμένον. Solent enim Graeci id verbum usurpare de iis qui genio indulgent, et molliter ac delicate se habent. De Charete scriptum paulo post, τῶν χρημάτων τῶν εἰσφερομένων εἰς τὸν πόλεμον, τὰ μὲν εἰς ταύτην τὴν ὕβριν ἀνήλπισε, τὰ δ' αὐτοῦ κατέλιπεν Ἀθήνῃσι. Dalecamp. legit, τὰ δ' αὐτοῦ. *sua domi relictā.* verum est, αὐτοῦ. *partem ibi reliquit Athenis.* Proxima his verba. τοῖς τε λέγουσι καὶ τὰ ψηφίσματα γράφουσι. demagogorum Atheniensium periphrasim continent: neque aliter erant accipienda. Ambigua sunt quae sequuntur, καὶ τῶν ιδιωτῶν τοῖς δικαζόμενοις. potest ita accipi, pecuniae partem Athenis relictam ab imperatore Charete, ut partim demagogis ea divideretur: partim privatis, si quis litibus torqueretur, aut iudicio condemnatus iudicatum solvere non posset. Ita omnes Athenienses sibi conciliabat Crates. vel accipe quasi esset scriptum, τοῖς p. 843. δικαζόμενοις αὐτῷ. *si quis privatorum absenti litem intenderet.* Theopompi liber quem interpretes inscribit *Syngramma*, titulum habuit, *De iis quibus Delphicum templum spoliatum fuit.* quis credat communissimam appellationem omnium scriptorum praesertim historicorum, ulli historiae narrationi fuisse pro titulo praescriptam? Sic accipe haec verba, ἐν δὲ τῷ ἐπιγραφομένῳ Θεοπόμπου συγγράμματι, Περὶ τῶν ἐκ Δελφῶν συληθέντων χρημάτων, Χάρητι Φησὶ τῷ A. levicula trajectio verborum viros doctos fefellit: lib. 13. Θεόπομπος ἐν τῷ Περὶ τῶν συληθέντων ἐκ Δελφῶν χρημάτων. Qui historiam belli sacri norit, et libri huius argumentum norit. Initio Theopompei testimonii verbum deest: Χάρητι τῷ Ἀθηναίῳ διὰ Λυσάνδρου τάλαντα ἐξήκοντα. supple ἐδόθη, vel simile aliud. Scribe, ἀφ' ὧν ἐδείκνυσεν Ἀθηναίους ἐν τῇ ἀγορᾷ. Sed et in Heraclidis versibus eadem de re mendae insunt plures: quas ex Epit. tolle et scribe:

Κατέκοψεν· οὐ γὰρ εἶχεν οὐδέπω λόφον.

εἶτα κατακόψας μάλα συχνούς, ἐδείκνυσεν

Χάρης Ἀθηναίους τόθ'· ὡς γενναῖος ἦν.

Narratur postea ex Idomeneo, Pisistrati filios Hippiam et Hipparchum εὐρεῖν θαλάσσης καὶ κόμους· διὸ καὶ ἱππων καὶ ἐτέρων πολλῶν ἐπικολάσαι τὸ πλῆθος παρ' αὐτοῖς· ὅθεν βαρβαρίαν αὐτῶν γενέσθαι τὴν ἀρχήν. Excerptorum auctor non agnoscit quaecunque hic leguntur inter duas

voces *κώμους* et *ἔθην*. credo illi mirum esse visum, equos dici adhibitos aut ad *θαλάσας* epulas, aut ad *κώμους*, comestationes. et merito; nam neque ad convivia, neque ad lascivorum juvenum nocturnas comestationes equis est opus. Forte, διὸ καὶ πορνῶν καὶ σταυρῶν κ. De Cimonis liberalitate, eadem Plutarchus in Pericle: nam et hic non minus suarum rerum profusus populo largitor. Clarum est de Cimone loqui auctorem, cum scribit mox, καὶ λέγουσιν ὡς περιήγετο μὲν αἰὲς ναυαγισκοὺς δύο ἢ τρεῖς, etc. Errant igitur auctor Excerpt. et Eustath. eum secutus, qui de Pisistrato haec accipiunt: contra apertissimam Athen. narrationem. et ait quoque Probus in Cimonis vita, *Semper eum pedissequi cum nummis sunt secuti, ut si quis opibus ejus indigeret, haberet quod statim daret.* vide caetera: nam ille auctor quasi ad verbum Theopompi totum locum vertit. Athenaeus in medium sermonem de Pisistrato, interjecit quae de Cimone commemorat. Redit enim postea ad Pisistratum, et ὁ δὲ Πεισίστρατος, inquit, καὶ ἐν πολλοῖς βαρὺς ἐγένετο, ὅπου καὶ τὸ Ἀθήνησι τοῦ Διονύσου πρόσωπον ἐκείνου τινες φασὶν εἶναι εἰκόνα. Vult probare Pisistratum gravem et exosum multis Atheniensium fuisse. Id ex eo constare dicit, quod multi existiment simulacrum aliquod Bacchicum, quod Athenis fuit, esse Pisistrati imaginem. Verba quae adscripsimus habent hanc mentem, non quam putarunt viri docti. Sed quomodo hinc probatur quod erat propositum? Arbitror imaginem Bacchi de qua loquitur auctor ejusmodi fuisse, ut tristitiam vultus prae se ferret, et animum truculentum. Cum igitur duraret apud Athenienses *κατροπαράδοτος* opinio, eam esse Pisistrati expressam ad vivum figuram: recte qui ita crediderunt, ex p. 844. ea imagine colligebant, talem ipsum cum viveret fuisse. Sed de eo simulacro aliter vulgus, aliter eruditi, ut vides, sentiebant. Mirum sane Pausaniam nullam hujus rei fecisse mentionem, virum adeo omnium *ἀρχαιολογιῶν* diligentem. Ille vero, ut existimo, ne hoc quidem praetermisit: huc enim refero quod de Acrati effigie narrat. ἀνταῦθά ἐστιν, ait, καὶ δαίμων τῶν ἀμφὶ Διόνυσσον, Ἀκράτος. πρόσωπὸν ἐστὶν οἱ μόνον τοῖς ἐν ἀνυποδομημένον. *Est in fano Bacchi Bacchi unus comitum deus Acratus: faciem solam habet parieti inclusam.* prorsus de hac facie loqui Athenaeum censeo. nam quod effigies eadem habita sit ab aliis *δαίμωνος Ἀκράτου*, sive *Meribibi*, ab aliis hominis saevi et truculenti, rationem manifestam

habet. Lego igitur in Athenaeo, ἔπου καὶ τὸ Ἀθήνησιν ἐν Διονύσου πρόσωπον. *cum etiam facies quae Athenis in Bacchi templo etc.* non τοῦ Διον. qui articulus non est in Excerpt. Idomenei de Themistocle verba, quorum ancipitem esse mentem Athenaeus ait, quia ipse non adscripsit, nos adscribemus. Οὐχ ἄρμα ζευξάμενος ἑταιρῶν πληθύνουσης ἀγορᾶς, εἰσῆλασεν εἰς τὸ ἄστυ; ἦσαν δὲ αὐταὶ Λαμία καὶ Σικιώνη, καὶ Σατύρα καὶ Νάννιον. vide libro sequente. Quod si loquendi genus attendimus, non potest ζεύξασθαι ἄρμα ἑταιρῶν, aliter accipi quam de junctis more jumentorum scortis ad trahendum currum non dubium est eo interdum progressam lascivorum hominum petulantiam: qua de re plura in Circensibus nostris. Si aliter interpreteris similis de Antonio historia in secunda Philippica. Narrat ex Clearcho Themistoclem exstructo Magnesia triclino pulcherrimo, dixisse, ἀγαπᾶν εἰ τοῦτον Φίλων πληρώσει existimare se *belle secum actum iri, si triclinium oecum amicis posset implere.* cum magnos fecisset sumptus Themistocles in ornanda omnibus modis coenatione, quam aedificandam curaverat trium lectorum capacem: reprehensus est a familiaribus suis, quod nimis angustam fecisset. iis igitur respondens vir sapientissimus hoc ἀπεφθέγγετο. ita significans quod planius dixere multi. ut Pindarus in Nemeonicis: παῦροι δ' ἐν πόνῳ πιστοὶ βροτῶν καμάτου μεταλαμβάνειν. Triclinium non multos homines capit. novem convivae tribus lectis fere capiebantur. Lecti autem tres solum in triclinio: alioquin non τρίκλινος οἶκος, sed vel τετράκλινος, vel πεντάκλινος esset dicendus.

CAPUT NONUM.

Artemon ὁ περιφόρητος. Εὐρυπύλη μέλει. μέλημα, mea cura. βερβέρια καλύμματα. Βερβένιοι. βερβίνια. σατίνας. καθέματα χρύσεια. παῖς Κύκης. καθομιλεῖν Φαρνάβαζον. Κλεύμβροτος. καλιδεῖν διὰ τινων ὑπολαμπάδων. *Aegyptiorum templa secundum Nilum. Eretrienſes ἀνασκευασθέντες. περισχιδεῖς calcei. Scriptores varii ὄρων.*

NON obscurum inter antiqui aevi molles τρυφητὰς Artemon ille nomen habet, quem ex Anacreonte potissimum

nobis describunt veteres. Athen. igitur hoc loco primump. 845. Anacreontis haec de illo verba recitat *Ξανθῇ δ' Εὐρυπύλῃ μέλει· ὁ περιΦόρητος Ἀρτέμων*. Interpres τὸ μέλει in μέναι vel ἀμέλει aut utrumque mutari voluit frustra. Verte, *flavae Eurypylae curae est*. amatorium est verbum unde etiam μέλημα, ut latine: *mea cura*. familiaria amantibus verba. Cur autem Artemonem περιΦόρητον, vocarit Anacreon, causam affert dipnosophista, διὰ τὸ τρυφερῶς βιοῦντα ἐπὶ κλίνῃς Φέρεσθαι. quod *delicate vivens, in lectica gestaretur*. Alii causam adferunt, quod propter pulchritudinem rasperetur ab omnibus. Volunt enim ταχθῆναι τὴν παροιμίαν ἐπὶ καλοῦ καὶ ἀρπαζομένου πρὸς πάντων παιδός. praeter grammaticos, Plutarchus in Pericle. Deinde ut probet Athenaeus e paupere factum esse Artemonem divitem et luxuriosum, describitur ejusdem lyrici canticum: cujus prima verba tenebricosa mihi quidem. Ait, Πρὶν μὲν ἔχων βαρβέρια καλύμματα Ἑσθηκώμενα, καὶ ξυλίνους ἀστραγάλους ἐν ὧσιν, etc. Haec lectio est omnium exemplarium, prius erat βαρβέριον κάλυμμα τ' ἑσφ. Utraque vox necessario derivanda nobis a dictione Barbara, βέρβερι, quae conchae margaritariae genus significat, de qua libro 3. ex Androsthene. Sed qui convenient berberina integumenta Iro alicui? nam certum est paupertatem Artemonis his verbis describi. Eruditiss. Dalecamp. βαρβέρια legit: quia scribit Hesych. βαρβένους esse γένος τι Ἀρκαδικόν. neque est alienum a similitudine veri, egenae gentis, ut fere omnes in Arcadia, vestes fuisse pretii minimi. Idem Hesych. auctor est βαρβέρια dicta fuisse ligna clavis confixa, ex quibus lychni pendebant in pauperum cellis. Quare videndum an legi possit hoc loco, Πρὶν μὲν ἔχων βαρβέριον κατάλυμα Ἑσθηκώμενον. ut dicatur Artemon domo caruisse (quod supra dicebamus extremae paupertatis habitum esse argumentum) et gallinis fuisse similem, quae noctu ad Tna petaura se recipiunt, et tabulas illas, in quibus solent cubare. Vulgatam lectionem qua ratione exponamus recte non video: nisi cui placeat βαρβέρια καλύμματα, appellari pauperum gurgustiola angusta, et conchae similia. Pro ἐν ὧσι, quod defendunt MSS. docti viri ἐν ποσὶ. ut puto, non male. Extremo cantico Artemonis luxum significans poeta, νῦν δὲ, ait, ἐπιβαίνει σατινέων. veteres σατίνας exponunt ἀμάξας. Anacreon vero non plaustrum sed currum vel ἀρμάμαξάν, aut lecticam ea voce designat: quod ex superioribus verbis

Athenaei clarum. Addit, χρύσεια Φορέων καθέρματα. Ita codd. melius quam vulgo, καὶ θέρματα. Legendum autem, χρύσεια Φ. καθέρματα. Hesychius, κάθεμα, ὁ κατὰ στήθους ὄρμος. monile in pectus demissum. [Lege Hieronymum in caput Ezechielis 16. alioqui καθέρματα fuerint, quae aliis ἔρματα nominantur. Odyss. σ. Ἐρματα δ' Εὐρυδάμαντι δὴν θανάποντας ἐνεικαν.] Quod autem vocatur a Poeta Artemon παῖς Κύκῃς. suspectum habuerunt docti viri: haud scio an jure: nam servum serva natum videtur significare, quod enim emendant iidem, p. 846. ἄκιμος, non dubito falsos esse iudicii. Cyca, servile nomen foeminae, ut Manes viri. Sequitur inter alia de Alcibiade, τὴν δ' αὐτοῦ γυναῖκα πειρῶν ὡς ἕτερος ἐπεμψεν αὐτῇ χιλοὺς Δαρεικούς. nisi deest aliquid ante haec verba: prorsus legendum est Ἄγιδος pro αὐτοῦ. utique autem ἐπαῖραν pro ἕτερος. Scribe, κάλλιστός γε ὦν. quod sequitur de quatuor urbibus, quarum opibus ad suam libidinem abutebatur Alcibiades, melius capias ex Plutarcho. Lysiae locus extat et libro decimo tertio. Καθομιλεῖν Φαρνάβαζον, exposuimus capite primo. atque hoc illud est, quod Plutarchus scribit de Alcibiade. ἦν μία δεινότης αὐτῇ τῶν πολλῶν ἐν αὐτῷ, καὶ μηχανὴ θήρας ἀνθρώπων, συνεξομοιοῦσθαι καὶ συνομοπαθεῖν τοῖς ἐπιτηδεύμασι καὶ ταῖς διαίταις. Libero metu illos qui Κλεμβρότου contra Hellenismum scribunt in epigrammate Pausaniae, ne fiat versus hypermeter. συνίησις huic incommodo satis medetur, alioquin Κλεμβρότου scribendum foret. Paulo post refert philologus, Ptolemaeum secundum κατατεινόμενον ὑπὸ ποδάγρας πλείους ἡμέρας, ὡς ποτ' οὖν ἐραΐτε, καὶ κατεῖδεν διὰ τινων ὑπολαμπάδων τοὺς Αἰγυπτίους, παρὰ τὸν ποταμὸν ἀριστοποιουμένους, καὶ τὰ τυχόντα προσφερομένους, ἐπὶ τε τῆς ἄμμου χύδην ἐρρίμμενους εἰπεῖν, ὃ τάλας ἐγὼ, τὸ μηδὲ τούτων ἕνα γενέσθαι. Domi in valedudinario adhuc inclusus, semiaeger Ptolemaeus, aërem apertis fenestris admittebat: sed per specularia aut simile quid aliud foras prospiciebat. Hae sunt quas ὑπολαμπάδας auctor vocat: quod non plane cubiculum illustrarent, sed velut sublustis noctis imaginem in illud inducerent. Ita interpretamur hanc vocem: quam neque nos alibi offendimus: et sibi non intellectam confessus est auctor Epit. Non dicitur in hac narratione, quare ad Nilum convivia agitarent Aegyptii. Ego divino id factum per occasionem alicujus festi et δημοτελοῦς ἐορτῆς. Tunc soliti veteres in Deorum templis epulas celebrare de reliquiis

hostiae quam mactaverant. Ergo cum ad templa quae erant circa Nili ripam, πανσυδαί exiissent Alexandrini: pars in ipsis aedibus sacris, pars in adjunctis τεμένεσιν epulabantur: plerique secundum Nili ripam. Mos fuit Aegyptiorum ad Nilum templa aedificare. Vitruvius libro quarto capite quinto. *Si secundum flumina aedes sacrae fient, ita ut in Aegypto circa Nilum, ad fluminis ripas videntur spectare debere.* Praeterea constat veteres si quando vellent genio indulgere, riparum virideis vestitus, et littorum amoenitates solitos sectari: quas Graeci Latinique pariter *actas* dixerunt. Unde illud fuit vulgi sermone tritum, Σήμερον ἀκτάσωμεν, quoties sese liberalius invitabant. Non igitur dubium, Aegyptios, etiam cum per religionis suae ritus non cogerentur, frequentia ad Nilum agitalle convivia. Photius in Excerptis ex Isidori vita. αὐθις δέ ποτε παρὰ τὸν Νεῖλον ἐστιωμένοις ἀμφοτέροις, παρῇν δ' ἐκ τρίτων ὁ ἡμέτερος Φιλόσοφος, ἀνέδραμεν ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ πλόκαμος, ὡς ἰδεῖν, πεντάπηχυς. Αἶτ προστάξας ἀνάστατον γενέσθαι ποιῆσαι τὴν πόλιν. Tolle alterutrum duorum verborum γενέσθαι ποιῆσαι. nec multum refert utrum potius. Αἶτ, καὶ ἀνασκευα- p. 847. σθέντων ὑπὸ τῶν Περσῶν ἀπάντων τῶν Ἑρετριέων. Interpr. omnibus Er. occisis imo verò translatis alio, μετοικισθέντων. Eretrienes fuisse omnes occisos nemo historicorum dixit: sed eversa ipsorum urbe translatos esse in Asiam. Ephippi Olynthii verba de Alexandro confer cum iis quae ex eodem historico habentur libro decimo. Περισχιδεῖς in narratione Ephippi, calceorum genus quoddam, pretiosorum ut vel ex hoc loco apparet. In quorum albo Julius Pollux σχιστάς et λεπτοσχιδεῖς recenset. at Hesychius calceos πολυσχιδεῖς inter viles vult fuisse. Miro errore ubi est scriptum, Καὶ ἔκτοτε οἱ πρότερον καλούμενοι Διονυσιοκόλακες, Ἀλεξανδροκόλακες ἐκλήθησαν, habent Excerpta, Διονυσοκομικοὶ et Ἀλεξανδροκομικοί. at in membranis, Διονυσιοκόλακες. de his satis libro sexto. In testimonio Posidonii de Antiocho Grypo, scribe ex libro quinto, σταφάνων ἐκ σμύρνης καὶ λιβανωτοῦ, σὺν ἀνδρομήκῃσι λημνίσκων πιλήμασι, πλήθη. Sequitur, Ἀλεξίς δ' ἐν τρίτῳ Σαμίων ὄρων. Non hic solum, sed et libro sequente, Alexidis Σάμιοι aut Σαμιακοὶ ὄροι laudantur. ut nullam excusationem mereatur docti viri περιεργία, cui placitum hic scribi ὄρων: ut esset libri titulus, *De Sami pulchritudine.* Atqui nemo ei concessit vel ἀκροθιγῶς Graece doctus, librum eo argumento

quod ipse hariolabatur, posse inscribi *Περὶ ὥρων Σαμίων*. Teneamus igitur omnium librorum lectionem, et vertamus, *De Samiacis finibus*. Familiaris hic antiquis scriptoribus titulus, cum alicujus urbis *τοπογραφίαν* instituerent. aut antiquitates in literas referrent. Sic fuere qui *Ἀθηναίων ὄρους*, vel *ὀρισμούς* inscriptos libros ederent: quorum mentio in scholiis Aristophanis ad Aves. Libro septimo laudatur Heropythas in *Κολοφωνίων ὄροις*. libro octavo, Chreophylus *ἐν τοῖς Ἐφεσίων ὄροις*. Ita Alexis Samiacos fines descripserat. De hoc opere sensisse Antigonus Carystius videtur, cum scribit, *ὁ δὲ τοὺς Σαμιακοὺς ὄρους συγγεγραφὼς ἐπὶ τῶν πρώτων κληθέντων μαθητῶν τῶν περὶ Ἡρόστρατον, Φησὶ χαλιδόνα λευκὴν φανῆναι*. Sed et Duris Samius, et Aethlius quidam eodem titulo libros conscripserant. quorum non uno loco Athenaeus meminit. [Quum autem omnibus iis quos indicavimus locis *ὄρων* constanter scriptum sit: quumque eam lectionem manifesto confirmet, quod dicebamus laudari scriptorem incertum in scholiis Comici, in *Ὀρισμοῖς Ἀθηναίων*, non potest dubitari interpretationem quam attulimus rectam esse. *ὠρογράφοι* igitur sunt qui regionem aliquam descripserunt: quos cave confundas cum iis qui a veterib. Graecis dicti sunt. *ὠρογράφοι*, quasi dicas *Annalium Conditores*: nam *ὦρος* illis erat *annus*. Censorius, *Sunt qui tradant hunc annum trimestrem* Horon instituisse: eoque ver, aestatem, autumnum, hiemem, *ὦρους* et annum *ὠρον* dici, et Graecos *annales ὦρους*, eorumque *scriptores horographos*. Sic accipiendum in Plutarchi libro de Herodoto, *οἱ Ναξίων ὠρογράφοι, qui Annales Naxiorum scripserunt*.]

p. 848.

CAPUT DECIMUM.

Samiorum λαῦραι. στενὴ pro στενωπός. λαῦραι vicus. *Beatorum λαῦραι* quae *Alexandria*, λαῦραι et λάβραι. λαυρὸν et λαβρὸν, et similia. *Epiphani* locus exponitur, male a quibusdam acceptus. λαῦραι diversae sub Archiepiscopo. *Alexandrino*. ἀμφοδός idem ac λαῦραι. *Veterum monachorum laurae vel labrae*. *Euagrii locus emendatus*.

POLYCRATIS Sami tyranni luxuriam commemorans dipnosophista, sic insit ex Clearcho *ὅθεν τῷ Σαρδέων*

ἀγκῶνι γλυκεῖ προσαγορευμένῳ τὴν παρὰ τοῖς Σαμίοις
λαῦραν ἀντικατεσκεύασεν ἐν τῇ πόλει. Erat in fama ille
infamis Sardium urbis locus Γλυκὺς ἀγκῶν dictus: de
quo satis supra hoc ipso libro. aemulatione Sardianorum
Polycrates exstruxit in urbe Samo eam quae dicta est
λαῦρα Σαμίων. quid sit, mox explicatur. ἡ Σαμίων λαῦρα
στενὴ τις ἦν γυναικῶν δημιουργῶν καὶ τῶν πρὸς ἀπάλαυσιν
καὶ ἀκρασίαν πάντων βρωμάτων. ὧν ὄντως (vel οὗτος)
ἐνέπλησε τὴν Ἑλλάδα postrema verba ita scribi et di-
stingui, debent, in editis male concepta. *Samiorum laura*
inquit, *vicus fuit ubi habebant mulieres quae placent-*
tas et dulciaria opera conficiebant, et omnes cibos ad
voluptatem et luxuriam. nisi est mendum, στενὴν ἀντὶ
στενωποῦ posuit, id est pro vico aut via in urbe: erit
igitur ellipsis nominis ὁδός: sed fortasse verius est, omis-
sam vocem incuria librariorum restitui debere: et scri-
bendum, στενὴ ἀμφοδός τις. vel στενωπός τις ἦν. Grae-
cum est purum putum vocabulum λαῦρα Latino *vicus*
respondens. utraque dictione significatur et via in urbe,
et συνοικία, sive plures domus conjunctae, quae unam
magnam insulam efficiunt. [Hérodoteus lib. 1. de Baby-
lone: *πυλίδες ἐπήρσαν, ὅσαι περ λαῦραι.*] Eadem voce et
Alexandrini sunt usi: de quibus statim subjicitur, *οἷδα δὲ*
καὶ γὰρ παρὰ τοῖς ἑμοῖς Ἀλεξανδρεῦσι λαῦραν τινα καλου-
μένην μέχρι καὶ νῦν εὐδαιμόνων, ἐν ἣ πάντα τὰ πρὸς
τροφὴν ἐπωλεῖτο. Novi ego quoque apud Alexandrinos
meos quendam vicum, qui vocatur hodieque Beatorum
vicus, ubi quaecumque ad delicias faciunt, vendeban-
tur. Alexandriae Λαῦρα εὐδαιμόνων, ut Romae *Tusculus*
vicus. nam ut diximus λαῦρα et *vicus* idem. Nihil au-
tem interest sive λαῦρα scribas per υ sive λάβρα per β.
et si enim aliud proprie λαῦρον aliud λαβρόν, vulgo ta-
men et pronuntiatio et scriptura eadem. Sic λαυρόν ὕδωρ
apud Homerum et Hippocratem, et λαυρόν ἐπαιγίζειν
apud Apollonium in Argonauticis pro λαβρόν. sic καλαύ-
ροψ et καλάβροψ passim. νεβρίδιον et νευρίδιον, πέταβρα
et πέταυρα apud Suidam. et cum significatu longe diffe-
rant ἄβρα *delicata*, et αὔρα *aura*, tamen ἀπὸ τῆς στε-
ρεᾶς ἄβρας ἐμπνεῖσθαι, leges apud Epiphanium libro
tertio. Quamobrem errat insigniter vir ille magni nomi-
nis, qui vocem λάβρα apud eundem Epiphanium quae
nihil aliud est quam λαῦρα, peregrinam dictionem vult
videri. Locus Epiphanii. eximius, et dignus qui obiter
hic a nobis explicetur. Sic igitur ille initio tractatus de

Casaub. Anim. in Athen. T. III.

G

p. 849. Ario et Arrianorum secta. Φασιν αὐτὸν Δίβυν τῇ γένει, ἐν Ἀλεξανδρείᾳ δὲ πρεσβύτερον γεγονότα, ὃς προΐστατο τῆς ἐκκλησίας τῆς Βαυκαλῆως οὕτω καλουμένης. ὅσαι γὰρ εἰσιν ἐκκλησίαι τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ὑπὸ ἕνα ἀρχιεπίσκοπον οὔσαι, καὶ κατ' ἰδίαν ταύταις ἐπιτεταγμένοι εἰσι πρεσβύτεροι διὰ τὰς ἐκκλησιαστικὰς χρεῖας τῶν οἰκητόρων πλησίον ἐκάστης ἐκκλησίας αὐτῶν καὶ ἀμφοδῶν, ἥτοι λαβρῶν ἐπιχωρίως καλουμένων, ὑπὸ τῶν τῇν Ἀλεξανδρείᾳ κατοικούντων πόλιν. Sedebat Alexandriae Archiepiscopus et patriarcha, regendae universae Ecclesiae totius regionis. Erant praeterea in singulis urbis vicis constituti presbyteri qui Ecclesiastica negotia suorum quisque vicanorum curabant. Uni harum minorum Ecclesiarum Baucalis nomen fuit: quia videlicet in vico ejusdem nominis erat sita: nisi fuit aliqua peculiaris causa ejus appellationis. Ἀμφοδους appellat. Epiphan. cum omnibus Graecis vicum in urbe, id est plures domos cohaerentes invicem ad modum magnae insulae. quod et nomen declarat: nam ἄμφοδος est συνοικία περὶ ἣν ἐστὶν ὁδός. multae domus quos via publica ambit. et addit Epiphanius has ἄμφοδους Alexandrinis dici vulgo λαύρας. Alexandrinos Graece locutos esse, imperitissimi sunt veteris historiae qui nesciunt, impudentissimi qui negant. Illi igitur vicos σῆος, et ἄμφοδους quidem ut alii Graeci: sed magis νῆσται λαύρας vocabant, aut quod idem est λάβρας. Credamus ita esse, vel quia Epiphanius hoc scripsit: vel propter Athenaeum hominem Aegyptium: qui vocem λαύρα pro vico solitam esse usurpari Alexandriae ita clare demonstrat, ut clarius nihil queat. [Athanasius in epistola ad solitariam vitam degentes, de persecutione fidelium in urbe Alexandria: πολλοί, αἶν, καὶ οἴκους μετέλθον καὶ μετέστησαν ἀπὸ λαύρας εἰς λαύραν, καὶ ἀπὸ τῆς πόλεως εἰς τὰ προάστεια, etiam hic λαύρας dicitur Alexandriae vici: non ut putarunt viri docti porticus.] At viro illi docto de quo diximus, ne credamus: qui tantam verborum perdidit ut de voce λάβρα, et loco isto Epiphanius ea nobis persuaderet quae sunt falsissima. Omnino enim quaecumque sunt ab illo, partim in Academia, partim in notis ad Biblia super hoc adnotata, ἄρρητα sūt ἄμεινω. An negabit vir eruditus ἄμφοδους ab Epiphanio dici νῆσται? atqui sic veteres interpretantur: quorum testimoniis superfedeo. Galenus in 16. De usa partium, τὰς ἐν ἄμφοδοῖς κρήνας appellat, fontes vicinos. Procopius de aedificiis Just. διαλὼν τοὺς

στεινωποῖς τὰς ἀμφόδους ἀπάσας, alii ἀμφοδα potius dixerunt. vide Suidam in Ἀγυιαί. Significat ἀμφοδος et viam in urbe, ut Latinorum *vicus*, Procopius De aedificiis Just. libro quinto, loquens de Hierosolymis τὰς ἀμφόδους ἐν κλίμακος τράκῳ ἀπὸ ὀρθίου εἰς τὸ πρηνὲς κατατείνοντες. Porro quemadmodum plura in urbe aedificia invicem cohaerentia λαύρας vel λάβρας dixerunt: sic etiam monasteria ubi plures monachi habitabant in diversis cellis, sub uno tamen praefecto Abbate *lauras* Ecclesia vetus appellavit. Euagrius lib. 4. cap. 7. συνήκ- p. 85o. μαζε τῷ Ζωσιμᾷ ἀνὴρ Ἰωάννης τοῦνομα, ταῖς ἀρεταῖς παραπλήσιος, ἐν Χωρσικᾷ τῇ λαύρᾳ. cap. 38. Εὐστόχιος κατακρατούντων καὶ μάλιστα ἐν τῇ καλουμένῃ νέᾳ λαύρᾳ τῶν τὰ Ὀριγένους πρσβεσούντων δόγματα, πᾶσαν ἔθετο σκουδὴν τοῦτους ἀπελάσαι. Apertius idem lib. 1. cap. 21. loquens de Eudocia Theodosii uxore, quae pietatis zelo Hierosolyma venerat, et multa ibi devoti animi monumenta reliquit: ὥστε, αἰτ, καὶ εὐαγῇ δαίμασθαι φροντιστήρια, καὶ τὰς καλουμένας λαύρας. ἐν αἷς ἡ μὲν δίαίτα διάφορος. ἡ δὲ γε πολιτεία ἐς ἓνα τελευτᾷ Θεοφιλῇ σκοπόν. ita scribendus hic locus, qui in editis libris corruptus est. Phocas Imp. in constitutione quadam, Κελλία δὲ καὶ τὰς καλουμένας λαύρας ἐν ἐρήμοις εἰκοδομεῖν οὐκ εἵργομεν. Alibi λάβραι indiscriminatim pro eodem scriptum offendes. In constitutione Manuelis Comneni qua immunitas Ecclesiasticis et monachis conceditur. διὰ τοῦ παρόντος χρυσοβούλου θεσπίζει καὶ διορίζεται πάντα τὰ σήμερον νερόμενα ἀκίνητα παρὰ τῶν ἀνωθεν ἀριθμηθέντων μοναστηρίων, ἢ καὶ ἡσυχαστηρίων, ἢ καὶ ἀναχωρητικῶν κελίων, ἢ λαβρῶν, καὶ ἀπλῶς κατοικητηρίων μοναχικῶν. Auctor historiae miscellae, libro 24. *monasteria duarum magnarum labrarum, sanctae videlicet memoriae Charitonis et Cyriaci Sabae.* paulo post *Similiter autem et laurae eremi opinatissimae, sancti Charitonis et sancti Sabae, et reliqua monasteria et Ecclesiae desertae factae sunt.* Etiam hodie montis Atho incolae monachi: suas monas *lauras* vulgo nuncupant. Haec si observasset eruditus ille vir nunquam de superiore Epiphanii loco adeo alienam vero sententiam in medium protulisset. [Postremo non praetermittemus dicere aliud fuisse *lauras*, aliud coenobia. nam in vita S. Euthymii anachoretæ, quam Cyrillus quidam scripsit, ita scriptum est. *Te oportet venire ad meam lauram, et fratrum quidem cellas diruere ab ipsis fundamentis, caenobium*

vero aedificare illic, ubi meum aedificasti caemeterium. Non enim lauram, sed caenobium potius esse locum Deo placet.

CAPUT UNDECIMUM.

Aristotelis τὰ Θαυμάσια. Diodori Siculi τὰ περὶ βιβλιοθήκης. παραδρομή. ἔδαφος πεποικιλμένον ὑπὸ δημιουργῶν. μουσιῶν et μουσιῶται. Demetrius Phalereus fratris sui τὰ ἐπιφάνεια θύων. Parrhasius habrodiaetus. πέπηγεν οὖρος. ἀμώμητον οὐδέν. voluptas μονόχρονος. alia nonnulla.

HISTORIA de panno illo mirabili Alcisthenis, defumi dicitur ex Aristotele ἐν τοῖς Θαυμαστοῖς. intelligit librum Περὶ Θαυμασίων ἀκουσμάτων, ubi extat hodieque totidem pene verbis planeque iisdem narratio haec. Merito igitur priorem lectionem, ἐν τοῖς περὶ τρυφῆς Θαυμαστοῖς respuimus, falsa est enim. Scribe ex Aristotele, καὶ τῶν δεικνυμένων μάλιστα πάντων ἐκείνο θαυμάζεσθαι. Excerpta sic, καὶ δεικνύμενον ὑπὸ πάντων εἰ. θ. Ait, κεν- τοῦντες ὑπὸ τοὺς τῶν χειρῶν ὄνυχας βελόναϊς ἀναίλον αὐθὰς. de hac historia adi ad Strabonem libro sexto.

p. 851. Paulo post, Διόδωρος δ' ὁ Σικελιώτης ἐν τοῖς περὶ βιβλιο-
θήκης, Ἀκραγαντίνους Φησί κατασκευάσαι Γέλωνι κολυμ-
βήθραν πολυτελεῆ. nunquam factum, ut Diodorus Siculo historicos suos annales inscriberet *De Bibliotheca*, sed *Bibliotheca*, quod longe est aliud. Praeterea apud Dio-
dorum Siculum libro undecimo, non est vox Γέλωνι in sermone de hac piscina: neque ex ejus verbis possis eam tueri. Adde quod Agrigentum non Gelonis, sed Theronis in potestate tum fuit. haec παροράματα sunt hujus philologi, dum Excerptorum suorum fidem sequitur. De Siculo Damophilo auctore belli Siculi lege ejusdem Diodori reliquias lib. 34. παραδρομὴν eleganter Athenaeus vocat homines ad ntrumque latus accurrentes cum Damophilus rheda aut lectica veheretur. Ait, ἀνθινά τε πολλὰ τῶν ἔδαφῶν ἐν τοῖς ἀνδρῶσι κατασκευάζετο διαποικιλμένα ὑπὸ δημιουργῶν. multo in andronibus pavimenta consuebant florida. picturata ab artificibus musivariis. Graeci veteres hos artifices ψηφοθέτας vocabant, ut dictum est ad Suetonium. recentiores imitati Latinos μουσιῶν usurpant pro *picturare de musivo*. μουσιῶμα illis

opus ejusmodi. *μουσιώτης, artifex musivarius ἀνθινὰ* pavimenta appellat, vel picta multis diversis coloribus: vel in quibus veri flores depicti. Quod autem Demetrius *ἐπεμελεῖτο καὶ τῆς ὀψείως*, arguit *Calliblephari* cognomen. ab hoc studio illi inditum. assentior mox Dalecampio, legenti *ἦδεν ὁ χορὸς εἰς αὐτὸν ποιήματα Καστορίωνος τοῦ Σολέως*. ejus poetae facta mentio libro decimo extremo. Sequitur, Demetrium occiso fratre ipsius Himeræo ab Antipatro, cum Nicanore versatum esse, *αἰτίαν ἔχοντα, ὡς τὰ ἐπιφάνεια τοῦ ἀδελφοῦ θύοντα*: id est, *credente vulgo, fratri suo epiphania sacra ipsum facere*. Impietatis crimen est, quod hic Demetrio impingitur: quasi ille fratrem suum in deorum numerum retulerit, et more caeterorum deorum statis sacrificiis festisque colere instituerit: consecrato honori ejus die, quem *Epiphania* appellabat. Graeci *ἐπιφάνειας* deum vocant eorum praesentiam in terris: quando vel oculis spectandos se exhiberent, vel aliquo modo praesentiam suam testatam facerent. Dionysius Halic. libro secundo: *πάνυ δ' ἄξιον καὶ τὴν ἐπιφάνειαν ἱστορῆσαι τῆς Θεᾶς, ἣν ἐπεδείξατο ταῖς ἀδίκως ἐγκληθείσαις παρθένοις*: idem paulo post Epicureos graviter reprehendit, et omnes philosophos, *τοὺς διασύροντας τὰς ἐπιφάνειας τῶν Θεῶν*. In Graecorum historiis frequens dictio est *ἐπιφάνεια*. hoc sensu, Cicero praesentiam Latine vertit, cum ait in secundo De natura deorum: *Itaque et in nostro populo et in caeteris deorum cultus, religionumque sanctitates existunt in dies majores, atque meliores Idque evenit non temere, nec casu, sed quod praesentiam saepe suam divi declarant. ὅτι πολλάκις τὴν ἐπιφάνειαν αὐτῶν οἱ θεοὶ ἐπιδείκνυνται*. et libro extremo. *Praeterea ipsorum deorum saepe praesentiae quales supra commemoravimus*, etc. Inde sunt instituta festa Epiphania ad celebrandam memoriam alicujus deorum *ἐπιφάνειας*. Sic populus Christianus Epiphania appellavit diem consecratum in honorem et memoriam *τῆς πρώτης ἐπιφάνειας*. Domini nostri p.^{85a} JESU-CHRISTI. Sic Demetrius Phalereus, ut ex hoc loco apparet, Epiphania fratris sui, crudeliter ab Antipatro trucidati, (ut legere est apud Plutarchum in Demosthene, et in Excerptis Photii ex Arriani historiis τῶν μετὰ Ἀλέξανδρον) agitabat. [Existimo autem Demetrio fratrem in quiete visum, aut tale quid accidisse, quod eum impulerit, ut ei Epiphania faceret, et privatam hanc solemnitatem institueret. Veteres Athenienses

impietatis eos arcessisse, qui defunctis honorem ullum diis proprium haberent, testis est Attica historia. et nota omnibus calumnia in Aristotelem. *Theognis* deliciae Demetrii in MSS. est. Δόγνις. De Lucullo plura auctor libro sex to sub finem. De Parrhasio iterum lib. ultimo. *Habrodiactum*, inquit Plinius, *se appellavit Parrhasius*. respiciens versus hic descriptum, Ἀβροδίατος ἀνὴρ ἀρστέν τε σέβων τόδ' ἔγραψε. Alibi diximus, ὄρον aut πέρασ alicujus rei dici, quod volumus intelligi summum esse. sic πέρασ Φιλίας, ὄρος πένιας, *summa amicitia, summa paupertas*. πέρασ τέχνης, *ars perfecta* cui nihil possit addit. cocus apud Hegesippum: Οὐκ ἀλλὰ τὸ πέρασ τῆς μαγειρικῆς τέχνης Εὐρηκέναι τὰ νῦν νόμιζε μόνον ἐμέ. Sic in descripto hic epigrammate, postquam dixit Parrhasius sibi inventa artis suae τέρματα: addit, ἀνυτέρβλητος δὲ πέπηγεν οὖρος. ἀμώμητον δ' οὐδὲν ἔγεντο βροτοῖς. pessime viri docti ista acceperunt, qui οὖρον live ὄρον *iuvulum* interpretati sunt. nihil ineptius, nam Parrhasius pergens in gloriatione consummatae artis, *haeret*, inquit, *terminus, nulli pictori superabilis. caeterum nihil est in rebus humanis quod reprehensioni non sit obnoxium*. venusta plane epigrammatis clausula. ubi autem legerunt interpretes μωμήσασθαι pro *conqueri*. lidem, cum in praecedentibus hisce verbis, ἤχῃσε δ' ἀνεμσήτως ἐπὶ τοῦτοις καὶ ἄπιστα κλύουσι λέγων, negationem desiderari animadvertissent, quod nimis certum est: ante vocem ἀνεμσήτως eam collocarunt: quod non probamus nos qui ita potius scribendum censemus: Ἡ. δ' ἀν. ἐπὶ τοῦτοις, ἄτε οὐκ ἄπιστα τοῖς κλύουσι λέγων. id est, *gloriatu* est *citra invidiam, facile credentibus, qui audiebant cum diceret*, ea nimirum quae deinceps sequuntur. Si cui placeat magis τὸ, οὐκ ἀνεμσήτως, dicemus respexisse Athenaeum, iudicium illud quo magnis suffragiis superatus est Parrhasius a Timanthe Sami. Μονόχρονον voluptatem mox appellat auctor ex Aristippi sententia, cuius sit unum tempus. Vulgo tempus dividitur in praeteritum, praesens et futurum. at voluptas Aristippo unum dicitur habere tempus: praesens nempe: quia praeteritae voluptates non sentiuntur amplius: futurae, nondum. auctor ipse explicat se: neque aliter accipiendum. Tertius Alexidis versus vulnus accepit in medio. Expleri sic potest:

— καὶ Φιλοσοφεῖν
ἐπέθετο, ὅτ' Ἀθήνησι Κυρηναῖος ἦν
ὥς φησ' Ἀρίστιππος.

Deinde scribe, *πρωτεύων ἀπάντων τῶν τῶτε*. In fine scribe, p. 863. *τὴν δ' ἀρτυρίαν συνήρπασε*. vel *ἀρτυλίαν*. artem *μαγειρικὴν* intelligit, ut recte Dalecamp. tamen *ἀρτηρίαν* MSS. In quarto Antiphaneo scriptum, *πυλιδιον ἀπαλόν, πύλο- lus delicatus*. ex MSS. prius legebatur *πολιδιον*, inepte. nec minus inepte qui initio *Βεβαία τράπεζα*. renuente etiam metro.

CAPUT DUODECIMUM.

Καταδουλοῦσθαι ταῖς ἐπιθυμίαις. Voces Epicuri καταιγισμοὶ et ἐπεγνρώματα. χορηγίαι καὶ λειτουργίαι. περίστασις pro vita non philosophica, συμπεριφοραί. Anaxilae Λυροποιοῦς ὡς κολάπτειν. Annuli velares. *Προν. παχὺς ὥς ἐκεῖτ' ἐπὶ στόμα. ἀχειμαῖα κρέα*.

NE membranae quidem antiquae manus aliter haec nobis exhibent quam ut vulgo eduntur: Ἀριστόξενος ὁ μουσικὸς ἐν τῷ Ἀρχύτῃ βίῳ ἀφίησι παρὰ Διονυσίου τοῦ νεωτέρου πρεσβευτάς. cum tamen manifestissimum sit ἀφίησι scripsisse homines imperitos pro ἀφικέσθαι φησί. In Polyarchi dissertatione qua probare nititur sapientis esse ἀκολουθεῖν ταῖς ἡδοναῖς, turbant ista verba, τὸ δὲ ἀντιτείνειν καὶ καταδουλοῦσθαι ταῖς ἐπιθυμίαις οὔτε εὐφρονος οὔτε εὐτυχοῦς, οὔτε ξυνιέντος εἰδέναι τίς ἢ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως σύστασις. Illud quidem non dubium, εἰδέναι perperam scriptum esse pro εἶναι. non esse ejus qui intelligat. etc. Sed est in voce καταδουλοῦσθαι nonnulla difficultas. Apud philosophos, et sacrarum etiam literarum auctores servi cupiditatum appellantur, qui totos se illis dediderunt. Si ita hic accipiamus, sensus erit: parum sapere qui adversantur et quasi reluctantur naturae cupiditatibus: et item eos, qui ita sese illis manciparunt, ut ipsis quasi dominis serviant. optima quidem sententia: sed an hoc Polyarchus (sive Polyarchus: utroque modo enim scribitur) voluerit, id vero quaestio est: non enim videtur haec sententia ei thesi quadrare quam ipse propugnat. Itaque καταδουλοῦσθαι ταῖς ἐπιθυμίαις, potius interpretor, invitum parere cupiditatibus de incontinentibus loquitur, qui assidue cum cupiditatibus suis pugnantes, assidue succumbunt, et illis ἐκόντες ἀέ-

κοντι. Συμῶ manus dant. serviunt igitur et isti voluptatibus,
 non minus quam intemperantes, sed serviunt coacti: qui
 poterant, imo debuerant ex hujus Thaletis praecepto,
 naturam ducem secuti carere ea molestia, et aequo animo
 frui voluptatibus. Cum ait, *δεινὸν μὲν γὰρ ἦτε Ἀσία*
ὅλη χορηγεῖ. deesse aliquid apparet nisi legas, ἢ Ἀσία
 vel ἦγε Ἀσία. sed verius opinor desiderari unum aut
 alterum verbum. nam Persae tunc temporis praeter Asiam
 parebat Europae etiam pars aliqua, et Aegyptus, fortasse,
 quam plerique ab Asia separarunt. Mox scribe, *Μήδους*
δὲ Πέρσαι διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν non *τοιαύτην*. Ait, *καὶ*
τὸν Θάνατον δὲ ἀποσημαίων τοῦ βασιλέως, Φησὶν ὡς
ἀμφὶ κρ. locus quem respicit est in Necyia, *όδυσσ. λ.*
Αἰτ, ἵνα μὴ τοὺς καταγισμοὺς λέγω, καὶ τὰ ἐπαντρώματα,
ἅπερ πολλαῖς προφέρεται ὁ Ἐπίκουρος, καὶ τοὺς γαργα-
 p. 854. *λισμοὺς καὶ νύγματα.* his quatuor vocabulis solitus uti
 Epicurus, ut exprimeret animi ad voluptates ruentis im-
 petus. Sed vocem *ἐπαντρώματα* quis ferat? [Equidem
 referebam id verbi inter eas Epicuri dictiones, quae dam-
 natae antiquis criticis; de quibus olim ad librum 10.
 Diogenis Laertii aliquid observabamus. sed haereo non-
 nihil; quia apud elegantissimum scriptorem Philonem id
 vocabulum observo. Proferam ejus locum, ut discat lec-
 tor, quo sensu novam vocem usurparit Epicurus. nam
 Dalecampius qui vertit vulnera, non simpliciter errat.
 Philo in Allegoriis. *ὁ προκόπτων*, inquit, *λέγεται τὰ*
ἐγκοιλία καὶ τοὺς πόδας λούειν, οὐ τὴν ὅλην κοιλίαν. *ἱκα-*
νός γὰρ οὐκ ἔστι πᾶσαν ἡδονὴν διώσασθαι. ἀγαπητὸν δὲ
εἶν τὰ ἐγκοιλία αὐτῆς· τοῦτέστι, τὰ ἐπαντρώματα, ἃ
Φασιν οἱ Φιλήδονοι ἐπιδύσειν εἶναι τινὰς τῶν προηγουμέ-
νων ἡδονῶν, ἃ γίνονται ὀψαρτυτῶν καὶ σιτοπόνων λίχνων
περιεργίᾳ. Non est hic locus explicandi allegoriam in-
 terpretationem quae ibi persequitur Philo verborum Mo-
 sitici capite primo, 13. sed apparet mediocriter atten-
 denti, *ἐπαντρώματα* Philoni, vel potius ei quem laudat
 Philo, (is autem est proculdubio Epicurus): esse gulae
 scitamenta, quae non ad alimonium eduntur, sed ad
 voluptatem, qualia sunt, ait Philo, quae parantur ab
 artificibus condimentorum et a panificibus, hoc est a
 confectoribus aut confectricibus panum vel placentarum,
 vel similium cupediarum. Ex his constat *ἐπαντρώμα* non
 deduci ab *ἐπαντιτρώσκω*, sicut apud Hippocratem *τρώμα*,
 quod significat vulnus: sed ab *ἐπαντρώγω* quod est edere
 aliquid supra consuetum cibum. puta panem et obsonium.]

Subjicit auctor, Καὶ Μητρόδωρος ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς Φησὶν, ὃ Φυσιολόγος Τιμόκρατες, περὶ γαστέρα ὁ κατὰ φύσιν βαδίζων λόγος τὴν ἅπασαν ἔχει σπουδὴν. Conferenda sunt cum istis M. Tullii verba e libro primo De natura deorum. *Metrodori vero qui est Epicuri collega sapientiae, multa impudentiora recitabat. Accusat enim Timocratem fratrem suum Metrodorus quod dubitet omnia, quae ad beatam vitam pertineant, ventre metiri: neque id semel dicit: sed saepius.* Epicurei Roma pulsi consulto senatus nominantur. mox Alcuius et Philiscus Aelianus libro 9. cap. 12. *Alcaeum* vocat. In fine edicti Antiochei contra Philosophos, scribe, καὶ μὴ ἄλλως γένηται. supple δρα. Lyconem philosophum, qui familiam Athenis duxit, ita damnosum et πολυτελεῖν fuisse scribit dipnosophista, ὥστε καὶ πολλοὺς ὀρέσσειν καὶ βουλομένους προσιέναι πρὸς τὴν διατριβὴν ἀνακόπτεσθαι, καὶ καθάπερ εἰς πολίτευμα πονηρὸν καὶ χορηγιῶν καὶ λειτουργιῶν πλήρες εὐλαβουμένους προσάγειν. ad scholam hujus sophi, inquit, sic verebatur accedere et illi nomen dare, quemadmodum jure aliquis metuat civis fieri male institutae civitatis: cujus videat cives ordinariis pro republica impensis, esse exhaustos. Duabus vocibus auctor complexus est omnes sumtus, qui olim in multis Graecarum civitatum a privatis pro rep. necessario fiebant. *Χορηγαί*, sumtus ad solennia sacrorum et ludos. *λειτουργίας* multa erant p. 855. genera: ut propter bellum, aut annonae angustiam. Athenis, maximum onus fuit trierarchia, et illae quas vocabant ἐπιδόσεις. Hujusmodi quaedam onera sustinenda erant iis qui Lyconi vellent operam navare. ἃ δὲ πάντα inquit mox Athenaens, ἐφαίνετο λόγου μὲν ἄλλότρια καὶ Φιλοσοφίας εἶναι, τρυφῆς δὲ καὶ περιστάσεως οἰκισιότερα. opponit philosophiae *περίστασιν*, id est, vitae alienae a cura rerum humanarum, occupatam et sollicitam, qualis solet esse vulgo hominum. *περιστάσεις* dicuntur casus qui hominibus usu veniunt laeti aliquando, saepius adversi et tristes: hic *περίστασις* est vita exposita hujusmodi casibus: in sacris literis est ὁ κόσμος, cum opponitur τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν. frequens vox in Stoicorum libris et ejusdem aetatis scriptoribus: de qua plura alibi. apagehinc *coronas et circulos* interpretum. Mox ante haec, οὐ γὰρ ἵνα συβρέντες, desunt aliquam multa verba. nam superioribus non cohaerent sequentia; loquitur enim de conventibus et sodalitatibus aliorum philosophorum: quos ait non voluptatis ergo una esse solitos: ἀλλ' ἵνα Φαί-

νονται καὶ τὸ θεῖον τιμῶντες, καὶ Φυσικῶς ἀλλήλοις συνα-
 περιφερόμενοι. Nicolaus Sturio emendabat Φιλικῶς. et est
 sententia optima. non probo tamen, quia in omnibus
 libris disertè Φυσικῶς. id est, *secundum naturam homi-*
nis. homo enim est, φύσει ἀγλαῖον ζῶον et societatis
 amans. hoc maximum coagulum est sodalitatis καὶ συμ-
 περιφοράς, id est, mutitationum. id enim est συμπεριφέ-
 ρεσθαι, *mutitare*, sive *mutuitare*. vide libro quarto.
 addit, ἐνεκεν ἀνέσεως καὶ Φιλολογίας. Excerpta Φιλολο-
 γήσεως. quid ἀνεσις quid Φιλολόγησις hoc loco elegantè
 explicat A. Gellius libro decimo octavo, capite secundo.
 In narratione de Anaxarcho multa pervertunt interpre-
 tes. Studiosi eorum peccata emendabunt. nos ad alia
 properamus. Scribendum, τὰ ἐκ τοῦ Ἀναξίλα Λυροποιού.
 non Αὐροποιού: ex ipso Athenaeo et Polluce ὡς κολάπ-
 των, *ona tundens*, recte omnes libri non λάπτων. ovum
 in calido cinere coctum qui vult esse, tundat oportet,
 id est, κολάπτειν. Ne quem decipiant qui ista paulo
 post corrigunt, ψιλοτάπιδα ἔχοντα κρικωτὴν καθάπερ
 τοὺς στρωματῆς εὐτελῆ, id est, *super tapete laevi an-*
nullos habente, ut illa segestria quibus annuli invol-
vuntur. Habuisse τοὺς στρωματῆς annulos quibus utebantur
 in constringendis stragulis, testis locuples Theophrastus
 Historiae Plantarum libro quarto, loquens de arbore
 cucifera, quam et ipsam Plinius vocat *cuci* habet, in-
 quit, πυρῆτα μέγαν καὶ σφόδρα σκληρόν. ἐξ οὗ τοὺς κρί-
 κους τορνεύουσι, τοὺς εἰς τοὺς στρωματῆς τοὺς διαποικί-
 λους. Plinius vertit, sed accommodans sententiam seculo
 suo, *lignum intus grande, firmaeque duritiae, ex quo*
velares detornant annulos. uberius ista in commentario
 De lectis veterum. I nunc, et lege κρικωτὴν cum Dale-
 campio, ac de croceo colore interpretare. Historia de
 Dionysio Heracleae tyranno, qui ὑπερσάρκησεν, extat
 etiam in Memnonis fragmentis, et apud Aelianum libro
 nono, capite decimo tertio. Qui apud Menandrum dice-
 p.856. bant, παχὺς γὰρ ὥς ἔκειτ' ἐπὶ στόμα, exules erant
 Heracleotae, qui liberam sibi fuisse in patria facultatem
 quaerendi de suis malis negabant. metuisse enim tyran-
 num quem vocabant παχὺν ὄν. ut Latini *porcos* appel-
 lant, quos edacitas obesos reddidit. Est autem allusum
 ad proverbium. βοῦς ἐπὶ γλώττῃ μέγας, quo usus Ae-
 schylus, et alii tragici. Scribe: ἔχοντα πολλὰς χολάδας
 κείσθαι πᾶν. *aucto ventre et bene factio:* cum ait
 Menander, καὶ τὸ πνεῦμ' ἔχοντ' ἄνω. intelligit quam

medici vocant ὀρθόπνοιαν. Scribe in verbis Ptolemaei, πολλὰ μὲν τῶν ἀγριμαίων ἐγκρίται. ex libb. et Eustath. *ferinant* vocant ἀγριμαῖα. adjicit Ptolemaeus πολλάκις δέ τινες καὶ κιθάριον ἀκολουθίσκον προσδιδάσιν. non potest κιθάριον aliud significare quam *parvam cytharam*. quod alienum est. qui accipiunt pro κιθαρίστην, negligunt analogiam. Legendum *καθάριον*, *mundum*, *elegantem*. fere apud auctores mundities opponitur τῇ πολυτελείᾳ. ita hic accipiendum. significat datum, puerum a pedibus non magnae rei: sed quem cultus mundities commendaret. descriptis impensis quas priores sacerdotes soliti facere, narrat Ptolemaeus, se omisis illis omnibus, phialas ex argento consecisse, τὸ τίμημα ἔχουσιν ἐκάστην, ἥς προσιρήκαμεν δαπάνης: id est, quae tanti constabant singulae, quanti totus ille apparatus quem ante descripsit, constabat. Scribe, *εἰ ἢ τὸ σχῆμα*, non *εἰ ἦν*. pendet enim oratio ab ἐφαίνετο. De hoc Lacedaemoniorum instituto Aelianus Variarum historiae libro decimo quarto, cap. septimo. Simile illud Strabonis de veteribus Gallis: ἴδιον δὲ καὶ τοῦτο. ἀσκαῖν γὰρ αὐτοὺς μὴ παχεῖς εἶναι καὶ προγαστορας. τὸν δ' ὑπερβαλλόμενον τῶν νέων τὸ τῆς ζώης μέτρον ζημιοῦσθαι.

CAPUT TERTIUMDECIMUM.

Λεωτροφίδης. Thumantis. *Melitus tragicus. notat levitatem Graecorum super quorundam prodigiosa tenuitate.* βάλλειν λήκυθον κενήν. *Mercurius θεῶν προπομπός. Proverb. πεφίλιππιδῶσθαι. Cephisodori Trophonius. Antiphanis Thoricii. Cratini Chirones. Mos veterum florem gestare auri impositum. Cur flores, fructus, et id genus alia prae manibus habere sit moris.* συντυχία. προῦπογράφειν. ὠρεαίνεσθαι.

Posteaquam multa dixisset Athen. de praepinguibus quibusdam et catasarcis, ad Timocratem suum converso sermone, πρὸς ὃν οὖν, inquit, κάλλιον ἐστὶν ἀγαθὰ Τιμόκρατες, πεινόμενον εἶναι λεπτότερον ὢν καταλέγει Ἑρμιππος, etc. pendet oratio haec, usque ad illa quae intervallo satis magno sequuntur. πολλῶν οὖν κάλλιον ἐστὶ τοιοῦτόν τινα εἶναι τὴν ἰδέαν, ἢ ὥς φησιν Ἀντιφάνης. et quae sequun-

tur. Inter haec sermo interjectus est de quibusdam mirae tenuitatis hominibus, atque adeo prodigiosae. talia enim re vera sunt nonnulla eorum quae hic narrantur exempla. Primi in hunc censum nomina sua deferunt *Leotrephtides* et *Thumantis*, quorum simul meminit Hermippus in *Cercopibus*. Extat idem Hermippi locus in p. 857. antiquis comici scholiis ad *Aves*. atque ibi scriptum *Λεωτροφίδης*, non solum apud interpretem, verum apud ipsum poetam, qui hujus meminit illa in fabula. In versu Hermippi pro *Θουμάντιδος* rescripsit Dalecampius *Θαυμάντιδος*, et de Iride interpretatur *Φιλοσοφικώτερον*. Quam vellem acumine isto ingenii esset usus alibi. nam hic quidem non licuit ei esse ingenioso, propter frigus sententiae quam invehit: propter constantiam vulgatae lectionis in omnibus exemplaribus etiam apud scholiastem Aristophanis, qui haec ipsa describit. postremo propter ipsum etiam Aristophanem, qui Thumantidis hujus sic meminit in *Equitibus*.

Μηδὲ Θούμαντιν ἀνέστιον αὖ
 λυπεῖν ἐκούσῃ καρδίᾳ·
 καὶ γὰρ οὐτοσί φιλ' Ἀπολλων
 περὶν, θαλαροῖσι δακρύοις
 σᾶς ἀπτόμενος φαρέτρας
 πυθῶνι ἐν, διὰ τὸ κακῶς πένησθαι.

ex quibus verbis duo licet cognoscere: et prae fame exsiccum ac macilentum hunc fuisse: et fatidicam Apollinis laurum solitum mordere. atque inde nomen, nam *Θούμαντις*, est *Θεόμαντις*. ita nullus Taumantidi illae supposititiae locus relictus. Versus primus *ῥήσεως* Aristophaneae ex *Gerytade*, sumptus est, ut plurimi alii ejus poetae de Euripide initio *Hecubae*. Quartus manifeste corruptus initio, *Οὐ σημαίνοντας αἰδοφοίτας*. nihil enim illa significant, *οὐ σημαίνοντας*. praeterea lex metri mendam arguit. Legebam: *Ἐκεῖ μένοντας*. sed quia sequitur, *θαμὰ Ἐκεῖσε φιλοχωροῦντας*: melius, *Ὡδὶ μένοντας*. qui etsi habitant inter vinos, inter mortuos tamen saepe comparent. *Μέλητος* constanti errore ter mox scribitur pro *Μέλιτος*. ita igitur posthac emendemus. nam τὸ η in media syllaba vocis hujus versus respuunt, et qui hic recitantur, et omnes alii in quibus miselli hujus tragici sit mentio. Aristoph. *Ranis*, *Σκολιῶν Μελίτου καὶ Καρικῶν αὐλημάτων*. Enarrator vetus: *τραγικὸς ποιητῆς ὁ Μέλιτος*. οὗτος δὲ ἐστὶν ὁ Σωκράτη γραψάμενος omitto Aelianum *Ποικίλης* libro decimo, capite sexto. In *Ci-*

nesiae gracilitatem, extant et alii Aristophanis joci: ut in *Ranis*,

Εἷτις πτερώσει Κλεόκριτον Κινησά,
αἴροιεν αὖραι πελαγίαν ὑπὲρ πλάκα.

[Habes apud Galenum in septimo Commentario ad Aphorismos H. Platonis Comici de hoc Cinefia lepidos versus.] Proximi tres versus qui apud poetam non longe a praecedentibus erant collocati, habent hanc sententiam. Eorum qui legatos istos adeo tennes et leves in Orcum misissent, spes esse admodum tennes: quia periculum ingens esset, ne istos parvi ponderis legatos Diarrocas flavius correptos secum deferat, si ejus aquae forte intumuerint. Poetae verba sunt leviter a nobis emendata.

Ὡς σφόδρ' ἐπὶ λεπτὸν ἐλπίδων ὥχσιςθ' ἄρα.
τούτους γὰρ, ἣν πολλὸς ξυνέλθῃ, ξυλλαβῶν
ὁ τῆς Διαροίας ποταμὸς, ἐξοιχέσται.

Quartum his versum adjicit Dalecampius de Sannyrione. sed locus apparet mutilatus. neque est causae, cur cum p. 858. illo sentiamus. Quoties lego quae de Philetæ et vatis Archestrati parvitate et gracilitate narant Graeci scriptores: non possum quin satyrico poetae subscribam, cujus est dictum *et quicquid Graecia mendax Audet in historia*. De Phileta probabilior saltem Aeliani narratio: qui gestasse eum scribit non globos, sed soleas plumbeas, et quaerit idem non injuria, si tanta fuit Philetæ imbecillitas, qui potuerit haec inter eundum pondera trahere. De altero quis adeo communi sensu caret, qui credat quod hic narratur? repertum esse cum appenderetur ὀβολοῦ ὀλκὴν ἔχοντα. nam in librariorum culpam conjicere, haut scio an sit licitum. Aelianus enim per omnia huic narrationi consentit. Etiam Hipponax inter Homunculos de quibus hic est sermo, recensetur. sed additur fuisse eundem adeo ἀκρότονον et validis lacertis, ὥστε πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ κενὴν λήκυθον βάλλειν μέγιστόν τι διάστημα. id est, ut praeter alia roboris argumenta quae edebat, etiam inanem ampullam jaceret longissime. Duplex hic non poenitendarum virium specimen. quod ampullam longe vibraret, quod vacuum. facilius enim plena quam vacua ἀπὸ τῆς αὐτῆς ἐρμῆς impulsæ feratur: male in Excerptis καινὴν pro κενήν. Alexidis versus de Philippide, Ἐρμῇ θεῶν πρόπεμπς καὶ Φιλίππιδος: duplici nomine suspectus mihi. προπεμπός Graecum non est, sed προπομπός. Mercurius autem non est deorum προπομπός, sed mortuorum. Legō, Ἐρμῇ

νεκρῶν προτομὰ καὶ Φιλιππίδου. Supra dicebantur αἰδο-
φοῖται similes Philippidae homunciones. id ipsum aliis
verbis significat Alexis. similiter statim Aristophon mor-
tuis accenset Philippidam a quo manavit, sicut observatur
hic, ut supra modum extenuatum dicerent πεφιλίππω-
σθαι. Ita bis scriptum in plerisque libris omnibus, imo
bis peccatum. nam πεφιλίππιδῶσθαι rectum est, illud
falsum: etsi non nescimus ita scribi apud Suidam quo-
que: falso: ut cum analogia, tum lex metri arguunt.
De iisdem dici solitum, posse ipsos per annulum trajici.
Aristophanes διὰ δακτυλίου μὲν οὖν ἐμέ γ' ἂν διελευσάις.
Locum Alexidis ita lege.

Κακῶς ἔχεις, στρουθὸς ἀκαρὴς νῆ τὸν Δί' εἴ,
πεφιλίππιδῶσαι. μὴ σὺ καινῶς μοι λάλεις.
ἐγὼ τέθνηκα. τοῦ τάλαιπῶρου πάθους.

Morem fuisse veterum delicatorum pedes unguentis un-
gere probatur testimonio Cephisodori in *Trophonio*. cu-
jus versus ita distingue

Ἐπειτ' ἀλείφασθαι τὸ σῶμά μοι πρὶν
μύρον ἔρινον καὶ ῥόδινον.

Ejus fabulae Pollux meminit, libro septimo: Τὴν δὲ σημ-
τρίδα, inquit, sic enim legendum. Κηφισόδωρος ἐν Τρο-
φονίῳ εἶρηκεν. meminit et aliis locis. Citantur in ean-
dem rem et Antiphanes ἐν Θορυκίοις. Scribendum per ἰ.
Θορυκίοις. plena inscriptio est libro decimo quinto, Θο-
ρυκίοις ἢ διορύττοντι. traducebat haec fabula Thoricios.
Thoricus unus erat τῶν δῆμων agri Attici: Versus Ana-
xandridae scribendi sic ex libro decimo quinto.

Μύρον δὲ παρὰ Πάρωνος οὐπὲρ ἀπέδοσε
p. 859. ἐχθρὸς Μαλαυνῶπρ πολυτελοῦς Αἰγυπτίου
ὃ νῦν ἀλείφει τοὺς πόδας Καλλιστράτου.

Sequitur, Teleclidem in fabula *Prytanibus*, luxu dif-
fluentem exagitasse τὸν ἐπὶ Θεμιστοκλέους βίον. haec
scriptura non Themistoclem privatim, sed omnes qui
ejus saeculo vixerunt accusat. Interpr. τὸν τοῦ Θεμ. β.
dissentiant libri. Μοχ, Κρατῖνός τ' ἐν Χείρωσι τὴν τρυ-
φὴν ἐμφανίζων πᾶν τῶν παλαιότερων, Φησὶν, ἀπαλὸν δὲ
σισύμβριον ῥόδον ἢ κρίνον παρ' οὗς ἐδάκει, παρὰ χερσὶ
δὲ μῆλον ἔχων, σκίπτουά τ' ἡγάραζον. Alibi, ut in Pe-
ricle Plut. et scholiis Aristophan. inscribitur haec fabula
non Χείρωνες, *Chirones*, sed Χείρωνες. *Deteriores*. He-
fych. contra in αὐτόφορος, Χείρωνα, *Chironem*: notum
nomen ex fabulis. Ex hoc autem Cyatini loco apparet
varie ad oblectationem aut voluptatem floribus esse usos

veteres. Caput, collum, et pectus coronis ornasse illos notum omnibus. multa libro 15. de ejus generis coronis. Sed etiam auribus flores aut solutos aut fertos imponebant. argumento sunt Cratini verba, *molle sisymbrium, aut rosa, aut lilium auri insidebat*. legimus namque παρ' οὗς, non παρ' οὐς: quod ferri non potest. Remansit in moribus nostris haec consuetudo: cujus hic testimonium habes antiquissimum. praeterea tribuit Cratinus habrodiaeto quem depingit, malum in manu, et scipionem sive baculum. de malo quaeritur mox: de scipione dictum extremo libro undecimo. Proponitur deinceps haec quaestio ex Eroticis Clearchi: *utrum flores, fructus, et id genus alia manibus gestamus*. Summa responsionis p. 860. est: quoniam per ista, et occasionem colloquendi nanciscimur. et praebeendi exemplum desiderii nostri: id est, docendi sub exemplo quid ipsi expeteremus. hoc ita Clearchus: ἀρχὴ τε γὰρ εὐτυχίας, καὶ παράδειγμα τῆς βουλήσεως αὐτοῖς γίνεται διὰ τούτων. quid appellat ἀρχὴν εὐτυχίας? an principium amoris? quam isti summam foelicitatem pulant. nugae. Legendum συντυχίας. colloquiū. declarat quae subjicitur ab eodem explicatio. αἰτηθεῖσι μὲν τῷ κρησθαγόρευθῆναι. δοῦναι δὲ προὔπογραψαι ὅτι δεῖ καὶ αὐτοὺς μεταδιδόναι τῆς ὥρας. Cum habet aliquis prae manibus aut flores, aut fructus et bellaria, qui vident, concupiscunt. movet enim, ajunt, objectum potentiam. petunt igitur. inde colloquiorum occasio et principium. qui dant autem, ait Clearchus, hoc ipso satis indicant quid possulent, et quid sibi dari aequum censeant. ὑπογράφειν, ut dicebamus ad Strabonem est loqui tacendo, et recte aliquid significare. Lege mox sublato asterisco, καλὸν γὰρ ἐστὶ τὸ τῆς ὥρας καὶ τὸ τῆς ὥρας ὄντως πρόσωπον. Parum usitatum verbum est ὀριάζεσθαι quo utitur Clearchus: οἱ ἐρωῶντες οἷον ἐντροφῶντες ὑπὸ τοῦ πάθους καὶ ὀριαινόμενοι τοῖς ὥραις ἀβρύνονται. pro eo quod usitatus dicitur ὥραιζόμενοι. Lege, ὅθεν καὶ αἱ περὶ Περσεφόνην ἀνθολογεῖν λέγονται. Diodorus Siculus initio libri quinti, Claudianus in Raptu Proserpinae, et alii. Qui dicitur extremo libro Ἀξωνεύς Θρασύλαος, Thrasyllus est Aeliano libro 4. cap. 25. omnino autem Αἰξωνεύς scribendum.

ISAACI CASAUBONI
ANIMADVERSIONUM
IN
ATHENAEI DIPNOSOPHISTAS
LIBER DECIMUSTERTIUS.

CAPUT PRIMUM.

Argumentum libri hujus. Notata veterum in scriptis περιεργία et lascivia. Lacedaemoniorum conjugia. Aristotelis liber Περὶ εὐγενείας. ὁ κρείων. Meta prima Herculis conjunx. Pbilippi regnum. παρανομώτερος pro παρανομώτατος. Proverb. ἀλλ' ἐξέπεσε πορϑμὶς ἐλατίνῳ πλάτῃ. Ἀρχειν pro ἐπιμελεῖσθαι, vel facere. ἡ νόμῳ γαμετή. Cupido, Mercurius, et Hercules in gymnasiis dedicari soliti.

LIBRI hujus argumentum verbo declaravit Athenaeus, qui Ἐρωτικὸν, sive τὸν περὶ ἐρωτικῶν λόγον illum inscribit. Videtur auctor aemulatione Platonis hujusmodi sermones dipnosophistis suis attribuisse. nam in Convivio Platonico, de Amore solum disputant convivae. Sed ille, ut philosophus, amoris naturam, ortum et causas eo commentario nos docet. hic, ut philologus, quae de amore et rebus ad eum spectantibus apud veteres legerat, quorum hodie scripta desideramus, ut plurimum αὐτολεξίᾳ commemorat. Finis hujus scriptionis quem ob oculos Athenaeus habuit, est πολυμάθεια, et illa rerum omnium antiquarum cognitio, quae et per se expetitur, et ad intelligendos veteres scriptores, sane quam necessaria est: maxime autem comicos: ad quorum lectionem totum hoc

opus *εισαγωγὴν* quandam esse et *παρασκευὴν*, ubertim docuimus suo loco. Ibi satis detestati sumus veterum eruditum hanc lasciviam sive petulantiam, aut immanem certe *περιοργίαν*: qui bonas horas talibus sermonibus malep. 86r. perdere non erubuerint. Non est profecto viri sapientis, doctrinae et *πολυαναγνώσας* laudem, pudoris, vel leviculo damno, nedum jactura, ire sibi ascitum. Verum haec quia reprehendere quidem possumus, sed mutare non possumus: quod solum in nobis est, leviter adeo istam partem attingemus, ut facile omnes intelligant, nos hic, ceu in aliquo aedilem metuente loco, non libenter aliquot horas esse versatos. Igitur *ἐγκαλυψάμενοι* dipsophistarum sermones raptim percurramus. Scriptum cum omnibus libris, *ἀπὸ συμβολῶν τε πολλάκις δαδευνηκέναι, καὶ περὶ ἑταίρας πλ.* edebatur *παρὰ ἑταίρας.* interpres, *παρὰ ἑταίρα.* neutrum probo. Postea distinguendum et legendum, *Ἡμεῖς οὖν τὸν περὶ ἐρωτικῶν λόγον ἐνταῦθα μέλλοντες κατατάττειν· (ἐγένοντο γὰρ καὶ περὶ γαμετῶν καὶ ἑταιρῶν πολλάκις λόγοι.) οὐδ' εἰδόσιν ἐκτιθέμενοι τὴν ἱστορίαν, τῶν M. negationem ante εἰδόσι* restituit etiam Dalecamp. sed minus recte interpretatur. nam hoc ait Athenaeus: nos qui convivio interfuimus, historiam hanc nescientibus volentes exponere. Eratonem prius invocabimus, etc. De Lacedaemoniorum conjugii scribit Plutarchus in Lycurgo, *ἐγάμουσαν δὲ δι' ἀρπαγῆς.* hunc raptum videtur mox auctor intelligere etsi rem narrans paulo aliter quemadmodum et coelibum alias poenas leges apud Plutarchum. In sermone de Socratis uxoribus olim ex conjectura scribendum monueramus in Notis Laertianis *Περὶ εὐγενείας*, pro *συγγενείας.* et sic postea in antiquis libris invenimus. *Cassandram*, ait, *εἰς τὴν ἑλλάδα ὁ κρείων ἐπηγάγετο.* sic omnes MSS. durum plane, nisi alluderet ad HomERICA verba. Hercules sobolem et τὸ τῶν τέκνων *πλήθος* recenset Apollodorus libro secundo Bibliothecae. Hopletis filiae de qua noster, *πρῶτον μὲν γὰρ ἔγημεν Aegeus τὴν Ὀπλήτος θυγατέρα.* *Metas* fuit nomen. Apollodorus libro tertio, *γαμεῖ δὲ πρῶτον μὲν Μήτην τὴν Ὀπλήτος.* Mox de Alexandro δὲ *περὶ τῶν ὅλων πολεμῶν τριακοσίας πενήκοντα περιήγετο παλλακίς.* id esset, *de summa rerum pugnans.* sed aliter libri, *παρὰ τὸν ὅλον πόλεμον.* Philippum regnasse ait annos viginti *ἐν ἔτεσι γοῦν εἴκοσι οἷς ἐβασίλευσεν ὡς Φησι Σάτυρος.* historiae non congruit hic numerus. Scripti quidam, *εἴκοσι καὶ δυοί.* minus male id quidem. Diodorus

Casaub. Anim. in Athen. T. III. H

Siculus annos regnasse viginti quatuor, scribit libro decimosexto. Οὐ γένος τις ἂν δύναιτο παρανοματάτων φράσαι. Excerpta, οὐ γένος ἂν δύναιτο. superlativus pro comparativo, ut apud Herodotum Mula tertia: ὁ ἀνὴρ ἀλλοτριώτατός τοι τῶν παίδων. Ἡ δὲ Ναννῶ τί τῶν διαφέρειν Σκύλλης δοκεῖ; Excerpta Ἡ δὲ Ναννίον τί δ. Et Nanno et Nannium ejusdem farinae mulieres in his libris. Elegans proverbium est quod Anaxilas usurpat, ἀλλ' ἐξέπεσε πορθμὶς ἐλατίνῳ πλάτῃ. *navicula evasit tandem ope remorum.* de eo qui ex summo periculo emerfit. [Melius autem scribas ἐξέπαισε, per ai. vide libro tertio capite vigesimo.] Ἐπειτ' ἔχσιν προῖα
p. 862. οὐχὶ τιμὴν πάσχομεν. Nicolaus Sturio emendabat Φάσκομεν. placet. tam fatui, ait, sumus, ut auctoramentum servitutis nostrae vocemus dotem. In sequente versu χολὴν *Iram* male vertunt: cum omnino *fel* debuissent: propter id quod subjicitur. Ἀρχειν pro ἐπιμελεῖσθαι, *curare*, posuit Alexis: quia τῶν ἀρχόντων, id est, magistratuum officium est, curam habere eorum quibus prae-sunt. sic interpretor haec, Ὡς οὐκ ἐχρῆν ἀρχουσιν, ὧν δ' ἀρχειν ἐχρῆν Ἀμελοῦσιν. etsi non displicet accipere cum Dalecampio ἀρχουσί, *instituunt, facere aggrediuntur.* Alibi dicebamus, et Graecos ἀρχεσθαι ποιεῖν pro ποιεῖν, et Latinos, *instituere agere*, pro simplici agere, solitos usurpare. Corrupti paulo post nuperus corrector hunc Amphidis versum in comparatione legitimae uxoris et amicae illegitimae. Ἡ μὲν νόμον γὰρ καταφρονοῦσ' ἔνδον μένει. prius fuit νόμῳ. doctissimi viri censuerunt esse mendosum locum. et νόμων scripserunt, et σωφρονοῦσα pro καταφρονοῦσα. frustra. rectum est νόμῳ. uxorem legitimam περιφράζει sic: ἡ νόμῳ supple γαμητή. συζευχθεῖσα. Vertendum. *Nam uxor quidem maritum negligens intus manet.* opponit delitias et illices amoris blanditias amasiae severitati legitimae conjugis. [Menandri versus ex Arrhephoro distinctione personarum recte illustravit Dalecampius. In sexto scribe. Εἰς πέλαγος αὐτόν σ' ἐμβ. pro σαυτόν. e duobus autem sequentibus versibus tres conficiebat unica voce suppleta quam verisimile est excidisse, illustrissimus Scaliger, hoc pacto:
Οὐ Λιβυκὸν οὐδ' Αἰγαῖον οὐδ' Ἰώνιον
οὐ τῶν τριάκοντα οὐκ ἀπόλλυται τρία
πλοιαρία· γῆμας δὲ οὐδὲ εἰς σέσωσθ' ὅλως.
Docta prorsus et necessaria conjectura.] Καὶ Θεόφιλος δ' ἐν Νεοπτ. superiora duo disticha Theognidis Theophilus

iste senariis quatuor eleganter expressit. *πρῶτον γένεσθαι πόλεμόν φησι δύο γυναικῶν Ὀλυμπιάδος καὶ Εὐρυδικῆς.* Significant haec verba: primum omnium bellorum extitisse cujus fuerint auctores duae mulieres Olympias et Eurydica. falsum hoc: quis dubitat? etiam si restringas ad bella propter mulieres excitata. omnino super nobis vox *πρῶτον.* et fortasse *Ἑπειρωτικόν* recte emendaverimus. suadent et mulierum harnmce nomina. Duris autem Samius unde haec historia describitur, Macedonicarum rerum historiam multis libris erat persecutus. meminit saepe Athenaeus ejus historiae. et vetus comici interpretes ad Nebulas librum decimum quintum *Μακεδονικῶν* citat. addit de Eurydica. *ἀσκηθεῖσαν τὰ πολεμικά καὶ παρὰ Κυάνη τῇ Ἰλλυρίδι.* non est *Cyana* loci nomen, ut vulerunt: sed foeminae viraginis Illyricae, quae Eurydicae pro campidoctore fuit. Sed pro *Κυάνη* melius legas, opinor *Κυάνη.* Adi sodes ad Photii Excerpta ex Arriani libris *τῶν μετὰ Ἀλέξανδρον.* Locus est pagina centesima vigesima quinta, editionis quam Augustae Vindelicorum curavit optimus doctissimusque Hoelschelius. Euripidei cantici de amore prima verba eduntur perperam. Scribo, *Παιδεύμα δ' Ἔρως (vel Ἐρωτι) σοφίας ἀρετῆς τε πλατῶν.* *στον ὑπάρχει. Καὶ προσομιλεῖν οὗτος ὁδ'.* Senarius Euripideus qui mox habetur imperfectus, nullo negotio sic potest expleri, *Ἡ μὲν δίδασκει τὰ καλὰ τοὺς βροτούς.* Ait Amorem in gymnasiis solitum *συνιδρῦσθαι Ἐρμῇ καὶ Ἡρακλεῖ.* notabunt studiosi de Cupidine: non enim passim obvium. At Mercurium et Herculem ornamenta fuisse omnium gymnasiarum, passim testantur Graeci et Marcus Tullius ad Atticum. itaque fuerunt qui unum ex duobus signum conficerent. *Hermeraclam* vocat idem Tullius.

CAPUT SECUNDUM.

Cupido Thespiensium. Erotidia festum apud eosdem. Halia Rhodiorum. Erxias scriptor. συννενημένος. Sophoclis locus exponitur et emendatur. ἔξοπτᾶν. μετρεῖν ὀφθαλμόν. πλουσιακόν κακόν. ἱππόπορος. κάττυμα. calcei egenorum. αἱ εὐανδρίαι. Sparta καλλιγύναιξ. alia quaedam.

Perperam scriptum est, *Θεσπεσιεῖς τε τὰ Ἐρωτῖδια τιμᾶσι, κατὰ Παναθηναία Ἀθηναῖοι, Ῥόδιοι τὰ Ἄλεια.*

Legendum, *Θεσπιαῖς*. Thespiae urbis in Boeotia nomen, ubi Cupido factus a Praxitele, dedicatus autem a Phryne vel Glycera colebatur. auctores Cicero, Strabo, Plutarchus, Pausanias, Sidonius Appollinaris, alii. De festo hoc sic Pausanias, ἄγουσι δὲ καὶ τῷ Ἑρωτι ἄθλα οὐ μουσικοῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀθληταῖς τιθέντες. *Halia* Rhodiorum qui putant fuisse monumentum veteris θαλαττοκρατίας, errant non enim ab ἄλς id festi nomen deducendum, sed a voce Dorica. Ἄλιος pro Ἡλῖος ut apud Plautum *Alis* pro *Elis*. Quis nescit Rhodios Solem apud se natum (ita credebant) praecipua religione coluisse? Adi Strabonem libro decimoquarto, et Aristidem in Rhodiaca. qui etiam in altera oratione qua Rhodios ad concordiam hortatur, Rhodum τὴν ἰσράν τοῦ Ἡλίου πόλιν nominat. Scribit Eustathius, fuisse apud Rhodios templum Soli sacrum; quod Ἄλειον vel Ἀλῖαιον appellabant. Noli dubitare et festos Soli dies *Halia*, [vel potius *Halīia* Ἀλῖαια.] fuisse illis nuncupatos. Thebanorum ἱερὸς λόχος pluribus expositus nobis ad Polyaeum. Ἐργίας ἐν Κολοφωνιακοῖς citatur mox: alibi quod sciam nusquam. libro octavo laudatur Ergias quidam, qui de Rhodo scripserat. fieri potest ut idem sit, corrupto aut hic aut ibi nomine. Scribe in Alexidis ecloga e *Phaedro*, ἀλλὰ συννενημένος Πανταχόθεν, ἐν ἐνὶ τύπῳ πόλλ' εἶδη φέρων. est enim, a νέω *accumulo*. unde frequens apud poetam κῆσας. et in fine. Οὐκ οἶδ' ὅ τι ἐστίν. ἀλλ' ὅμως ἔχει γέ τι τοιοῦτον. ἔγγιστ' εἰμι δὲ τοῦ ὀνόματος. Legit mox Dalecamp.

Ἦν ἥδιον ἰδεῖν ἐστὶν ἢ τὸ θωρηκὸν αἰτοῦσιν ὑμῖν διανέμειν ἐκάστοτε.

non displicet lectio: interpretatio displicet: nam *θωρηκὸν* est pecunia quae publice dividebatur, ut haberent tenuiores unde lucar penderent. Videtur poeta secisse p. 864. haec loqui ipsum Atheniensem populum. Reperi in quibusdam libris scriptum aliquanto post, καὶ ὁ Ἀριστοτέλης δ' ἔφη τῶν Ῥητορικῶν πρώτῳ, τοὺς ἀραστάς, etc. sed non dubium ex ora libri irrepsisse illa τῶν Ῥητορ. πρ. cum fuissent adnotata ad sequentia haec, ἐν οἷς τὴν αἰδῶ πατοικεῖν. Extant enim in Rhetoricis similia istis quaedam: ubi ait philosophus, ὅθεν ἡ παροιμία τὸ ἐν ὀφθαλμοῖς εἶναι αἰδῶ. διὰ τοῦτο τοὺς αἰεὶ παρεσμένους μᾶλλον κίσχονται, καὶ τοὺς προσέχοντας αὐτοῖς, διὰ τὸ εἶναι ἐν ὀφθαλμοῖς ἀμφοτέρω. non est tamen hic locus in primo, sed in secundo libro. Vide etiam in *Problematis*

eiusdem Sophi. Proximus Sophoclis locus, ex Hippodamia tragoedia est, nisi fallor. is ita habet.

Τοιάνδ' ἐν ὄψει ἰυγγα θηρατρῶν
ἔρωτος ἀστραπὴν τιν' ὀμμάτων ἔχει.
εἴθ' ἄλλεται μὲν αὐτός, ἐξοπτᾷ δέ με
ἴσον μετρῶν ὀφθαλμὸν ὥστε, τέκτονος παρὰ
σταθμὴν ἰόντος ὀρθοῦται κανών.

Loquitur, ut monemur ab Athenaeo, Hippodamia de Pelopis erga se amore. Pelops, inquit: ita fixos in me oculorum radios, amoris illices habet, ut quamvis in currum insiliens, eique insistens citis rotis agitato, nihilo tamen minus rectis oculis me semper intueatur. Aspicere rectis oculis et immotis, eorum est qui gratissimae alicujus rei spectaculo fruuntur. Poeta ὀρθοῦς ὀφθαλμοῦς qui dicuntur in proverbio periphrasi extulit: quae depravando huic loco fuit. nam legendum, ὥσπερ τέκτονος Σταθμὴν ἰόντος ὀρθοῦται κανών. Verbum ἐξοπτᾷ accipit Dalecamp. pro ὀρᾷ cernit. sane etiam λινοπτᾷν est *retia servare*: unde λινοπτῶμενος in Aristophanis Equitibus potest verti, *urit me* aspectu suo. μετρῶν ὀφθαλμὸν poetice dictum pro radios oculi aliquo intendere, sicut linea qua aliquid mensuratur. quare pergens in eadem translatione, comparat hos radios lineae perpendiculari, quam facit materiarius sabinus demissa norma vel amussi. Quod autem τὸ ἔρᾶν ἀπὸ τοῦ ὀρᾶν γίνεσθαι, passim testantur poetae, ἔρωτικῶς: quorum testimoniis superfedeo.

Τούτων ἔχει τι θάττερον. Tolle interrogationem, et transfer in finem praecedentis versus. Vides ne aliquem resnatum aut rasum? hic duorum asterum habet: illa duo sequentibus verbis explicantur. vel ignavus est, inquit, et qui militiae nihil faciat pro viro forti, cujus iudicium est barba: vel divitum morbo laborat, id est, mollis et impudicus est, ac virum quaerit. Scribe, Ἡ πλουσιακὸν τι τούτῳ προσπίπτει κανόν. τί ἐστὶν ὁ ἱππόπορνος, νῦν δ' εὐρηκέναι. Jocatur Diogenes: quasi ἱππόπορνος vulgo diceretur *equus moechus*. quod falsum est. nam in hac voce τὸ ἵππος significationem solum augeat, et magnum sinpratorem designat: ut in ἱππομάραθρον, ἱππολάπαθρον, et similib. sic βοῦς in βουπόνηρος aliisque. καὶ τῶν ἤχων ἐμπίπλυνται ὧτα, καττ. Distingue ac lege, εὐρίσκεσθε ἐπὶ ταῖς τῆς Φιλαργυρίας θύραις, ἑυπαρῶς ζῶντες, καὶ τριβωνάρια περιβαλλόμενοι μικρά. καὶ τῶν ἤχων ἐμπίπλυνται ὧτα, καττύματα καὶ κινάδους καλοῦντες, etc. Vos stoaces miseri non solum sordide et squalide vivitis: p. 865.

verum etiam, si quos videritis elegantiae studiosiores, convitiis illos proscinditis, καττύματα et cinaedos appellantes. τῶν ἡχῶν ὧτα ἐμπίπλασθε, sonis aureis impletis, dixit pro assidue clamatis. Κάττυμα, proprie est solea quae calciamento suppacta usu teritur: hic est convivium in hominem pathicam, et ut veteres locuti sunt, officiosum, sic prorsus apud Latinos scortum, ἀπὸ τοῦ σκύτους, id est, corio. Haec scripseramus cum inspectis diligentius antiquae manus libris, reperi ἡλῶν pro ἡχῶν. neque ὧτα, sed ὁ τά. quae lectio sententiam diversam suggerit nobis, oppido elegantem. Scribendum, καὶ τῶν ἡλῶν ἐμπίπλασθε τὰ καττύματα, κιν. id est, clavis calceorum soleas impletis. rñsicitatis et sordium argumentum, clavis sup- pactos calceos gestare. qua de re ad Theophrasti Cha- racteres multa. καὶ γὰρ ἐν ταῖς εὐανδρίαις τοὺς καλλίστους ἐκκρίνουσι. Dalecamp. nam quibus in civita- tibus magnus est virorum bonorum fortium ac bellico- rum numerus, pulcherrimos feligunt. non est negan- dum τὸ εὐανδρεῖν hoc significare: hic tamen locus aliter sine dubio est exponendus. εὐανδρίας appellat selectos juvenes ex omni pube, ad ritus religionis obeundos. declarat cum addit, καὶ τούτους πρωτοφορεῖν ἐπιτρέπουσι. neque enim πρωτοφορεῖν est obtinere primas: sed pri- mum, vel inter primos ferre aliquid. puta thyrsam, vel vannum, vel cistam, vel cernum, aut simile aliud: cum pompa ducitur thyrsophororum, aut licnophororum, aut cernophororum. Favet huic interpretationi Hesychius, qui εὐανδρίαν exponit πλήθας νέων. [Aristeas, scriptor vetustissimus τῶν πόλεων ὅσαι μέγας ἔχουσαι, καὶ τὴν ἀκόλουθον εὐδαιμονίαν, ταύταις συμβέβηκεν εὐανδρεῖν. hic εὐανδρεῖν significat florere πλήθει νέων, ut ait Hesychius: id est, validas et elegantis juventutis, aut etiam simpli- citer, copia virorum. Aliquando εὐανδρία est ipsa forti- tudo, et robur virile, ut in illo Carcini. οὐδαὶς ῥάθυμος εὐκλεῆς ἀνὴρ. Ἄλλ' οἱ πόνοι τέκνους τὴν εὐανδρίαν. Hoc vero loco errorem aliter accipientium, quam ut sumus interpretati] palam faciunt sequentia verba, τῷ πρώτῳ τὰ τοῦ θεοῦ φέρειν τάχῃ δίδοται. Quod autem antiqui- tus spectata sit forma in ephebis iis, qui ad sacrificiorum ludorumve ceremonias adhibebantur, certa et nota res est. Atque eo referenda moneo Ciceronis verba De na- tura deorum lib. 1. Est enim vis tanta naturae, ut nemo velit nisi hominis similis esse. et quidem formica formicae. Sed tamen cujus hominis? quotus

*enim quisque formosus est? Athenis cum essem e gre-
gibus epheborum vix singuli reperiebantur. Cum autem
ait, ὁ δὲ τρίτος τὰς θυηλὰς ἐτίθει, vertendum erat,
tertius liba et fruges falsas hostiae imponit. morem
hunc exposuimus fuisse ad Theophrastum, capite περὶ μι-
κρολογίας. interpretum insulae, vittae, coronae, nihil
ad Bacchum. Spartanas foeminas a forma fuisse com-
mendatas indicant illa, καλλίστας γεννώσας τῆς Σπάρτης
τὰς γυναῖκας. fidem facit huic dicto vetus oraculum,
Ἴππον Θετταλικὴν, Λακεδαιμονίην δὲ γυναῖκα. ideo Spar-
tam καλλιγύναικα nuncupant poetae. Discipulus Phae-
lita quem suus praeceptor Aristoteles deperisse dicitur, p. 866.
Theodectes, opinor est, non alius. sed mirum, hunc
potius quam Hermiam Atarnensem in medium esse pro-
ductum.*

*Καὶ ὁ Κύνουλκος, ταύτῃ καὶ τοιμᾶς οὐ
λέγειν οὐ ροδοδάκτυλος οὖσα κατὰ τὸν Κρατῖνον, ἀλλὰ
βολίτινον ἔχων θάτερον σκέλος. MSS. ταῦτα καὶ τ. Cra-
tini nomen restitutum hic ex antiquis: alii Καρυῖνον.
Etsi non extat integer poetae locus ad quem alluditur:
tamen non dubitamus descriptam his verbis Ἀλλοῦ Εὐ-
πυσάμ. hoc enim docuit nos Ἀριστοφάνης: qui alienis
verbis, ut saepe solet. sic loquitur in Ranis.*

*Δι. Ἐμποῦσα τοίνυν γ' ἐστί. Εὐν. πύρι γοῦν λῶαπεται
ἅπαν τὸ πρόσωπον, καὶ σκέλος χαλκοῦν ἔχει.*

*Δι. Νῆ τὸν Ποσειδῶ, καὶ βολίτινον θάτερον.
ἐκείνου τοῦ ὁρανοῦ μοι ποιητοῦ τὴν μνήμην Φορῶν. Eius
quidam poeta comicus Atheniensis. Myrtilus: sed de eo
non loquitur Cynulcus: verum de alio qui ea vetate in-
sordibus et paedore vitam degebat. nam ait διαγῆται.
aut legendum διγῆται. quia dicit μνήμην Φορῶν.*

CAPUT TERTIUM.

*Timoclei dramatis titulus correctus apud Athenaeum
et Harpocrationem. ἐπικαίρω, ἐπὶ κέρως, et
ἐπισχερῶ sive ἐνσχερῶ. Pindari locus correctus.
νόσοι, vitia. πατρίδιον et ἀπφάριον. Προν. ἐν
τῇ χειρὶ τὴν ψυχὴν ἔχειν. ἐμπορεύεσθαι γυναῖ-
κας. Laidis patria incerta. item alia nonnulla.*

*ΛΑΧΑΝΟΝ τι τρώγων ὤκιμον δισφθάρην. vescens ocimo
olere sum corruptus. sermo est figuratus. intelligit con-
suetudinem quam habuit cum Ocimo scorto. vel lectio-*

nem fabulae spurcidicae cujusdam, cui fuerat nomen inditum Ocimo ab illa nobili meretrice. hanc interpretationem sequentia nonnihil adjuvant. ὁ τῶν Κορινθίων σοφιστής. Dalecampius *rerum Corinthiarum sophista*. melius, *qui Corinthi sophistam egisti*. Sophistam vocabat aetas illa, qui acroases apud discipulos de eloquentia aut literis humanioribus haberent. horum respiciens paulo post Myrtilus, ἀρχαίμενος ἀπὸ τῆς καλῆς Κορίνθου, ἐπειδὴ μοι τὴν αὐτόθι σοφιστείαν ἀνείδισας.

καὶ ἄλλα δὲ πολλὰ ὧν αἰδ. . . . δράματα. Sic erat in MSS. Prius editum, ὧ ναιδές. Legi potest, πολλὰ τῶν ἀρχαίων δράματα. vel πολλὰ ὧν αἰδοῦμαι τὰ ὀνόματα λέγειν, dr. lis autem fabulis quae exempli gratia profert, multae addi possunt: ut Alexidis *Polyclea*, de qua libro decimo quarto Antiphanis *Archestrata*, et cum ejusdem tum etiam Alexidis *Antea*. Timoclis *Neaera*.

aliae. Καὶ ἐν τῷ ἐπιγραφουμένῳ Δορσεὺς ταυτοκλείδης. Harpocraton de Parabyssio Atheniensium foro loquens: μνημονεύουσι δ' αὐτοῦ ἄλλοι τε τῶν πωμικῶν, καὶ Τιμοκλῆς ἐν Ὀρσεταντοκλεί. Constat liquido de eadem fabula loqui utrumque, quare non potest, quin alterius horum corrupta sint exemplaria: imo ut equidem judico utrius-

p. 867. que. Alibi quod sciam aut meminerim, non invenies nominatam hanc fabulam. MSS. ab edita lectione nihil demutant. Sola est in subsidium relicta ingenii conjectura. Susplicamur scripsisse Athenaeum Καὶ ἐν τῷ ε. δ' Ὀρσεταυτοκλείδης. exagitabatur hac fabula sceleratus quidam Atheniensis, quem poeta vocat *Orestautoclidem*, ceu conflatum monstrum ex Orestis et Autoclidis vitiis. Orestis notum patricidium. Autoclidides infano puerorum amore vulgo infamis. Harpocraton, *Αὐτοκλείδης καὶ Θέρσανδρος ὡς παιδερασταὶ σφοδροὶ διςσύροντο*. Ita emendabis et in superiore Harpocratonis loco. Atque haec videtur esse Timoclis fabula quam simplici nomine Suidas *Orestem* vocat. τ' ἄλλα αὐταῖς περίεργα γίνεσται.

Lege ut apud Clementem Alexandrinum, Πρῶτον μὲν γὰρ εἰς τὸ κέρδος καὶ τὸ συλᾶν τοὺς πέλους Πάντα τ' ἄλλα αὐταῖς πάρεργα γίνεσται. Φελλὸς ἐν ταῖς καυκίσιν Ἐγκεκάρτυται. In Excerptis *βαυκίσι*. ita scribe. In iisdem non legitur pars illa tota hujus ῥήσεως, quae mulierum artificium declarat celandae ventris amplitudini. Scias jam tum sic depravata Athenaei exemplaria, ut putaverit satius eruditus ille vir aliquot versus ita praetermittere, quam operam ludere exscribendo quae

non intelligeret. nec multo melius apud Clementem Alex. haec scripta invenias. Paedagogi, lib. 3. cap. secundo. Quaesivimus tamen nos diligentissime de poetae mente, in nostris de re vestiaria commentariis. Eo te lector rejicere fas et jus esto nobis. Quod si spes humanae nos non frustrantur, ne nos quidem tuam expectationem σὺν Θεῷ εἰπεῖν frustrabimur. Legebatur mox, τοῦ κρηπιδοποιου πρὸς οὐ πολλά σε σφρονίσαντος καὶ διδάξαντος σκύτῃ βλέπειν. non difficili ad corrigendum mendo. quis enim non videat πρὸς loco πατρὸς esse scriptum, ut fere semper in manu exaratis? Ante annos 30. de hoc errore monuerat eruditissimus vir Henricus Stephanus in Appendice sua ad Erasmi Chiliades. Studiosi inde petant totius istius loci interpretationem. nam interpretes excusari non potest, qui recte praeuntem virum doctum sequi noluit.

Πῶλους Κύπριδος ἐξησκημένας. Deest verbum fulciendo versui necessarium puta, Π. Φιλομήδους Κυπρ. vel χρυσῆς τε Κυπρ. Γυμνάς ἐφεξῆς ἐπικαίρως τεταγμένας. Aldi editio et scripti quidam ἐπικέρως. pro ἐπὶ κέρως. cui lectioni suffragatur lex metri. sed ἐπικαίρως omnes membranae meliores, etiam Excerpta, cum hic tum in sequentibus aliquot locis. ea vox idem significat cum ἐφεξῆς. Suidas, ἐπικαίρως παραπλέοντας, τουτέστι μίαν κατακολουθοῦσαν τῇ ἐτέρᾳ. Suadet tamen lex metri, ut ἐπὶ κέρως potius scribamus, aut ἐπισχερῶ, quod est continua serie, ἐχομένως, et κατὰ τάξιν. elegans Homeri vox et aliorum poetarum. Pindarus non ἐπισχερῶ, sed ἐνσχερῶ dicere solet ut oda sexta Ilihmionicarum, μυρία δ' ἔργων καλῶν τέτμηνθ' ἑκατόμπεδοι ἐνσχερῶ κέλευθοι. Restitue hanc dictionem oda ultima Nemeonicarum, et scribe, ἐνσχερῶ δ' οὗτ' ὦν μέλαιναι καρπὸν ἔδωκαν ἄρουραι. id est, arua non ferunt fructus continuos: sed per intervalla, et ut statim addit poeta, ἐν p. 868. ἀμείβοντι, alternis. Sexto versu scrib. Παρ' ὧν βεβαίως ἀτφαλῶς ἔξιστί σοι: non παρῶν. Καὶ μὴ λαθραίαν Κύπριν αἰσχίστην ὅσων Πασῶν διώκειν. Lego, αἰσχίστην νόσων Πατῶν. omnia vitia Graeci vocant νόσους. alibi dicitur Euripidi ἡ γλωσσαλγία αἰσχίστη νόσος. Postremi duo versus hujus ῥήσεως quomodo praecedentibus cohaereant non video. Πατρίδια, τοὺς δ' ἀτφάρια τοὺς νεωτέρους. Eustathius postquam docuit nomen πατρὶς non esse diminutivum aut ὑποκοριστικόν, addit, Τὸ μέντοι παρὰ τοῖς ὕστερον πατρίδιον, Φανερώς ὑποκορίζει καμικώτερον. οἶον, αὗται, ἡγουν αἱ ἐταιρίδες, βιάζονται εἰσελ-

eligere ipsa maluit quam fateri patriam. Corinthiam vulgo appellarunt, quia Corinthum illa sibi patriam elegerat. Fuere qui Pancarpiae in Phrygia natam dicerent: plerique aut Hyccaris, aut Craſti: quae erant Siciliae oppida. quidam Himerae, ut conjicimus ex hoc loco.

CAPUT QUARTUM.

Metagenis fabula Aurae vel Mammacythus. Aristagoras. Menandri Παρακαταθήκη. Pollucis locus. Eufchemus poeta parum notus. Oscula passerina.
 p. 870. *Veneris Samiae cognomina. ἐπὶ τοῖς ἱεροῖς παρῆναι. εὐνῆς μαλακώτερον.*

ΚΑΤΑ τὰς Μεταγένους Αὔρας, ἢ τὸν Ἀρισταγόρου Μαμήκουθον. Haec lectio duos poetas Metagenem et Aristagoram, itemque dramata duo *Auras* et *Mamecythum* sive *Mammacuthum* nobis prodit. sed istum Aristagoram unde repente prodiisse poetam, existimabimus? nam veterum, opinor, nemo hujus meminit, ne Suidas quidem. Praeterea *Mammacuthum* Epigenis fabulam fuisse, ex libro octavo et Suida constat satis. certum etiam, idem Epigenis drama duplici nomine *Auras* aut *Mamacuthum* fuisse inscriptum. vide libro octavo, capite 14. Faciunt ista, ut suspecta illa habeam τὸν Ἀρισταγόρου. atque adeo aut inducenda sunt, meo judicio: aut in aliam sententiam concinnanda. Solebant comici emendatis a se fabulis nomen novum imponere. exempli gratia: Diphilei dramatis quod erat inscriptum *Haeresiticheus*, ἢ διασκευῇ nomen habuit *Eunuchus* aut *Miles*. Puto idem uluvenisse in hac fabula Epigenis. poeta cum illam primum edidit, Αὔρας inscripsit: cum eandem recentavit, titulum fecit, Ἀρισταγόρας ἢ Μαμαμάκουθος. Haec nos ita divinamus. qui aliquid probabilius exegitaverit, is esto μάντις ἄριστος. Interea legemus hic, κατὰ τὰς Μεταγένους Αὔρας, ἢ Ἀρισταγόραν ἢ Μαμάκουθον. Μένανδρος ἐν Παρακαταθήκῃ. Menandreae hujus meminit Pollux libro nono. proferam ejus verba, non alio fine nisi ut obiter emendem. Τὸ δὲ χρυσίον ὅτι τοῦ ἀργυρίου δεκαπλάσιον ἦν, σαφῶς ἂν τις ἐκ τῆς Μενάνδρου Παρακαταθήκης μάθῃ. προσιπᾶν γάρ, Ὀλκην ταλάντου χρυσίου σοὶ παιδίον ἔστηκα τηρῶν ἐπάγει μετὰ ταῦτα περὶ

τοῦ αὐτοῦ λέγων, Μακάριος ἐκεῖνος, δεκατάλαντον κατα-
 Φαγών. etiam Harpocratio eandem nominat: item Hesychius: cujus verba in libris editis perperam scripta, ita restitue, ὉΦεῖς τὰ δρακοντώδη γινόμενα ψέλλια Μέναν-
 δρος ἐν Παρακαταθήκῃ τοὺς ὄφεις λέγει. Καλοὺς γέ μοι
 ἡγόρασας ὄφεις. Πεποιήκατ' ἔργον οὐχ ἑταίρων. ταῦτα
 δ' ὄντα γράμματα. Versus hic non est versus: super-
 sunt enim legitimae mensurae nonnulla. Sine dubio hic
 quoque solennia peccarunt librarii, et genus mendae
 commissum est de quo dicebamus libro 11. capite quarto.
 Lege igitur,

Πεποιήκατ' ἔργον οὐχ ἑταίρων νῆ Δία,
 μᾶλλον δ' ἑταίρων ταῦτα δ' ὄντα γράμματα
 τὴν προσαγόρευσιν οὐ σφόδρ' εὐσημον ποιεῖ.

Ita aperte quod Athenaeus ait, ἀπὸ τῶν ἑταίρων τοὺς
 ἑταίρους διαστέλλει. appellat προσαγόρευσιν οὐκ εὐσημον,
 parum honestum ἑταίρων, id est, *meretricium* nomen.

Περὶ δὲ τῶν ἑταίρων Εὐσχημος ἐν Ἐμπολῇ τὰδε Φησί.
 extremo libro octavo descriptus est hic idem locus, sub
 Ehippi comici nomine, non *Eufchemi*. An igitur hic
 quoque sic legemus? non videtur de eo dubitandum.
 Suidas tamen legit ut nos hodie Εὐσχημος. sed non se-
 mel depravati codices illi grammatico fraudi fuerunt.
δὴν καὶ σχολήν. plano huic pro negotio erat otium.
 Proxima et obscura sunt, et ut puto corrupta. Reperi
 in Excerptis non *μέλλων ὑπὸ τοῦ δημοῦ σφάττεσθαι,*
 sed *ὑπὸ τοῦ Δημητρίου.* male notatus accentus hanc lec-
 tionem peperit. nam si acutus paululum productior in-
 clinetur, hoc modo, *δημιός*, ipsissimum fuerit vocis *Δη-*
μήτριος compendium, quo nihil frequentius in membranis.

CAPUT SECUNDUM.

Κακότης. ὀλοσιαλοκάλαμος et ὀλεσιαυλοκάλαμος.
Διβίς αὐλός. Sirites auctor τῆς αὐλητικῆς.
αὐλήσεις μοδι τιβίτες. Comus et tetracomus.
μέλος et αὐλησις confunduntur. ficinnis, ficin-
notyrbe. κνισμός et κνησμός. multa emendata.

POSTREMA sunt verba eclogae Melanippideae, de Mi-
 nerva tibias projiciente: *ἔρρετε αἶσχα αἰσμάτι λύμα.*
ἐμὲ δ' ἐγὼ κακότητι δίδωμι; ita scribendum cum inter-
 rogatione. *egone animum applicem rei turpi? κακότητα*
appellat τὴν ἀσχημοσύνην, indecoram vultus compositio-
 nem tibias infantium. Clemens Alexandrinus Paedagog.
 libro secundo, *προνοητέον δὲ μάλιστα τῆς ἀσχημοσύνης*
ἢ καὶ τὴν Ἀθηναίων φησὶν ὁ μῦθος. ἥτις ποτε ἦν, προ-
μηθουμένην αὐτῆς, τῶν αὐλῶν ἐπιβρίψαι τὸ ἐπιτερεπές,

διὰ τὸ ἀπρεπὲς τῆς ὀψευς. Corrupta sunt paulo post ista, αἱ γὰρ παρθεναὶ ἀγανὸν καὶ ἄπαιδ' ἀπένειμε Κλωθῶ. Lego, καὶ γὰρ παρθεναὶ ἄγαμον καὶ ἄπ. Et mox, σὺν ἀγλαῶν + κυτᾶτι χειρῶν κόμψω + δέ. Scribo, σὺν ἀγλαῶν ὠκυτᾶτι χειρῶν κομψῶ γς. In hyporchemate Pratinae legunt et veteres, οἳά τε κύκνον ἄγοντα. opinor, pro ἄδοντα. nam cygni non ἄγουσι μέλος, neque docunt choreas: sed ἄδουσι canunt. Postea scribe cum Dalecamp. ὁ δ' αὐλὸς ὕστερον χορευέτω. ex superioribus Athenaei verbis et Excerptis. At pro depravatissimis hisce, κατὰς + ἐπιστραῖς βασιλεια: censeo legi posse sublato, uncto a fine superioris vocis ἀοιδᾶν, hoc modo: σοῖς ἐπὶ ἱεροῖς βασιλεια. In Epit. scribitur statim, Θηρομάχαισι τε πυγμαχίαισι νέων θέα. prima dictio Θηρομάχοις scribatur melius. Nulli pretii vox est quae sequitur, Φλόγς τὸν ὀλοσιαλο p. 890. κάλαμον. mutato spiritu vox Graeca fuerit, non inelegans: qua significaverit poeta tibiam nihil esse aliud nisi arundinem sputo plenum. vel ita scribe, ὀλοσιαυλοκάλαμον. Ephippi *Emrolam* qui mutant in Ἐμπορον castigandi non laudandi sunt. exposuimus pridem ad Suetonium. Prima ejus verba ita scribe,

— κοινὴ γὰρ ὁ μεिरάκιον
ἢ ὃν τοῖσιν αὐλοῖς μουσική.

Quid sit *συναυλία* habes apud Pollucem et in scholiis comici initio Equitum. Eustath. Athenaei super ea re verba describit ad Ἰλιαδ. Φ. Antiphanis sequens ecloga, merum Angiae stabulum. expectandus νέος Ἡρακλῆς. interea videamus an postrema sic possint emendari:

Ἡδυντικὸν μάλ' ἐστὶ, νοῦ χωρὶς πάλῃ
συννευμάτων προβλήμαθ' οἷς συμβαίνεται
ἕκαστα.

tantum hic video: caetera relinquo τοῖς ὀξυδαρκαστέροις. Ait, Λιβὺν δὲ τὸν αὐλὸν προσαγορεύουσιν οἱ ποιηταί. Euripides Hercule furente, παρὰ τε χέλυος ἐπτατόνου Μολπὰν καὶ Λιβὺν αὐλόν. Σειρίτης, inquit, δοκεῖ πρῶτος εὐρεῖν τὴν αὐλητικὴν. Tibias Phryges invenerunt Olympus et Marfyas. Plinius et Clemens Alexandrinus. *Sirites* hic, non tibias reperit, sed viam excogitavit inflandi arte tibias. Adi ad Julium Pollucem libro quarto, capite 10. Atque hic *Sirites* κατηύλητς τὰ μητρῶα πρῶτοι, id est, *primus ad matris deum sacra tibiam adhibuit*. Αὐλίσσις quarum species et nomina deinceps enumerantur, *modos tibiales* dicam potius quam *cantiones tibiales*. etsi scio αὐλίσιν Latinis dici, *canere tibiis*, et αὐλησιν,

Caelio Aureliano *cantionem tibiarum*. Sed ea interpretatio confundit discrimen quod est inter ὠδὴν, sonum humanae vocis, et αὐλησιν, quae tibiarum inflatu editur. Erant autem tibiales modi pro diversitate argumenti, diversi. Κῶμος est ille tibiarum inflandarum modus quo utebantur quando ibant comessatum: qua de re multa observamus alibi. Idem sentiendum de caeteris αὐλήσεων appellationibus. De *gingra* dictum est libro quarto. Hesychius, Γίγγρος αὐλημά τι, ὅπερ ἄνιοι γίγγρον. scribe, γίγγραν. De *tetracomo* audiamus veteres potius quam interpretem. τετράκωμος, (verba Hesych. μέλος τι σὺν ὀρχήσει πεποιημένον, εἰς Ἑρακλέα ἐπινίκιον. ἐκαλεῖτο δὲ τέσσαρας κῶμοι. appellat μέλος quam noster αὐλησιν: quia miscebatur in tetracomo cantus cum tibiis. Similiter πολεμικὸν Athenaeus inter αὐλήματα recenset. Hesychius vocat μέλος: utrumque recte. Eadem ratione ἡδυνκωμος Athenaeo est αὐλησις. Hesychio γένος ὠδῆς. et *mothon* ei grammatico est saltationis genus: modus tibialis cum saltatione cani solitus. et ut redeamus unde sumus digressi, τετράκωμος a Polluce inter saltationis species refertur, sicut et κνισμός et μόθων. Unde autem dictus sit tetracomus quaerit Pollux eodem loco. ἘπιΦαλλος in Excerptis est ἐπιΦαυλος: sic mox in iisdem Φαυλοφόροι scriptum pro Φαλλοφόροι. Eustathius ἐπιΦαλλος. recte. non est obscura nominis ratio. Χορεῖος, apud Hesychium p. 891. est χορεῖον αὐλημά τι. At καλλίνικος eidem saltationis nomen est. Jungebantur nempe tibiae cum saltatione. Sic ille, καλλίνικος, εἶδος ὀρχήσεως ἐπὶ τῇ τοῦ Κερβέρου ἀναγωγῇ. Fuit *sicinnis* genus cantionis et saltationis, atque ut puto etiam αὐλήσεως, pyrrichae adfinis: militum nempe et σύντονος. *Sicinnotyrbē* quae hic recensetur inter αὐλήσεις, quid distaret a *sicinne* parum explicant veteres. erat fortasse non militaris αὐλησις, sed in circulis et stationibus coactae hominum turbae usurpari solita. Species est aut pars comi tibialis ille modus qui hic dicitur, θυροκοτικὸν καὶ κρουσιθυρον. Nam comissatores inverecundi, cum incaluerant vehementius, foies pulsabant, tibias simul inflantes convenienter ei quod agebant. Ejusdem argumenti sed remissior modus est, παρακλαυσίθυρον. Qui est κνισμός in nostris libris, apud Eustathium κνησμός per η. sed Hesychius, Κνισμός, μέλος τι κνισμῷ αὐλούμενον. De Mothone consule comici veterem interpretem.

CAPUT TERTIUM.

Explicantur veterum cantionum appellationes aliquot.
ἰμαῖος, ἐπανταῖος, ἐπιμύλιος. ἰμαλῖς et νόστος.
Εὐνόστος. ἔλινος, sive αἰλινος. ἀμύλλαι, ἴουλοι.
Ceres Chloa. οὔλον ἴσι. Nutricum naeniae. Pol-
lux emendatur. ἐώρα, pro αἰώρα. lityersa, τὸ
πιστικόν. Nicocharis Hercules Choragus. οὔ-
πιγγοί. horcus. Cassander rex et criticus. alia
non pauca.

DEINCEPS enumerantur ὧς ὀνομασίαι, appellationes cantus variae. Prima est, *ἰμαῖος ἢ ἐπιμύλιος καλουμένη*, ἣν κατὰ τοὺς ἀλέτους ᾄδον. eadem cantio et *ἐπανταῖος* dicta, et *ἐπινόστος*, auctore Hesychio. si scriberemus *ἐπαντλαῖος*, esset eadem fere nominis ratio, ac τοῦ *ἰμαῖος*. nam *ἰμαῖν* est *ἀντλεῖν*. etsi videtur Athenaeus noluisse vocem *ἰμαῖος* inde esse derivatam. Manifesta etiam sit ratio, si *ἐπακταῖος* scriberemus: ab ea quae dicitur poetis *ἀκτὴ* Cerealis, id est, farina. Exemplum *ἐπιμύλιου* sive molaris cantilenae extat apud Plutarchum in Convivio sapientum, hoc. *Ἄλει μύλα ἄλει. καὶ γὰρ Πιττακὸς αἰεῖ μεγάλας Μιτυλάνας βασιλεύων.* Sunt auctores qui *himaeam* cantilenam propriam scribant fuisse aquam haurientibus, quod Graeci dicunt *ἰμαῖν*. Callimachus, *Ἄλδσι καὶ πού τις ἀνὴρ ὕδατηγὸς ἰμαῖον.* Aristophanes in Ranis vocat *ἰμονιοστρόφων μέλη*. Subjicit Athenaeus, *ἴσως ἀπὸ τῆς ἰμαλῖδος. ἰμαλῖς δ' ἐστὶ κατὰ Δωριεῦσιν ὁ νόστος, καὶ τὰ ἐπιμύτρα τῶν ἀλετῶν.* Falluntur eruditi viri qui νόστος hic in ea significatione accipiunt, quam vulgo apud Homerum habet et alios, pro *reditus in patriam*. Eustathius postquam Athenaei hunc locum descripsit, sic vocem explicat: *λέγει δὲ νόστον ὁ ῥήτωρ ἐνταῦθα οὐ τὸν Ὀμηρικὸν καὶ συνήθη, ἀλλὰ τινα θαύμονα ἐπιμύλιον ἐφορον τῶν ἀλετῶν, ὃς καὶ Εὐνόστος ἐλέγετο, οὗ παρώνυμον νόστιμον.* id est, *Significat νόστος in hoc Athenaei loco, non quod apud Homerum et vulgo, sed molarem quemdam deum, molitoribus praefectum, qui et Eunostus dicitur: inde est νόστιμον, haec Eustathius. sed de voce νόστιμον quod ait, recte accipe: nam apud poetam νόστιμον ἤμαρ, nihil ad hanc dictionis νόστος significationem.*

sed significat et *καρποφόρον*, ut explicant veteres. Est et *Himalis* inter Cereris cognomina, ut *Sito*. vide libro decimo. Pro *ἐπίμετρα τῶν ἀλεσῶν*, legitur apud Helychium, *τῶν ἀλεύρων* id est, *qui efficit ut farinae mensura sit cumulatā*. Telam texentium cantilena *ἄλινος* in omnibus Athenaei codicibus nuncupatur. sed melius in Epit. *αἴλινος*. Cave autem confundas *αἴλινον* cujus hic ex Epicharmo fit mentio, cum aliorum scriptorum aelino. nam illi aelino nihil commune cum textoribus: sed trilis cujusdam cantilenae est nomen, ut in versu intercalari apud Aeschylum Agamemnone: *αἴλινον εἰπέ· τὸ δ' εὖ νικάτω*. Eustath. de *lino* et *aelino* cantilenis disputans, ἡ μὲν τοι, ait, ἐξ Ἐπιχάρμου χρῆσις ἐθέλουσα τὸν αἴλινον ᾠδὴν τῶν ἱστουργούντων εἶναι, οὐ τὸν Ἄλινον τὸ κύριον ἀγασθῆναι τῷ αἰλίνῳ βούλεται, ἀλλὰ τὸ λίνον. Ait, τὰ δράγματα τῶν κριθῶν αὐτὰ κατ' αὐτὰ προσηγόρευον, ἀμάλας. alii scribunt ἀμάλλας. inde ἀμυλλοδατῆρες apud Homerum et Theocritum. utraque γραφὴ in optimis libris. Sequitur, *συναθροισθέντα δὲ καὶ ἐκ πολλῶν μίαν γασόμενα δέσμην, οὔλους καὶ ἰούλους*. appellarunt οὔλους tanquam ὄλους: nam ex pluribus manipulis fiebat unus οὔλος: vel a torto vimine quo constringebatur: nam οὔλον est τὸ συνεστραμμένον. id vinculum veteres ἀμάλλιον, posteriores οὔλοστον dixerunt. At ἰουλοι appellati falces isti, inquit Eustathius, πρὸς ὁμοιότητα Ἰωως, ἣ τοῦ κατὰ τὴν ἡβην ἰούλου ἐν τοῖς προσώποις, ἣ τοῦ πολυπόδος ζώφλου· ἣ διὰ τὸ λέναι εἰς ὀλόγητα. In totum quae simbratis similia sunt, ἰουλοι Graecis dicuntur. Cererem, inquit, vocabant ἐπεὶ μὲν Χλόην, ὅτε δὲ Ἰουλῶ. *Chloae* cognomine colebatur in Attico agro, ubi fuisse scribit Pausanias *Δήμητρος ἱερὸν Χλόης*. idem scriptor cupientem scire ejus cognominis causam, ad sacerdotes rejicit: quae tamen magis est anceps quam obscura. Eupolis *Marica*. Ἄλλ' εὐθὺ πόλεις εἶμι· θῦσαι γάρ με δεῖ Κριὸν Χλόη Δήμητρι. Sophocles Oedipo Coloneo, Τῷ δ' εὐχλόου Δήμητρος εἰς ἐπόψιον Πάγον μολοῦσαι. Multa ibi scholiastes. Lego ut orationi consulam et veritati; οἱ αὐτοὶ καὶ δημητριούλοι, καὶ καλλίουλοι. καὶ πλεῖστον οὔλον οὔλον ἴει, οὔλον ἴει. antiquum erat verbum *ἴειω*: cujus postea locum obtinuit ἴημι. Cum paulo ante dixerit esse *iulum* τῶν *ταλασιουργῶν*, deinde ex aliorum sententia manipulorum victoribus attribuisse, repetit postea id quod prius dixerat, ἄλλοι δὲ Φασὶν ἐριουργῶν εἶναι τὴν ᾠδὴν: iulum nempe. De nutricularum naeniis quae hic nominantur

καταβαυκαλήσεις, dictum adfatim ad Theophrasteas Notationes morum, capite *περὶ λαλιᾶς*. Quintilianus libro primo, capite decimo. *Chrysippus etiam nutricum quae adhibentur infantibus, allectationi, suum quoddam carmen assignat.* Positum est *σ* pro *αι* cum additur, ἦν δὲ καὶ ἐπὶ ταῖς ἑώραις τις ἐπ' Ἡριγόνῃ. uam αἰώρας intel- ligit. multa ita scripta in Glossographorum. at in Pollucis p. 893. libris ἄσμα ταῖς ὥραις προσάδμενον. male. Recte autem eruditissimus Leopardus, ἦν καὶ ἄλλῃτιν λέγουσιν ᾧδῃν. Vae illis qui viri tanti observationum reliquos decem libros nobis invident. Ne errent tyrones in subjectis verbis, ἀπέθανε δὲ καὶ αὐτὸς ὁ Θεόδωρος ὕστερον βιαίᾳ θανάτῳ· λέγεται δὲ γενέσθαι Τρύφων τις, ὡς ἐκ τῆς ποιήσεως δῆλόν ἐστι. legendum enim *τρυφήτης*, aut litera minuscula *τρύφων τις*. eadem sententia. *τρύφων*, ut *τρίβων*. Messorum cantilena dicta est *λιτυέρσης*, a Lityersa Midæ filio, de quo multa in Lectionibus Theocriticis. vide etiam Pollucem libro quarto, capite septimo. [Et Servium viri optimi Danielis ad illum versum, *Ducite ab urbe domum mea carmina ducite Daphnin.*] Oda pinfentium mulierum dicebatur τὸ πιστικόν. Phrynichus *Comastis*, Ἐγὼ δὲ νῦν δὴ ταρπτιῶ τὸ πιστικόν. vel simpliciter *πισμός*. Nicophon, *Chirogastoribus*: Ἄλλ' ἴθι προσαύλησόν σου νῦν πισμόν τινα. *Thesmophoriazusas* accipe non illam quae extat fabulam: sed alteram ejusdem nominis: de qua libro primo. *Herculem choragum* Nicocharis appellat etiam Pollux libro 7. cap. 12. Docuerat hic poeta et Herculem *γαμούμενον*: cujus idem meminit lib. 7. cap. 11. Epicharmi fabula dicta hic *Ulysses Naufragus*, simplici nomine Polluci *Ναυαγός* nominatur libro 10. cap. 30. *Philelias* Apollini sacra sic appellata est ab intercalari versu, qui proprius ei asmatis, ἔξεχ' ἔξεχε ὦ Φιλ' ἦλπε. *Uringi* Dianeī, ab ejus deae nomine Οὐρίε. Callimachus in ejus hymno, Οὐπι ἄνασσ' εὐῶπι, Φασφόρε. *Linus* et *arlinus*, inquit, οὐ μόνον ἐν πένθεσιν ἀλλὰ καὶ ἐπ' εὐτυχείᾳ μολπῶ κατ' Εὐριπίδην. Scribendum *μολπῇ*, ut apud Eustath. et Breviatorem. at *μολπὸς* est poeta vel cantor. Legam lubens, ὡς μῦθον εἶναι τοὺς λεγόμενους Ἰοῦς δρόμους. *Ius* noti errores per omnes fere orbis plagas. tamen Ἰνοῦς libri scripti. *Borcum* Hesychius duobus locis *Bormum* nominat. Βῶρμον, ait, θρήνον ἐπὶ Βῶρμου νυμφολήπτου Μαρνανδυνοῦ. accedit scriptura Excerptorum, ubi *Borbus* appellatur. β. at μ. ut scimus passim permutantur. ἀφανισθῆναι hic

est, correptum a Nymphis disparuisse ut Hylam. ideo Hesych. *νυμφόληπτον* dicit. *Μανέρως* melius quam *Μάναρος*, ex aliis scriptoribus. Importunitatem vero spectat Lector istorum correctorum: qui versus inveniunt, etiam in soluta omni lege oratione: quod cum alibi factum iis perperam: tum isto loco sane quam ridicule, in his verbis, *Οὐκ ἀπελπίοντο δὲ ἡμῶν*, etc. Cassander Macedo, inquit, adeo *Φιλόμηρος* fuit, ut et plurimos poetae versus memoria teneret: et haberet Iliadem atque Odysseam *ιδίως γεγραμμένας*. Puto hoc velle Athenaeum: Homeri poemata a Cassandro fuisse emendata: quemadmodum ante fuerant ab Alexandro et Aristotele. Cassander igitur poësin utramque Homericam habuit non ex publicis, et vulgatis codicibus descriptam: sed propria ipsius industria correctos. De Homeristis Diomedes lib. 3. *Olim partes Homericæ carminis in theatralibus circulis cum baculo, id est virga, pronuntiabant, qui ab eodem* p. 894. *Homero dicti sunt Homeristæ*. Clearchi liber qui *Παραγραφῶν* hic inscribitur, alibi nomen habet *Περὶ γραφῶν*: quae lectio placet magis, ut dictum initio septimi. tamen ne id quidem verum censeo: sed *Περὶ γραφῶν*. vide infra cap. 15. Totum locum ita debes vertere, *Clearchus libro priore De graphis, Simonides inquit, Zaccynthus sedens super sella in theatri Antilochi versus recitabat*. Sed quis iste fuerit Antilochus, discam lubens si est qui me doceat. In Excerptis *Ἀρχιλόχου* invenimus non *Ἀντιλόχου*. juvat quod modo nominatus Archilochus inter eos poetas quorum versus recitabantur. Quare ita legamus: aut certe τὰ περὶ *Ἀντιλόχου*. ut intelligamus eam partem *β. ψ. ψ.* Iliadis, quae est de Antilocho. Scrib. *Μνασιῶνα τὸν β. ψ. ὁδὸν λέγει non λέγειν*.

CAPUT QUARTUM.

Magodus. σχινίζεσθαι, et σχοινίζεσθαι. σχοινή
 φωνή. σχοίνων saltatio. Φλοίαξ. ἐπιττοσίλα. se-
 ria. Φλέφυρα. κριαδόμεν, ridere. Hesych. cor-
 rigitur. νιασπάτωτον. σπάτος, σπατοῦν. ῥῆσιν
 περαίνειν. σχέδην, ἄρνια. Φωνάριον περιανυγές.
multa emendata.

MAGODUM esse dictum ajunt docti convivae, τὸν ἀνδρεῖα καὶ γυναῖκεῖα πρόσωπα ὑποκρινόμενον. Dalecampius

legit, ἀνδρεῖα γυναικείοις. repugnant veteres codd. et diserte Eustath. ad Ὀδυσσ. ψ. sed virum eruditum non abs re moverunt sequentia, τὸν δὲ γυναικεῖα ἀνδρεῖοις λυσιπρόν. Praeterea aliquanto post tribuuntur magodo πάντα τὰ περὶ αὐτὸν ἐνδύματα γυναικεῖα. Magodo dicitur esse hilarodus σεμνότερος, quoniam οὐδὲν σχινίζεται. Etymologici auctor postquam retulit hominum delicatorem morem, lentiscum habendi in ore, ut dentibus candorem concilient: inde, ait, dicitur σχινίζεσθαι. Vellem adiecisset de significatione ejus vocis aliquid. neque enim huic Athenaeo illa significatio convenit, qua sumitur pro lentiscum rodere: sed insignem aliquam in gestu mollietatem designat: qualis fuit pantomimorum, aut Gaditanarum puellarum in theatro Ro. saltantium. Ita autem libri omnes σχινίζεσθαι: quorum consensus facit ut diffidam conjecturae meae: scribendum esse σχοινίζεσθαι: eoque verbo notatari impudicos et omnisarios mimorum motus. nam σχοινίζεσθαι est flectere se instar junci. et vocem fractam atque effoeminatam Graeci vocant σχοινίην vel σχοινίην. Hesychius, σχοινίην Φωνήν, τὴν σαθράν καὶ διεθρυνγύαν. Fuit etiam genus quoddam saltationis, σχοινίων Hesychio, σχοινίων Plutarcho De musica, nominatum similem, ut probabile est, ob causam. Arbitrium esto docti et acuti lectoris. Caeterum quid ea dictione significari auctor voluerit, claret ex sequentibus verbis, σχινίζεται τε καὶ πάντα ποιεῖ τὰ ἔξω κόσμου, etc. Magodiam vult auctor sic dictam, ἀπὸ τοῦ οἰοῖναι μάγικὰ προφέρεσθαι. Hesychius magum profert nomine Chrylogonum, a quo μαγωδὴ saltatio est nominata. Legit Eustath. οἱ δὲ Φλοῖακας ὡς Ἴταλοι per οἱ. vulgo Φλύακας. p. 895. vide lib. 3. capite 9. Italos hic accipe, magnae Graeciae incolas. in his erant Tarentini. Stephanus de urbibus, ἀναγράφη καὶ Ῥινθῶν Ταραντῖνος Φλύαξ, τὰ τραγικὰ μεταβρύμιζων ἐς τὸ γαλοῖον. tamen illum locum aliter acceperunt eruditissimi viri. Recitantur Strattidis elegantes versus e Phoenissis, quibus probatur Boeotos aliter locutos esse ac Graecos alios, Sepiam, inquit, vocant ὀπιτθοτ/λαν, vel ὀπισθοτ/λαν, ut Hesych. scribit et Eustath. apud quem omnium harum vocum Thebanae dialecti interpretationem legat qui volet in commentariis ad Odyss. β. ψ. ρ. Pons live γέφυρα, Thebanis φλέφυρα. ita codd. Athenaei Brev. βλέφυραν. Falsum est Thebanorum dialecto dici τὸ γαλᾶν ἐκριδόμεν. verum est quod reponemus, τὸ γαλᾶν δὲ κριαδόμεν. auctor et fundus nobis

hujus emendationis Hesych. qui Boeoticam esse hanc vocem scribit, significantem γενναῖν. sed narro tibi, Lector, vitiosi etiam hic doctissimi illius critici sunt codd. et scribendum ex Strattidis versibus γαλᾶν. nam, ut contra Strattidem ex Hesychio emendemus, lex metrica vetat. Quare ita scribe in optimis illis Glossis, Κριαδέμαν, γαλᾶν. Βοιωτ/α ἢ λέξις. Non dubitabis Strattidis versum hunc ab Hesychio esse spectatum. Claudīt postremus versus Strattidis, Νεασπάτωτον δ' ἦν τι νεοκάττυτον. Scribe, ἦν τι ἢ νεοκάττυτον. Emendationem Dalecamp. vitii manifestam lex metri arguit, ut alia taceam. Significat calceos, νεοκάττυτους, id est quibus suppecta recens solea, dici Boeotice νεασπάτωτον, vel νέοσπ. Ex hac voce licet conjicere, Boeotis σπάτος corium dici. quare de illis accipio Glossographi verba, σπάτος, δέρμα. σκύτος. non dicit, ut fere solet, cujus vox ea sit, sed hoc nos docet hic Strattidis versus. Idem interpretatur σπάτειον, δερμάτινον. Ergo etiam σπατοῦν, opus ex corio facere aut sarcire dixerunt, id est, ut exponit Strattis, καττύειν. Scribe Semi Delii testimonium, quod homines infruniti versu constare existimarunt οἱ αὐτοκάβαλοι ὅστε Φανωμένοι πιττῶ σχέδην ἐπέραινον ῥήσεις. non autem ἐπέβραινον. neque enim est ab ἐπιβράινω. nam id quidem ineptissimum: sed a περάινω. ῥήσεις sunt integri poetarum loci. περάινειν ῥῆσιν plane est βαψφδεῖν. alii dicunt ῥήσεις εἰπεῖν. nam et περάινειν pro εἰπεῖν usurpant Attici. σχέδην est ἡσυχῇ, et cum lentitudine quadam decora. vel ponitur pro βάδην, cui mox opponitur σταδην. Paulo post αὐνακὰς τε περιβεβλημένοι παρέρχονται. alii has vestes appellant καυνάκας. et ita fortasse scribendum hic quoque. Cogitemus de proximis verbis, οἱ μὲν ἐκ παρόδου, οἱ δὲ κατὰ μέσας τὰς χεῖρας βαλόντες ἐν θυμῷ. Venerat in mentem κατὰ μέσας τὰς χορδας. sed nihil pronuntiare tutius est. In tertio versu distingue post ἀπαρθέρευτον majore distinctione: et postea scribe, οὔτι ταῖς πάρος Κεχρήμεθα νῦν ὠδαῖσι. Omnino autem in primo Eubuli, ἔστηκας ἐν πύλαις. Nono versu, Παρεγκέκασται σταρνὶ ἐννέ' ἢ δέκκ. non displicet conjectura Dalecamp. τ' ἄρνία. agniculī. magis tamen placet vel ἄρνια pro ἄρνεια. supple κρέα. ut dicimus λαγῶα, simp. p. 896. pliciter pro leporinae frustis: vel σταρνία: ut ea significantur, quia in superioribus libris στηθύνια et στηθεῖδια dicebantur. culinae et macelli sunt vocabula. Decimus Antiphaneae ῥήσεως olim corruptus est, Καστρεὺς λεπα-

σθεις και † σπασθεις, χρωσθεις, στραφεις. Dalecamp. αλλι πασθεις: recte: si negligere modulum versus rectum est. Idem dixeris de Breviatore, qui scribit, K. λ. πασθεις, στραφεις, χρωσθεις. Non legimus, K. λ. καταπλυθεις, χ. στ. servato metro, plana sententia. In penultimo. Ωστ' εἰσιθι μη μέλλῃς, χάραϊ. δεῖ γὰρ ἡριστηκότας, versus corrumpunt prima verba ὥστ' εἰτιθι: quae non sunt Antiphanis, sed Sophonis qui Antiph. ῥῆσιν pronuntiabat, quanquam fieri potest, ut ea fuerit ultima dipodia praecedentis versus, cujus caetera omnia, more suo, Athenaeus praetermiserit. Depravatus est et Clearchi ultimus, Τὸ Φωνάριον ἡμῶν περίσαργον γίνεται. Legam, περιανγον, aut περιανγες, vox clara, cur non ita dici queat, sicut Φωνή λαμπρά et μέλαινα?

CAPUT QUINTUM.

Musica παιδιὰ. et παιδεία. διάφοροι τὰς γνώμας.

Musicae vis ad sedandas animi perturbationes.

ἀνῆς τοῖς ἡθεσι διαφορᾷν. Cationes ad medellam morborum adhibitae. καταυλεῖν τοῦ τόπου.

Ananias poeta item alia.

DE musica deinceps tractatur. Ait, πάντων ἐπαινούντων τὴν παιδιὰν ταύτην. musicam vocat παιδιὰν, non male. Est enim animi quaedam oblectatio ad modum lusus. Censeo tamen παιδεῖν ταύτην scripsisse Athenaeum. confirmant sequentia. Ait. καὶ γὰρ τὰ ἡθῆ παιδεύει καὶ τοὺς θυμοειδεις καὶ τὰς γνώμας διαφοροῦς καταπραῦνει. furiosi et qui mente non constant διάφοροι τὰς γνώμας dicuntur: quasi in diversa rapti. Quod autem musica graviores animi motus demulceantur, componanturque ignorat nemo. Illustrare et certum in Saule exemplum, omnibus Christianis notum. Multa in hanc sententiam proferri possent ex antiquis scriptoribus: quibus lubens superse-
deo. Afferam tantum quae de ea re legi in Graecis commentariis libri Hermogenis Περὶ Ἰδεῶν. non enim omnium manibus teritur ille liber. Probaturus scriptor ille musicam vim quandam in animum habere, ὁ Τιμόθεος, ait, αἰλήμασιν ἐκίναι πρὸς θυμὸν καὶ ὄπλα τὸν Ἀλέξανδρον. καὶ Λακεδαιμόνιοι πρὸς τὸν ἐμβατήριον τοῦ ἀγλοῦ ῥυθμὸν κατὰ πολέμων ἐχώρουν. Φασὶ δὲ καὶ τοὺς Πυθαγορείους εἶποτε κινῆσαι αὐτοῖς τὰ πάθη, ἢ τινὰς

ἑτέροους ὑπ' αὐτῶν κατεχεμένους θαύσαιντο, διὰ τῶν ἐν
 αὐλοῖς τε καὶ κιθάραις ῥυθμῶν μετὰγειν ἐπὶ τὸ ἡμερώτα-
 ρον τὴν ψυχὴν. καὶ Πυθαγόρας δὲ ὡς Ἰάμβελιχός Φησιν,
 ἐν τῷ Περὶ τῆς Πυθαγορείου αἰρέσεως, μέσῳ νυκτῶν
 ἀστρονομούμενος, νεανίαν τινα σὺν αὐλητῇ κωμάζοντα μετὰ
 λαμπάδος κατὰ αὐλητρίδος (scripti καὶ αὐλητρ. sed de-
 esse aliquid patet.) τὸν τε οἶκον αὐτῆς ἐμπρῆται σπεύ-
 δοντα διὰ ζήλοτυπίας, ἐπέσχε τῆς μανίας παρακελευόμενος
 τῇ αὐλητρίδι μεταβάλλεσθαι τὸν ῥυθμὸν ἐπὶ τι καταστη-
 p. 897. ματικώτερον μέλος, τὸ καλούμενον σπονδαῖον. Ἐμπεδοκλῆς
 δὲ ὁ Ἀκραγαντίνος ὁ Πυθαγόρου μαθητῆς, ὁ Κωλυσανέ-
 μας ἐπὶ κλην, σπασαμένου τινός ἤδη κατὰ τοῦ πλησίον τὸ
 ξίφος, ὃς ἐδόκει τὸν πατέρα τοῦ θυμουμένου ἀνηρηκέναι,
 ἀναικρουσάμενός τι καταστηματικὸν τῇ κιθάρᾳ μέλος, ἣν
 ἔτυχε μετὰ χειρὸς ἔχων, διακώλυσε τὸν Φόνον γενέσθαι,
 χαλάσας τοῦ νεανίσκου τὸν θυμὸν μαλθακώτερον ῥυθμῷ.
 Habes hic nonnulla quae non temere alibi legas: at
 quod de Pythagora narrat, paucis perstringit Quintilianus,
*Pythagoram, ait, accepimus, concitatos ad vim pudic-
 aae domui afferendam juvenes, iussa mutare in spon-
 deum modos tibicina, composuisse.* Sequitur ex Cha-
 maeleone Ροντίο, Κλεινίας καὶ τῷ βίῳ καὶ τοῖς ἡθροῖς
 διαφορῶν, etc. Aelianus eandem historiam recitans ex
 eodem, ut puto, et saepe observavimus, scriptore. pro
 istis habet, Κλεινίας ἀνὴρ ἦν σπουδαῖος τὸν τρόπον. Ut
 igitur eadem sententia sit etiam in Athenaeo, scribendum
 διαφέρων. pro διαφορῶν. *vir excellens vita et moribus.*
 sed cogitemus amplius de hoc loco. Scripta lectio, καὶ
 τῇ γνώμῃ καὶ τοῖς ἡ. ut videatur ad ista alludens Athe-
 naeus scripsisse, τοὺς τὰς γνώμας διαφόρους καταπραΰνει.
 Addit, "Ὅτι δὲ καὶ νόστους ἱάται μουσικὴ Θεόφραστος ἰστο-
 ρησεν ἐν τῷ περὶ ἐνθουσιασμοῦ. Apollonius in historiis
 mirabilibus. "Ἀξία δ' ἐστὶν ἐπιστάσεως τὰ εἰρημένα Θεο-
 Φράστῳ ἐν τῷ Περὶ ἐνθουσιασμῶν: Φησὶ γὰρ ἐκεῖνος τὴν
 μουσικὴν πολλὰ τῶν περὶ ψυχὴν καὶ τὸ σῶμα γιγνομένων
 παθῶν ἱατρεύειν. καθάπερ λειποθυμίαν, φόβους, καὶ τὰς
 ἐπὶ μακρὸν γιγνομένας τῆς διανοίας ἐκστάσεις. ἱάται γὰρ
 Φησιν ἡ καταύλησις καὶ ἰσχυιάδα καὶ ἐπιληψίαν. Et testa-
 tur idem paulo post, plurimos adhuc sua aetate prae-
 fertim Thebanos, cationem tibialem ad morborum me-
 delam adhibuisse. mitto quae scribit Galen. Καταυλεῖν
 τοῦ τόπου est, *super loco affecto tibia canere.* Caelius
 Aurelianus. ita expressit, *Philistionis frater scribit quendam
 fistulatorem loca dolentia decantasse.* Lege et distingue.

τρία γὰρ καὶ γενέσθαι Ἑλλήνων γένη, Δαρειῖς, Αἰολεῖς,
 Ἴωνες, οὐ μικρὰς ἐνούσης διαφορὰς ἐν τοῖς τούτων ἡθεσι.
 Λ. etc., οὐ πανούργον δὲ ἀλλὰ ἐξηγμένον καὶ τὰ θάρρηκος.
 cum Dalecamp. De Lafo et ejus hymno in Hermioneam
 Cererem satis, lib. 10. et de *Chlymeno*: qui est Plutus.
 ejus conjunx Proserpina Graecis dicta et Μελίβοια et
 Μελιτώδης. estque, opinor, duarum harum appellationum
 eadem ratio. Lege Theocriti scholiasten ad idyllium 15.
 et Porphyrium in disputatione de antro Nympharum.
 In Lafo verbis perperam scribuntur multa; quae ita pro
 virili emendare conabamur: Δάματρα μέλπω κόραν τε
 Κλυμένοιο ἄλοχον Μελίβοιαν, ἀνάγων Αἰολίδ' ἀνὰ βαρύ-
 βρομον ἁρμόνιαν. *hymnum meum redigens ad Aeolicam
 harmoniam.* id est, aptans ei harmoniae. Sujicitur, ἐπεὶ
 οὖν τὸ μέλος ἐστὶν ὑποδάριον, καὶ τὰ μέλη εἰκότως Αἰο-
 λίδα Φησὶν εἶναι τὴν ἁρμόνιαν ὁ Λάσος. manifesto παρέλ-
 κουσιν haec verba καὶ τὰ μέλη. nisi aliquid latet hic
 gravioris mali. Caeterum Αἰολίδα μόλπᾱν dici eam quae
 sit Dorica, Strabo nos dudum admonuit. Paulo post e
 libris nonnulla adjecimus, sed est oratio adhuc suspensa
 et ἀκατάλληλος. Fortasse aliquid deest amplius. In qui-
 busdam scriptum offendimus, Δάριον μὲν οὐ νομίζων.
 pro νομίζουσι. neutrum rectum est. Scribo, νομίζειν.
 non auri sunt, inquit harmoniam Aeolidem Doricam ap- p. 898.
 pellare: sed hypodoricam, ceu paulo minus quam Do-
 ricam, dixerunt. Scribe, Φασὶ δὲ Πύθερμον τὸν Τήριον
 ἐν τῷ γένει τῆς ἁρμόνιαις ταύτης ποιῆσαι σκαιὰ μέλη. aut
 fortasse σκόλια. Sequitur de hoc Pythermo. οὐ μνημο-
 νεύει Ἀνάσιος † Ἰππώναξ ἐν τοῖς ἱάμβοις. Ananii nomen
 mutavit Dalecamp. in *Clazomenius*: et Hipponactem qui
 fuit Ephesius, Clazomenium ab Athenaeo putat appella-
 tum. haec vero conjectura immanis est. Lego, Ἀνάσιος
 ἢ Ἰππώναξ. ita solet loqui Athenaeus de iis scriptis
 quorum incertus auctor. Ananio vetustissimo poetae non
 semel iniqui fuerunt operis hujus interpretes. Plura de
 eo nos in superioribus. Si cui servandus potius videatur
 locus vacuus, ad denotandum deesse Ananii testimonium
 non repugnabo. Non longe post scribendum, τρεῖς οὖν
 αὐται, καθάπερ ἐξ ἀρχῆς εἵπομεν, εἰσὶν ἁρμόνιαι, ὅσα
 καὶ τὰ ἔθνη. *Sipylum* assignat Lydiae: alii Phrygiae.
 Lege Strabonem. Polybii locus insignis paulo mox de-
 scriptus, extat libro quarto magni historici. Ita autem
 ille incipit: Οὐ γὰρ ἡγητέον μουσικὴν ὡς Ἑφορός Φησιν
 ἐν τῷ προοιμίῳ τῆς ὅληςπραγματείας, οὐδαμῶς ἀρμόζοντα

λόγον αὐτῷ βίψας, ἐπ' ἀπάτη καὶ γοητεία παρσισηχθαι τοῖς ἀνθρώποις. pro οὐχ ἡγητέον dixit Athenaeus, οὐ παραληπτέον. nisi ille scripserat, οὐ γὰρ ὑποληπτέον. Mox, χορεύουσι κατ' ἐνιαυτὸν τοῖς Διονυσιακοῖς αὐληταῖς, praebent se chori loco. *Bacchicis tibicinibus*. scriptura haec est omnium exemplarium Athenaei: in Polybio est αὐλοῖς. Supple mox cum labe sententiae omissa verba, et scribe, οὐχ οὕτω τὰς ἀγωγὰς ποιῶνται διὰ τῶν ἐκείνων ἀπροαμαίων. scribe etiam aliquanto post, παραχρῆμα αὐτοὺς ἐξεκέρυξαν. et vide Polybium. item Κύναιδεῖς per υ non ι. Φρύγιος ὀσμὴ, venusta translatione a sensu auditus ad sensum olfactus, dicitur odor suavis et mollis, qualis est Phrygia harmonia. Ita accipiendum in istis. Ἄγλας ὁ μουσικὸς ἔφη τὸν στύρακα τὸν ἐν ταῖς ὀρχήστραις θυμιώμετον τοῖς Διονυσίοις, Φρύγιον ποιεῖν ὀσμὴν τοῖς αἰσθανομένοις.

CAPUT SEXTUM.

Χαλκιδικαὶ σπάθαι. νόρον χαλκίς. κύπασις. *Virtus bellica olim maximo in pretio. Aeschyli epithaphium. Laedaemonii ter Musicae vindice. Saltantium σχήματα. λέγειν κατὰ τὴν ὄρχησιν. ὑποσχήματα. Phialia et Phigalia.*

IN Alcaeï versibus non capio illa, θώρακές τε νέον λίνω. et censeo scribendum, νέον λίνω Dorice. *thoraces novi lini*. id est, linei novi. vel, ἀσπίδες τε νέολινοι. Parum etiam intelligo proxima verba. Κεῖλαι τε κατασπίδες βεβλημένον, sed neque alius quiquam mortalium capiat, quin emendarit prius. Lego, κεῖνται δὲ καὶ ἀσπίδες βεβλημένων, *jacent in meis aedibus, et chrypei occisorum.* vel Κεῖθι καὶ ἀσ. Scripti quidam βεβλημένοι: quod etiam ferri potest. Quemadmodum autem necessario haec erant emendanda: sic errant graviter qui haec Πάρ δὲ Χαλκιδικαὶ σπάθαι, *prope sunt Chalcidicae spathae.* p. 899. censent corrigenda et legunt Χαλκιδικαί. Veteres Chalcidica appellabant opera ex ferro aut aere aliove metallo: quia Chalcide in Euboea cepta conficere opera ex aere: quod probant antiqui argumento ex ipso nomine petito. Stephanus, τινὲς Χαλκιδεῖς Φασὶ κληθῆναι διὰ τὸ χαλκουργεῖα πρῶτον παρ' αὐτοῖς ὀφθῆναι. vel *Chalcidicas* expone Scythicas. Chalcis enim urbs nobilis fuit

Scytharum, cujus meminit idem Stephanus. Utriusque interpretationis subobscurè meminit Hesychius. Similiter apud poetam *νώροτα χαλκόν* existimarunt quidam e veteribus dici a gente illa quae postea leviter mutato nomine appellata est Norica: ibi enim antiquissima ex aere et ferro facta esse opera. Clemens Alex. *Νώροτας ἔθνος ἐστὶ Παιονικόν, νῦν δὲ Νωρικοὶ καλοῦνται. κατεργάσαντο χαλκόν, καὶ σίδηρον ἐκάθηραν πρῶτοι.* Ait Alcaeus, *Παρ' δὲ ζώματα πολλὰ καὶ κυκπατῖδας.* Lego *κυκπατῖδας.* Hesychius, *κύπασσις, περίζωμα καὶ χιτῶνος εἶδος.* ex Alcaeo colligas, cingulum militare ita dictum, aut aliquam aliam armaturae partem. plura Suidas: apud quem scriptum *κύπασσις.* Postremo addit lyricus: *ἐπεὶ δὴ πρῶτιστα ὑπὸ ἔργον ἔσταμεν τόδα.* Corrigo, *πρῶτιστοι. quia primi stetitimus in ea pugna.* Vulnus acceptum dissimulat periodus haec, *οἱ παλαιοὶ τὴν ἀνδρείαν ὑπελάμβανον εἶναι μεγίστην τῶν πολιτικῶν ἀρετῶν, καὶ ταύτῃ τὰ πολλὰ προσνέμειν οὐ τοῖς ἄλλοις.* In Epitoma est *τὰ πολιτικὰ non τὰ πολλὰ.* Lego, *καὶ ταύτῃ τὰ πολλὰ, (vel τὰ πολιτικὰ) δεῖν προσνέμειν οὐ ταῖς ἄλλαις: et huic virtuti censebant deferendam esse reipublicae administrationem, non aliis.* vel *τοῖς ταύτην ἔχουσι τὰ π. δ. π. οὐ τοῖς ἄλλοις. bellica virtute praeditis committendam esse Remp. non aliis.* Quanti autem veteres fortitudinem fecerint, quae Romanis *ἀπλῶς virtus* est dicta, ut observat Justinianus Imper. non est hic locus exponendi pluribus. Ipsa utriusque linguae vocabula multa, primorum hominum iudicium hoc fuisse, arguunt clare: ut omittam gravissimas rationes ex penetralibus tum philosophiae tum historiae, quibus id possit demonstrari. Aeschylus, inquit noster, vir tantus in poesi, nihilominus inscribi monumento praeoptavit fortitudinem, et fortia sua facta *ποιήσας*: id est, *factis versibus*, qui sequuntur. *Ἀλκὴν*, etc. In Aeschyli vita legimus, Geloos apud quos extremum ille vitae diem obiit, publicum ei funus secisse virtutis ergo: ejusque tumulo tetrastichum inscripsisse, cujus pars posterior ii sunt versus, quos adfert Athenaeus, et ab ipso Aeschylo scribit esse compositos: quod in ipsius vita non legas. minus commode ista docti acceperunt. Lege verba Epicharmi, *οὐκ ἔστι διθύραμβος ὅκχ' ὕδαρ πῆγς.* Soliti gloriari Lacedaemonii se *τρεῖς ἤδη σεσωκέναι διαφθερομένην τὴν μουσικὴν.* hoc est, ter a se musicos esse coercitos, qui in emendanda veteris musicae harmonia perverse fuerant ingeniosi. Recte scriptum *τρῖς*: consentiente hi-

L

floria, quae in tres musicos Terpandrum, Timotheum, et Phrynidem similem ob causam animadversum testatur. Φορτικῶς ὀρχήσασθαι est, *inepte et indecore saltasse*. non p. 900. *laboriose* non etiam *graviter*. neutrum horum significat τὸ Φορτικῶς. Fallitur eruditus interpret, qui in his, συνέταττον οἱ ποιηταὶ τοῖς ἐλευθέροις τὰς ὀρχήσεις, καὶ ἐχρῶντο τοῖς σχήμασι σημείοις μόνον τῶν ἀδομένων: σχήματα interpretatur de iis quas vulgo musici *tablaturas* vocant. Atqui sic exponi mens auctoris debuerat: *Poetae saltationes liberis assignabant: et figuris saltationum utebantur tantum pro signis eorum quae voce canebantur: semper in iis animum servantes virilem et generosum: quam ob causam ὑπορχήματα appellant, quasi dicas, saltationes voci subservientes. Si quis autem figuras exprimeret non servato modo, et cantionibus congruens nihil diceret in saltatione eum improbabant.* διατίθεσθαι τὴν σχηματοποιίαν, ut libro primo, διατίθεσθαι ὑπόρχημα. Venuiste dictum est, λέγειν κατὰ τὴν ὀρχησιν, pro exprimere aliquid saltando congruentia saltationis cum eo quod voce canitur. Hoc vocat λέγειν: ut apud poetas indices animi oculorum nutus dicuntur *loquaces*. Quas nominat *figuras saltationis*, Aristoteles *rythmos figuratos*, inquires in libello De poetica, οἱ ὀρχησται διὰ τῶν σχηματιζομένων ρυθμῶν μιμοῦνται καὶ ἤθη, καὶ πάθη, καὶ πράξεις. Proprium huius studii vocabulum est σχήματα. Aristophanes *Pace*: μηδαμῶς πρὸς θεῶν Πρᾶγμα κάλλιστον διαφθίρειται διὰ τὰ σχήματα. id est, *saltationis causa*. et *σχηματίζειν* idem ac *saltare*. ibidem, 'Αλλ' ἔγωγ' οὐ σχηματίζειν βούλομ'. ἀλλ' ὑφ' ἡδονῆς Οὐκ ἐμοῦ κινουῦντος αὐτῷ τῷ σκέλῃ χορεύετον. Quod ait de appellatione *hyporchematum*, illustrat Lucianus in libro De saltatione. Ἐν δήλω δέ γε οὐδὲ αἱ θυσίαι ἄνευ ὀρχήσεως, ἀλλὰ σὺν ταύτῃ καὶ μετὰ μουσικῆς ἐγίνοντο. παίδων χοροὶ συνελθόντες ἐν αὐλῇ καὶ κιθάρᾳ, οἱ μὲν ἐχόρευον, ὑπορχοῦντο δὲ οἱ ἄριστοι προκριθέντες ἐξ αὐτῶν. τὰ γοῦν τοῖς χοροῖς γραφόμενα τούτοις ἄσματα, ὑπορχήματα ἐκαλεῖτο. Lege Athenaeum libro primo. In veteri epigrammate quod inferius recitatur, scribebam ἦν δ' Ἀνακὸς Φιγαλεύς. Phigalia vetus Arcadiae oppidum, non obscuri nominis. sed rectum est Φιαλεύς, cujus vocis pars est nobis Stephanus De urribus. *Phigalia* eadem quae *Phigalea*. Postea lego, ἥ ῥα θεοῖσιν Ἐν Σικυνῶνι κ. Distingue et scribe, ὃθην ἐκινήθησαν αἱ καλούμεναι πυρρίχαι, καὶ πᾶς ὁ τοιοῦτος τρόπος τῆς ὀρχήσεως, καὶ αἱ πολλαὶ παρονομασίαι αὐτῶν.

CAPUT SEPTIMUM.

Saltationum plures modi. Nomina quaedam eo spectantia illustrantur. Scamon vetus scriptor. Pyrrhichus nomen Laconicum. προσώδιον five προσόδιον. apostolicus modus. Pronomi inventum.

SALTATIONIS olim multi modi schematis et nominibus discreti. Extrema aliquot referuntur ab Athenaeo, et Julio Polluce libro quarto, capite 14. sed multas appellationes ab utroque esse praetermissas, non est dubium. Lucianus Πολλοὶ πρὸ ἡμῶν περὶ ὀρχήσεως συγγεγραφότες, τὴν πλείστην διατριβὴν τῆς γραφῆς ἐποιήσαντο, πάντα τῆς ὀρχήσεως τὰ εἶδη ἐπεξιόντες. καὶ ὀνόματα αὐτῶν κα- p. 901. ταλέγοντες, καὶ οἷα ἐκάστη, καὶ ὑφ' ὅτου εὐρέθη, πολυμαθείας ταύτην ἐπίδειξιν ἡγούμενοι παράξουσιν. auctores qui de saltatione scripserunt, indicatos hic a Luciano, habes enumeratos infra post aliquot paginas. Saltationem ἀπόκινον, inquit Athen. ὕστερον μακτρισμὸν ὠνόμασαν. Pollux, Βακτριασμὸς δὲ καὶ ἀπόκινος, καὶ ἀπόσεισις ἀσέλγη εἶδη ὀρχήσεων, ἐν τῇ τῆς ὀσχύος περιφορᾷ. *Mactrismus* et *bactrismus* five *bactriasmus*, idem. β. pro μ positum ex prava consuetudine scribentium. nam verior lectio nostra quam Pollucis. Hefychio μακτῆρ appellatur. Sequitur, ἦν καὶ πολλὰ γυναῖκες ὠρχοῦντο, αἷ καὶ μαρτυρίας ὀνομαζόμενας εἶδα. videtur postulare analogia, ut μακτροποιούς scribatur. caeterum incerta veritas. *Dactylum* saltationem describit Hefychius: ex quo et Polluce multa hic studiosorum diligentia illustrabit. νικατισμός, Hefychio dicitur νιβατισμός. In Excerptis νικτισμός. et μίγγας pro μόνγγας κερνοφόρος ea est quam saltabant cernophori, de quibus libro septimo. *Anthema* saltatio, a floribus est appellata, ut ex nomine paret: nam ἄνθος et ἄνθεμον significatione non differunt. paret etiam ex subjectis verbis, quae quidem ita concipiuntur in Excerpt. ποῦ μοι τὰ ῥόδα; ποῦ μοι τὰ ἴα; ποῦ μοι τὰ καλὰ σέλινα; ποῦ μοι ταδὶ τὰ ῥόδα; ταδὶ τὰ ἴα; ταδὶ τὰ σέλινα. *Chitonae* five *Chitoneae* Dianae propriam saltationem, fuisse et ipsam nominatam Chitoneam; per est vero simile: quia tamen hoc Athen. non dicit, interpretes ipsum potius sequi par erat. *Angelica* πάροις Hefych.

est ἀγγελία παρόνιος. Inter schemata saltantium nominantur *Xiphismus*, *calathismus*, *callabides*, auctore Hesychio, ξιφίζειν etiam *saltare* significat. saltationem autem *Xiphismum*, alio nomine *cola* vocabant, teste eodem in voce κῶλα. καλλαβίδες alibi in hoc libro κολλαβίδες. minus probo: nam existimo esse Hesychii καλαβίδα. Aeschyli *Theoros* invenio duplicem habuisse titulum ut multa alia dramata. nam Hesychius in λαμβίς nominat Θεωρούς ἢ Ἰσθμιαστάς. Sunt e schematis etiam θυμαστρίς et κατερίδες. imo θερμαστρίς et ἐκατερίδες. ita legendum ex Polluce, cujus verba, ἐκατερίδες καὶ θερμαστρίδες ἔντονα ὀρχήματα. Aliis criticis thermastris exponitur ὀρχησις ἔντονος καὶ διάπυρος τάχους ἔνεκα. Siccinnus ille Barbarus a quo dicta est *siccinnis* saltatio, ipse est liberorum Themistoclis paedagogus, homo Persa: qui meruit astutia sua inter claros Graeciae propugnatores illorum temporum nominari. Huc facit Clementis Alexandr. locus. Καὶ τῶν Θεμιστοκλέους παιδῶν ὁ παιδαγωγὸς Σίκκιννος, οἰκέτης ῥάθυμος ἦν. ὀρχεῖσθαι Φασὶν αὐτὸν καὶ σικκιννίζειν εὐρηκέναι. Super sicinnide laudatur Σκάμων ἐν πρώτῳ Περὶ εὐρημάτων. Paulo post dicitur idem Scamno. apud Eusebium *Scamno*. Clementis *Scamo* ut hic et omnino rectum Σκάμων. ut apud Suidam. Porro antiqua saltatio pedum motu solum peragebatur: postea accessit motus et gesticulatio manuum: quae etsi recens inventum non est: nam Lesbos auctor antiquissimus p. 902. χειρίσέφους appellavit, quos alii ὀρχηστάς: ante Augustum tamen perfecta non est. Tunc consummata est ars pantomimorum, solertium quicquid vellent pedibus manibusque loqui. Propterea scribitur hic πρώτη δὲ εὐρηται ἢ περὶ τούτους πόδας κινήσεις τῆς διὰ τῶν χειρῶν. recte paulo post scribitur, Φεύγειν μηδὲ μένειν, μηδ' αἰδεῖσθαι κακὸς εἶναι: etsi apud poetam unde habet, erat, μηδ' αἰδεῖσθαι κακὸς εἶναι. Pyrricham dixere quidam a Pyrrico Lacone esse nominatam. qui opinionationis suae hanc afferebant rationem, Λακωνικὸν γὰρ εἶναι μέχρι καὶ νῦν ὄνομα τὸν πύρρικον. quoniam agebant, *Laconicum nomen etiam nunc est Pyrrichus*. intellige nomen viri proprium. Non est vanum argumentum. nam etiam in propriis nominibus differentia potest observari inter Graeciae populos. πύρρικός autem Dorica vox est, et cum est κύριον ὄνομα, et cum ἐπιθετικόν. Theocritus: Λεπτός μὲν ἔσ' αὐτὸς ὁ πύρρικός. Saltationis τρόποι ὁσχοφορικοί ii sunt, qui ab ὁσχοφορίis servabantur cum ὁσχοφορίο

celebrabant. Excerpta ᾠσχοφορικοί. quam scripturam alibi quaque observavimus. nota celebritas Atheniensium ex Harpocrate, Plutarcho, et Photii grammaticis Excerptis. Errant qui confundunt modos *profodiacos et Apostolicos*. diversi enim sunt. Προσώδιον sive προσόδιον (nam utrumque praeferunt multorum scriptorum codices) carmen est ab iis cantari solitum, qui ad Apollinem accedebant. Exempla quae passim sunt obvia non adferemus, ne operam abutamur. Inde et προσωδιακὸν sive προσοδιακὸν μέτρον, apud metricos: et *profodiaca* saltatio hic. *Apostolicus* modus quod ex ipso nomine licet conjicere, is est, qui convenit, τοῖς ἀποστόλοις vel ἀποστολεῦσι: quae erant apud Graecos praefecturae nauticae vocabula. Redit deinde Athenaeus ad sermonem de tibiis. Olim inquit, ἦσαν ἰδιοὶ καὶ ἐκάστην ἁρμονίαν αὐλοὶ, καὶ ἐκάστοις αὐλητῶν ὑπῆρχον αὐλοὶ ἐκάστη ἁρμονίᾳ πρόσφοροι ἐν τοῖς αἰῶσιν. Πρόνομος δ' ὁ Θηβαῖος πρῶτος ἤλυσεν ἀπὸ τῶν αὐλῶν τὰς ἁρμονίας. prior periodus planissima. fuisse olim et harmonias tres, et tria genera tiliarum diversarum. posterior de Pronomo obscura est, quia corrupta. desunt enim nonnulla, ut facile intelligent eruditi, qui mediocrem attentionem adhibuerint. Eruditissimus vir ita vertit. *Pronomus Thebanus primus pro varietate tiliarum modos distinxit.* haec sententia neque praecedentibus cohaeret, neque ex edita lectione potest elici: et omnino falsa est. nam contra: primus omnium Pronomus discrimen tiliarum quod obtinuit apud vetustiores sustulit. Pausanias in Boeoticis: τέως μὲν γὰρ ἰδέας αὐλῶν τρεῖς ἐκτῶντο οἱ αὐληταί· καὶ τοῖς μὲν αὐλημα ἤλουν τὸ Δωρίον. διάφοροι δὲ αὐτῆς ἐς ἁρμονίαν τὴν Φρύγιον ἐπεποίητο οἱ αὐλοί. τὰ δὲ καλούμενον Λύδιον ἐν αὐλοῖς ἤλυετο ἄλλοις. Πρόνομος δὲ ἦν ὃς πρῶτος ἐπινόησεν αὐλοὺς ἐς ἅπαν ἁρμονίας ἔχοντας ἐπιτηδεύειν· πρῶτος δὲ διάφορα ἐς τοσοῦτον μέλη ὑπ' αὐτοῖς ἤλυσεν τοῖς αὐλοῖς. Quamobrem ita emendabis, Π. δ' ὁ Θ. π. ἤλ. ἀπὸ τῶν αὐτῶν αὐλῶν τὰς τρεῖς ἁρμονίας.

CAPUT OCTAVUM.

p. 903.

Μουσικὴ πᾶνδημος· ἐκβολή· ἡ λήγουσα· μέλος. *Homeri poesis μεμελοποιημένη· Choragi qui. sambuca. Polybii et Plutarchi loci animadversi. alia multa.*

ΚΑΙ ἐς μεγάλην διαφορὰν προσήλυθεν ἡ πᾶνδημος αὕτη μουσική. Omissio literae unius depravat totam sententiam.

Legendum διαφθοράν. tantulum errorem non deprehenderunt acuti homines. qui etiam non animadverterunt allusum esse voce πάνδημος ad Volgivagam Venerem, quae Graecis πάνδημος cognominatur. et de hac et de coelesti Apulejus in Apolog. multa. Videtur, ait, antiqua Graecorum sapientia τῇ μουσικῇ μάλιστα εἶναι δεδομένη. putem scribendum, δεδεμένη. duriusculum hoc, fateor: at illud plus quam durum. Versus acephali exemplum ex Homero affertur. Ἐπίτονος τετάνυστό βοός Ἰφι κταμένοιο. cui licet addas ex eodem poeta. Ἐπίτονος βέβλητο βοός ρινοῖο τετευχώς. Extremum versum appellat ἐκβολήν, quando scribit, Μείουροι εἰσιν οἱ ἐπὶ τῆς ἐκβολῆς τὴν χολότητα ἔχοντες. Eustathius descriptis verbis Athenaei: ἔνθα, inquit, σημαίνωσι ὅτι ἐκβολὴν ἔφη τὴν λήγουσαν, ὥς ἐκ μεταφορᾶς τῶν ποταμίων ἐκβολῶν. Vulgo grammatici τὴν λήγουσαν appellant syllabam dictionis ultimam. si ita accipit hic Eustathius, incogitanter nimis ἐκβολὴν in hoc Athenaei loco interpretatur τὴν λήγουσαν. nam exempli gratia, hic versus Καλὴ Κασσιόπεια θεοῖς θέμας δοικυῖα, miurus est. vitium tamen non in ultima syllaba postremae dictionis: sed in prima syllaba. sed Eustath. opinor, λήγουσαν intelligit dictionem non autem syllabam. Non puto Graecum verbum esse εὐτυχος. Ita lego mox eum Excerptis Λάκων ὁ τέττιξ, εὐτυχος εἰς χορόν. vel εὐτυκτος. *Laconicus est musicus, aptus ad choreas.* Sequitur: διὸ καὶ οἱ ποιηταὶ διτέλουν οὕτως προσαγορεύοντες τὰς ᾠδὰς. *propterea poetae sua cantica sic nominare perseverarunt.* quomodo? nempe μέλη. colliga ex superioribus. Proprie μέλος dicitur carmen μεμελοποιημένον: id est, in cuius compositione habita ratio harmoniae ut cani possit. talia sunt Lyricorum imprimis carmina. sed et aliorum antiquorum poetarum carmina habuisse μελωδίαν, ut Homeri, Xenophanis, Solonis, Theognidis, Phocylidis, nec non Periandri, ante dictum est Athenaeo. qui nunc ait, ex eo factum esse, ut omnes poetae sua carmina appellent ᾠδὰς et μέλη. Exemplum quod adjectum est, imperfectum ad nos pervenit: ut neque de auctore constet, neque de sententia multo magis. Quis enim dubitet illa esse corrupta? καὶ μέλας μελιπτέρωτα Μοῦσαν. Scribo καὶ μέλας. μέλη πτερωτὰ Μοῦσαν. *carmina alata Musarum.* Poetae se vocant alites, et θεῖους ὄρνιθας: versibus suis tribuunt alas. vulgata res. Mox, καὶ τὸ χρηστομουσεῖν, καὶ μὴ παραβαίνειν τοὺς ἀρχαίους. τῆς μουσικῆς νόμους. Non bene ista cohae-

rent: neque enim alia hic incipit sententia, sed continuanda ista cum superioribus. *Choragos*, inquit, hodie vocant eos, qui pecunia sua chorum conducunt et in-^{p. 904.}struunt: at primitus *χορηγός* dicebatur is qui erat vere *ἡγεμὼν τοῦ χοροῦ*: cujus erat officium, videre ne imperitia chori aut lascivia vetus musica corrumperetur: sed pura atque sincera servaretur. Lege sic integrum locum, *ἐκάλουν δὲ καὶ χορηγούς οὐχ ὅσπερ νῦν τοὺς μισθουμένους τοὺς χορούς, ἀλλὰ τοὺς καθ' ἡγουμένους τοῦ χοροῦ, (καθάπερ αὐτὸ τοῦνομα σημαίνει) πρὸς τὸ χρηστόμους εἶναι, καὶ μὴ παραβαίνειν τοὺς ἀρχαίους τῆς μουσικῆς νόμους.* Et si autem verissimum est, hanc esse genuinam vocis *choragus* significationem: vix tamen reperias ex omnibus antiquis scriptoribus Graecis qui ita usus sit eo verbo: quod in historia praesertim Attica frequentissimum est. Athenis enim inter publica munia divitibus necessario obeunda, fuit τὸ λειτουργεῖν. Inde postea manavit latius ejus verbi significatio. [Nam simpliciter accipi cepit *χορηγεῖν* pro *παρέχειν* et necessariis praesidiis instruere. Notio prima vocis *χορηγός*, ut ait Athenaeus, chori magistrum designat. (qui et coryphaeus et mesochorus) ut *στρατηγός* exercitus praefectum. Atque in hac primaeva significatione accipit Chrysostomus, homilia duodecima, in epistolam ad Philipp. *καθάπερ ἐν χορῷ καὶ στρατοπέδῳ τὸν χορηγὸν καὶ στρατηγὸν δεῖ μισεῖσθαι τοὺς λοιποὺς, καὶ οὕτω δεῖ βαδίζειν εὐτάκτως* appellat hic *choragum*. quem alii coryphaeum. quare idem alibi, *κορυφαῖον* et *στρατηγὸν* solet jungere: ut in simillimo huic loco, Homil. trigesima tertia ad Hebraeos.] Homeri locus de Achille fortium laudes ad lyram canente extat in nono Iliad. cogimur hoc dicere propter interpretum incuriam, qui falsissimam Athenaeo sententiam affingunt. Antiquos etiam Barbararum gentium musicos graves fuisse viros, et qui a rerum actu alieni non essent, illustri exemplo docet nos dipnorhetor. Aftyagi enim praedixisse cantorem quendam futuram Cyri virtutem, et bellum ab eo contra Aftyagem suscipiendum. Profert Dinonis qui *Persica* ediderat locum, non sane obscurum, neque depravatum: perperam tamen ab interpretibus acceptum. Graeca sonant. Quo tempore Cyrus, (qui in Aftyagis aula, initio satellitum praefectus fuerat, deinde militum, postea abiit) relicto Aftyage ad Persas se contulit: rege cum amicis convivante Aggares quidam, omnium ejus cantorum clarissimus. vocatus in coenationem, cum alia

pro more tum ad extremum hoc cecinit: Dimitti in paludem feram apro truculentiozem, quae si semel locorum circa se fuerit potita, facile cum paucis adversus multos pugnabit. Muscum instrumentum quod sambucam dicebant, Parthis et Troglodytis paulo post assignat Euphorion. Certum est, vetustissimos Orientis populos eo organo esse usos. inde transiit postea ad Graecos et res et nomen. Daniel propheta, capite tertio, ἡ αὖν ὧρα ἀκούσῃτε τῆς Φωνῆς τῆς σάλπιγγος, σύριγγος, καὶ κιθάρας, σαμβύκης τε. In Chaldaico textu Danielis est, נכבב *sabecca*. Sambucam vero militarem cuius sit statim mentio, descripserunt Graeci et Latini scriptores nonnulli: sed obiter, et parum plene aut exacte. Extat ac p. 905. curatior ejus descriptio in Mechanicis Athenaei, non quidem ex Bitone aut Andrea Panormita, ad quos rejicit nos hoc loco dipnosophista: verum ex Damio quodam Colophonio. Plura nos de his rebus in Polybiana editione, quam defuncti molestissimo hoc labore, aut curabimus Θεοῦ διδόντος, brevi, aut aeternis tenebris semel damnabimus. Nihil demutant ab edita lectione veteres libri, cum de sambuca militari scribitur, ὡς ἀπὸ δύο ὄνων προσάγοιτο τοῖς τῶν ἐναντίων ταίχεσι. Placet tamen jure clarissimi viri Justii Lipsii conjectura, hanc temere suspicantis ἀπὸ δύο νεῶν potius esse scribendum. Allegoricus sermo est, quo usus Marcellus cum diceret, ταῖς μὲν ναυσὶν αὐτοῦ ναυάζειν ἐκ θαλάσσης Ἀρχιμήδην, τὰς δὲ σαμβύκας βαπτίζομένας ὥσπερ ἐκ πότου μετ' αἰσχύνῃς ἐκπεπνῶνται. *Archimedes*, inquebat, *navibus meis seu cyathis aquam haurit e mari: sambucas autem colaphis percussae, tanquam e computatione cum dedecore sunt ejectae*. Interpretes cum allegoriam non animadverterent, integerrimum locum emendare aggressi sunt: nam pro ἐκ πότου scribit Dalecamp. εἰς πόντον. plane absurde. Apud Polybium legitur hodie, ὥσπερ ἐκσπόνδους. de quo in editione Polybiana cum bono Deo. sed videtur scripsisse, ἐκ σπονδῶν: quod more suo velut interpretans Athenaeus, mutavit in ἐκ πότου. Refert et Plutarchus Marcelli jocos. sed καθίζων ibi scriptum pro ναυάζων. emenda igitur.

CAPUT NONUM.

Phyllis *vetus scriptor. Hefychii locus. παλαιῆτος.*
Diogenes *tragicus. τυπανον et τύμπαων. κρέ-*

κειν μάγαδιν. *iambycae et sambucae. Delia palma. Pythagorae tripus* Τρίψ, ὁ τοὺς Εἰλω-
 τας πεποιηκώς. *Dare chorum poëtae, vel scenam, quid. λαμβάνειν χορόν. locus Aristophanis illustratus. ejus scholiastes notatus. Cratini Buhulci. Locus Hesychii emendatus. ἐμοὶ διδάσκειν. Homeri Epicichlides. ποιήσις διὰ λόγου.*

ΟΥΔΕ Φύλλις ὁ Δῆλιος· ξυνέγραψε γὰρ καὶ οὗτος περὶ αὐλητῶν. *Melius Φύλλις. Hic est Phyllis quem musicum appellat, et cum Aristoxeno bis terve laudat scholiastes Aristophanis. De illo versu, Μάγαδιν λελήσω μικρὸν ἄμα σοὶ καὶ μέγαν, diximus libro quarto, capite 25. μάγαδιν αὐλὸν ἀκούσι τὸν κιθαριστήριον. eadem interpretatio apud Hesychium: sed quam in vulgatis libris pessime acceptam ex Athenaeo emendandum esse studiosos velim monitos. παλαιστῶν Ὑμνων αἰοδοί. Ferri potest, pro dudum compositorum. τιθέναι pro ποιεῖν, translationem. tamen haec dictio nescio quomodo parum satisfacit. an παλαιστῶν? Hesychius παλαιδέτης, πρεσβύτης pro παλαιστής. vel potius παλαιοστής. Διογένης δ' ὁ τραγικὸς δ. Hic etiam Oenomaus dictus: Atheniensis fuit, et plures fabulas edidit. Tertii versus initio scribe τυπάνοισι, non τυμπάνοισι. utrumque dixerunt Graeci: hoc usitatus est: illud ἀνὰ λόγον magis: ἤη τύπανον. p. 906. Quarto versu, Βόμβοις βρεμούσας ἀντὶ χειρὶ κυμβάλων, malim βρόμοις: et quia hoc Ἀττικώτερον, et quia praecedit vox βόμβοισι. videndum etiam an scribi oporteat ἀντίχερσι. Postea scribe,*

Ψαλμοῖς τριγῶνων πηκτίδων τ' ἀντιζύγοις
 ὀλκοῖς κρεκούσας μάγαδιν, ἐνθα Περσικῷ
 νόμῳ ξυνωθεῖς αὐλὸς ὁμονοεῖ χοροῖς.

Ita dictum κρέκειν μάγαδιν, ut apud Aristophanem κρέκειν αὐλόν. Late patet verbi hujus usus. κρέκειν ὕμνον dixit Telestes Selinusius: Τοὶ δ' ὀξυφώνοις πηκτίδων ψαλμοῖς Κρέκον Λύδιον ὕμνον. male in editionibus κρεκούσαις: nam jungi debet cum superiore voce Λυδίας. caetera ante nos restituerat optimus Sylburgius. σαμβύκαι, ἱαμβοὶ καὶ τρίγωνα, κλεψῖαμβοὶ. In hac enumeratione ἀσυνδέτῳ mendii suspicionem movet τὸ καὶ ante τρίγωνα. Legendum est, σαμβύκαι, ἱαμβύκαι, τρίγωνα. Separat *iambycas* a *sambycis*, quid autem *iambycae* fuerint mox declarat. Utrumque et Hesychius

verbis paene iisdem. Ἰαμβύκαι, ὄργανα μουσικὰ ἐν οἷς τοὺς ἰάμβους ᾄδον. ἡ δὲ σάμβύκη ἕτερον ὄψις εὐρημένον. De barito et barmo dictum in quarto. τὰ μὲν ἐγχορδα,

τὰ δ' ἐνῆχα κατεσκευάζον. alia fidibus intendebant, alia sonora faciebant. id est, ut mox loquitur, ψόφου μόνον παρασκευαστικά. exposuimus libro quinto, capite quarto.

τὰ τ' ἐν Ἑλλήσι ξόαν' ἡδυμελῆ. Excerpta, ξόανα. Sophoclis mentem ex his tam paucis verbis, ne Oedipus quidem capiat. Delia palma ex qua facti erant ancones phoenicis organi, illa est de qua multi Graeci poetae Latinique. Homerus,

Δήλω δὴ ποτε τοῖον Ἀπόλλωνος περὶ βωμῶ
Φοίνικος νέον ἔρνος ἀνερχόμενον ἐνόησα.

Marcus Tullius, Quod Homericus Ulysses Deli se proceram et teneram palmam vidisse dixit, hodie monstrant eandem. καθάπερ ὁ Πυθαγόρου τοῦ Ζακυνθίου τρι-

πους. Hic musicus tripus Pythagorae, etiam τριψῆ est dictus: quasi triplex, aut triam speciem vel usum praestans: quod postea explicatur Athenaeo. Coniicimus ex Hesychio in cuius commentariis leguntur haec αἰνιγματώδη verba. Τριψῆ ὁ ὑπὸ τῶν Πυθαγορικῶν ἐν Δελφοῖς τριπους. Ex hoc Athenaei loco facienda lux optimo scriptori. Sensum hunc elicimus. Τριψῆ est illud musicum instrumentum, quod sub Pythagorae nomine vel Pythagoreorum Δήλφῃς in Apollinis templo visebatur et tripus vulgo appellabatur. De auctore huius organi dissentire Athenaeum et Hesychium, non mirabitur, qui meminerit eorum quae Dionysius Halicarnassensis et Diogenes Laërtius de duobus Pythagoribus scripserunt.

πρῶτον κινάρισαι Μέναιχιμος. Verbum λέγει in sequentem periodum a fine huius translatus videtur. Tertius versus Anaxandridae Εἴτ' ἐσχαδίας δριμέως ἐν παπαί, claudit. Tolle vocem inutilem ἐν, et scribe, παπαί παπαί. Mox autem lego cum Dalecamp. ὁ τοὺς Εἰλωτας πεποιηκώς, non Ἰλωτας. ita conceptum poematis huius indicem

p. 907. memini alibi observasse. Totum locum jure arbitrario ita constituo, male scriptum, καὶ ὁ τοὺς Εἴ. δὲ π. τὰ Στησιχόρου τε καὶ Ἀλμᾶνος Σιμωνίδου τε τῶν ἀρχαίων αἰδόντα Γνήσιππὸν ἐστὶν ἀκούειν· κείνος νυκτερι. etc. nam et sequentia ejusdem sunt poetae non Athenaei verba. et ita auctor Epitomae. Corrige haec Cratini, τίς ἄρ' ἐρωτᾷ μ' οἷδαν ὧ Γνήσιππε. Scribe, τίς ἄρ' ἐρωτᾷ μ', οἷδας ὧ Γνήσιππε; Sed expendenda sunt quae statim subiiciuntur Σκώπτει δὲ αὐτὸν εἰς τὰ ποιήματα καὶ ἐν Βου-

κόλοις. quis est ille quem ait traduci a Cratino in *Bubulois*? Si praecedentia respicias, non potes αὐτὸν aliter interpretari, quam de Gnesippo: si ad versus ipsos comici oculos referas, de Cleomacho videbis eum loqui. Censeo defecti codicis notam esse ponendam ante verbum σκώπτει. deesse autem haec aut similia his verba, Τῷ δὲ Γνησίππῳ ὁμοίος ἦν καὶ Κλεόμαχος. σκ. Ac fortasse in versu Chionidae paulo ante recitato. Ταῦτ' οὐ μὰ Δία Γνήσιππος. οὐδ' ὁ Κλεομένης, scribendum, οὐδ' ὁ Κλεόμαχος. ab illo versu egit de Gnesippo: nunc testimonia profert de Cleomacho. vulgatam γραφὴν probavimus libro superiore, capite ultimo. Nunc Cratini verba consideremus.

Ὅς οὐκ ἔδωκ' αἰτοῦντι Σοφοκλέει χορὸν
τῷ Κλεομάχῳ δ' ὃν οὐκ ἂν ἤξιουν ἐγὼ
ἐμοὶ διδάσκειν οὐδ' ἂν εἰς Ἀδώνια.

Loquitur Cratinus de sordido aut imperito divite: qui Athenis choragus cum esset, et instruendum chorum haberet, possetque Sophoclis poetae praestantissimi opera uti, cum Cleomacho ignobili et inepto poeta pacisci maluerat. nempe hic pecuniae tenacior quam gloriae cupidior fuit. Nam quo melior et celebrior poeta erat qui fabulam fecerat, eo carius docebat. Sed nullius sumptibus parcere soliti paulo qui essent honoris publici avidiores, quo possent quam optimi poetae fabulam producere, et ornamentis chori sui alios choragos superare, cujus studii cum alibi in his libris certa sunt testimonia, tum in Midiana Demosthenis illustre habetur exemplum. δοῦναι χορὸν alicui poetae est, ejus opera uti in choro instruendo, et docenda fabula: quas partes qui suscipit, dicitur λαμβάνειν χορὸν. Aristophanes Ranis, de quibusdam malis poetis,

Ἐπιφυλλίδες ταῦτ' ἐστὶ καὶ στωμύλματα
χελιδόνων μῦσεϊα λωβητὰ τέχνης.
ἃ Φροῦδα θάττον, ἢν μόνον χορὸν λήβῃ
ἅπαξ προσευρήσαντα τῇ τραγῳδίᾳ.

Mali poetae non facile suorum dramatum emptores inveniebant propter illam quam diximus Φιλοτιμίαν et aemulationem. Ideo ait Aristophanes, ejus farinae tragicos incredibili gestire gaudio si semel operam suam ad scenam locaverint, et fiat illis potestas unam aliquam traegodiam producendi in theatrum ac committendi. recte vetus comici interpretes Φροῦδα explicat hic ἀΦανῇ γίνεσθαι ὑπὸ τῆς χαρᾶς. sed quid significaret λαμβάνειν χορὸν

non intellexit eruditissimus ille grammaticus. sic enim explicat poetae verba. εἴπερ ἄπαξ τοὺς περισσώτας ἐπαι-
 p. 908. νέτας σχοῖεν τῶν δραμάτων. Atqui non aliud est, *chorum accipere* quam id quod diximus. Sunt enim relata δοῦναι et λαμβάνειν. perspicuum autem est superioribus Cratini verbis *dare chorum* dici choragum, qui poetae alicui curam committit instruendi chori. tota enim ornamentorum ratio ex argumento fabulae pendebat. Constat autem in delectu poetae spectatum aliquando fuisse, non choragi solum aut tribus unius voluntatem, sed universi populi. Auctor vitae Aescyli scribit, Athenienses tantopere eum poetam fato jam functum amasse, ut lege sanxerint, τὸν βουλόμενον διδάσκειν τὰ Αἰσχύλου χορὸν λαμβάνειν: id est, *ut qui vellent docere Aeschyli fabulas, caeteris praeferrentur, et chorum acciperent.* Quemadmodum autem de poetis dramaticis dicebant δοῦναι χορὸν et λαμβάνειν, sic de aliis qui in theatrum produci solebant, δοῦναι σκηνήν. Athenaeus libro primo, Ἀθηναῖοι Ποσειδῶ τῷ νευροσπάστῃ τὴν σκηνὴν ἔδωκαν, ἀφ' ἧς ἐνεθουσίωσι οἱ περὶ Εὐριπίδην. Haec alibi exposta non legimus: quare interpretibus facile ignosco, in Cratini superioribus verbis plane caecutientibus. Observent autem studiosi desumi istos Cratini versus ex ipsius *Bubulcis*: in cujus fabulae prologo graviter conquestus erat poetae choragi cujusdam contumelia, qui alii nescio cui comico potius quam ipsi chorum dederat. Hesychius: Πυρπερέγγχει, Κρατῖνος ἀπὸ θυράμβου ἐν βουκόλοις ἀρξάμενος, ἐπειδὴ χορὸν οὐκ ἔλαβεν περὶ τοῦ ἀρχοντος ἐστὶν οὗ ἡγήσει. vix est alius in toto Hesychio aequae male acceptus locus, atque hic est. Lego vero, Πῦρ πῦρ, ἐγγχει. Κρατῖνος ἀπὸ διθυράμβου ἐν Βουκόλοις ἀρξάμενος, ἐπειδὴ χορὸν οὐκ ἔλαβε παρὰ τοῦ ἀρχοντος παρ' οὗ ἡγήσει. De eodem Archonte accipiendos censeo et versus istos qui ab Athenaeo hic recitantur. Quare tam insignem Hesychii locum praetermittere nostrum non erat. Cum ait poeta: ὃν οὐκ ἂν ἤξιουν ἐγὼ Ἐμοὶ διδάσκειν οὐδ' ἂν σὺ Ἀδώνια, hoc vult. Si mihi choragi munus fungendum esset, nollem Cleomachum mihi docere vel adoniis, quod festum fuit Athenis non magnae celebritatis: nedum ejus opera uti velim ad Quinquatrus aut Liberalia, quando edebantur ludi omnium celeberrimi. ἐμοὶ διδάσκειν non est *me docere*: sed *docere me chorago*: ἐμοὶ pro ἐμοῦ χορηγοῦντος. sicut *militare alicui* dicitur qui ejus ductu vel auspiciis militat. et jure ita loquitur: poetae enim

in theatro docebant non suo magis quam choragi periculo. Sequitur non longe, ex Clearchi Ἑρωτικῶν libro secundo, ἐς δὲ τὰ Ἀρχιλόχου καὶ τῶν Ὀμήρου ἐπικιχλιδῶν τὰ πολλὰ διὰ τῆς ἐμμέτρου ποιήσεως τούτων ἔχεται τινος τῶν παθῶν, ἀλλὰ καὶ τὰ Ἀσωποδώρου περὶ τὸν ἔρωτα, καὶ πᾶν τὸ τῶν ἑρωτικῶν γένος, ἑρωτικῆς τινὸς διὰ λόγου ποιήσεώς ἐστι. Quis ista interpretetur? nemo Hercule nemo: qui quidem non emendaverit prius. Ita autem scribendum, οὐ μόνον δὲ (vel ἔτι δὲ) τὰ Ἀρχιλόχου καὶ τῶν Ὀμήρου Ἐπικιχλιδῶν τὰ πολλὰ διὰ τῆς ἐ. π. τ. ἐ. τ. τ. παθῶν. ἀλλὰ καὶ τὰ Ἀσ. περὶ τὸν ἔρωτα, καὶ πᾶν τὸ τῶν ἑρωτικῶν ἐπιστολῶν γένος, γένος ἑρωτικῆς τινος διὰ λόγου ποιήσεώς ἐστιν. nihil apertius verbis hisce ita scriptis. Ait Clearchus, amatoria fuisse et Archilochi carmina, et Epiciclidum Homeri magnam partem. quin etiam quae scripserat Asopodorus de Cupidine, et omnes in totum amatoriae poeseos in oratione soluta. Haec omnino mens Clearchi est. Epicichlidum Homericarum nomen saltem ex libro secundo nosse debuerant interpretes. Pessime edebatur διαλόγου, quod ex libris emendatum est in nupera editione. Vere autem dixit Clearchus non multum interesse inter poetarum scripta ἑρωτικὰ, et ejusdem argumenti epistolas: quales videlicet hodieque extant Aeliani, Alciphronis, Aristaeneti et aliorum ἑρωτομανῶν Graeculorum.

CAPUT DECIMUM.

Mensae secundae non semper appositae. Sacaea festum Babylonium. Mos arcendi servos a quibusdam sacris. ἀκλητῆρες βότευς. κλητῆρες. Athenienses Φιλόδοκοι et fycophantae. πύος, πυριότης. Platonis Atlanticus. alia nonnulla.

Sequitur pars libri hujus posterior, qua agitur potissimum de mensis secundis. Has non omnibus conviviis esse solitas adjici, docent nos haec verba, αἱ δεύτεραι καλούμεναι τράπεζαι, πολλάκις ἡμῖν δίδόμεναι, οὐ μόνον ταῖς τῶν Κρονίων ἡμέραις. Qui in Homeri poesi versati sunt, agnoscent loquendi genus poetae aliisque non infrequens, Ῥωμαίων παισὶν ἔθος ἐστὶν ἐστιᾶν τοὺς οἰκέτας, αὐτοὺς τὰς τῶν οἰκτῶν λειτουργίας ἀναδεχομένους. Narratur mox ex Beroso, ἄγασθαι ἐορτὴν Σακκαν προσαγο-

ρευομένην ἐν Βαβυλῶνι. In Hesychii Glossis, *Sacaea* dicitur
 fuisse Scytharum quoddam festum: et Scythae ipsi nomi-
 nantur *Sacaei*. Sed Babylonio potius Berofo credamus,
 qui solemnitatem *Sacaeam* vel *Sacaeorum* suis popula-
 ribus asserit. Dio Chrysostomus oratione quarta de regno
 τὴν τῶν Σακκῶν ἑορτὴν nominat, et Persis attribuit. Ita
 autem describit: Οὐκ ἐννεόηκας τὴν τῶν Σακκῶν ἑορτὴν
 ἢν Πέρσαι ἄγουσιν; λαβόντας τῶν δεσποτῶν ἕνα τῶν ἐπὶ
 θανάτῳ, καθίζουσι εἰς τὸν θρόνον τοῦ βασιλέως, καὶ τὴν
 ἐσθλῆτα διδόασιν αὐτῷ τὴν αὐτὴν, καὶ τρυφᾶν καὶ ταῖς
 παλλακαῖς χρῆσθαι τὰς ἡμέρας ἐκείνας ταῖς βασιλέως.
 καὶ οὐδεὶς οὐδὲν κωλύει ποιεῖν ὡς βούλεται. μετὰ δὲ ταῦτα
 ἀποδύσαντες καὶ μαστιγώσαντες ἐκρέμασαν. *An Saccarum*
solemne ignoras quod Persae celebrant? Vincitorum qui
duci ad supplicium debent, aliquem in sella regis col-
locant, et veste regia ornant, faciuntque ei potestatem
delicate et molliter vivendi regisque pellicibus per eos
dies utendi: neque illum quisquam impedit. quominus
quicquid voluerit faciat: deinde exutum et flagellatum
suspendunt. sed fortasse scripserat Dio Σακίων vel Σα-
 καίων. et si videtur verum nomen hujus Babyloniorum
 ἑορτῆς fuisse *Sesacaea*, quod more suo Graeci corrupe-
 runt decurtaruntque: nam apud Hieremiam prophetam
 duobus locis Babylon nominatur Ἰσὺ Sefac. inde haec
 solemnitas nomen habuit, ut Romani Indi a Roma. Zōi-
 p. 910. γάνην per o parvum scribunt quidam MSS. Ait, Ζῶοι
 ὅταν τῇ Ἡρᾷ θύωσιν δοῦλα οὐ παραγίνονται ἐπὶ τὴν εὐω-
 χίαν. Non solum Coi a suis istis sacris servos arcuerunt:
 sed et alii Graeciae populi sacris quibusdam mancipia
 sua excluderunt: puta Athenienses, cum rem divinam
 Furiabus facerent. testatur Philo in commentario quo pro-
 bat omnes qui virtutem colunt esse liberos. ejus verba
 descripsimus libro quarto, capite vigesimo primo. item
 Aeginetae monophagi, quorum ritus describit Plutarch.
 Κεφαλαίων Ῥωμαϊκῶν quaestione quadragesima quinta.
 [Etiam apud Romanos in sacris Herculis nec servi inter-
 erant, nec libuti. Lege Servium ad librum octavum.]
 αὐτῷ positum pro αὐτῷ, cum dicitur, τὴν τράπεζαν
 ἀφθόνως αὐτῷ κεκοσμημένην τῷ Πελώρῳ παραθεῖναι:
mensam sibi paratam Peloro apposuit. res vulgatissima
 doctos tamen fugit. Torserunt eruditos viros ἀκλητῆρες
 βότρως quorum mox fit mentio in versibus Eubuli. nec
 mirum: nego enim alibi usquam legi racemos istos *acle-*
teres. Sed poetam audiamus.

Ἐν τῷ γὰρ αὐτῷ πάνθ' ὁμοῦ πωλήσεται,
 ἐν ταῖς Ἀθήναις οὐκ ἀκλητῆρες βότρυς,
 γογγυλίδες, ἄπιοι, μῆλα, μάρτυρες, ῥόδα,
 μέσπιλα, χόρια, σχαδόνες, ἐρέβινθοι, δίκαι,
 πύος, πυρεῖα τε, μύρτα, κληρωτήρια,
 ὑάκινθοι, ἄρνες, κλέψυδραι, νόμοι, γραφαί.

Quid igitur sunt ἀκλητῆρες βότρυς. iterum nego tibi Graecam eam dictionem esse: nam qui accipiunt pro ἀκλητος. honestius tacuissent. Legendum, Ἐν ταῖς Ἀθήναις οὐκ κλητῆρες, βότρυς; vel οὐ κακλητῆρες, β. Jocatur poeta tota hac pericopa, et specie laudantis Atheniensium τὸ Φιλόδικον acriter infectatur. Eum populum litium et judiciorum fuisse amantissimum, omnes sciunt, qui Aristophanem saltem legerunt. Ideo ingeniosus poeta Athenas laudare simulans, ut omnium rerum ad victum necessariarum copia abundantes, simul ea commemorat ex quibus veteratorum eorum ingenium appareat. Eo spectant insertae voces singulae singulis versibus, secundo, tertio, quarto et quinto: κλητῆρες, μάρτυρες, δίκαι, κληρωτήρια: in ultimo vero tres istae, κλέψυδραι, νόμοι, γραφαί. Omnia haec forensia sunt vocabula: quorum exponendi non hic est locus. Et si sunt multorum ingenia a veritate averfa: non putamus tamen reperiri aliquem posse qui de nostra hac emendatione vel dubitet. κλητῆρες dicebantur, qui reos in jus vocabant. Scribe in quarto χόρια per o. ut in illo Theocriti, χαλεπὸν χορίων κύνα γεῦσαι. In quinto versu nihil significat quod ad rem faciat τὸ πυρεῖα. Potest legi πύος πυρός τε *colostrum et frumentum*. Verius tamen censeo, πύος, πυριάτης, μ. Aristophanes Vespis, ἔζων ἐν πᾶσι λαγωῖς, Καὶ στεφάνοισιν παντοδαποῖς, καὶ πύω καὶ πυριάτῃ. utrumque nomen lac significat, sed cum aliqua differentia. scholiasten vide. Ferri potest paulo post, ἕως αὖν περὶ τῶν ἐπιδορπισμάτων εἶπῃ. ut sit oratio Ulpiani de Pontiano ad convivas directa, non ad ipsum Pontianum. aut scribe εἴποις. In versu Philippidae, Ὀλῆν λέγοντά μ' ἐπιλῑποι τὴν ἡμέραν, absurdissima lectio ferenda nobis non est: sed ad hunc modum corrigenda. Ὀλῆν λέγοντά μ' ἐπιλῑποι γ' ἢ ἡμέρα: *vel integer dies me deficiat si narrare aggrediar*. Non video difficultatem ullam in Sophili ecloga e *Deposito*. Ἐδύγε μετ' ἀνδρῶν ἐστὶν Ἑλλήνων αἰεὶ Συνάγειν. etc. in versione tamen Dalecampii vix aliquod vestigium deprehendas verae sententiae: quae est haec: *Jucundum semper est cum Graecis hominibus convivere*

agitare: res est plane elegans: nemo ibi clamat, Infunde duos cyathos: nam commissatum est eundum ad Tanagricam: ut ibi decumbens pro secundis mensis comedat asininas mattyas. συνάγειν accipe, ut Athenaeus ipse docuit libro octavo. Qui haec loquitur comparabat Graecorum elegantiam et modestiam in conviviis, cum petulantia Barbarorum, puta, Thracum, aut Asiaticorum. Platonis locus de quo Athenaeus, Πλάτων ἐν τῷ Ἀτλαντικῷ μεταδόρπια αὐτὰ καλεῖ ἐν τούτοις, extat in Critia dialogo, qui et *Atlanticus* inscribitur, propter illum de Atlantide insula sermonem. Sed more suo Athenaeus alienam sententiam partim auctoris, partim suis verbis refert. At Dalecampius putavit esse versus Platonis comici. Non capio prima verba: πάντα τε εὐώδης ἐφαίνεται τοῖς κατοικοῦσιν ἢ γῆ. Sed accedendum propius ad Platonis mentem simul et verba, scribendumque, πάντα τὰ εὐώδη ἔφους τότε τοῖς κατοικοῦσιν ἢ γῆ. in haec verba contraxit, quae dixit Plato pluribus: ὅσα εὐώδη τρέφει πού γῆ ταῦν, ῥιζῶν, ἢ χλόης, ἢ ξύλων, ἢ χυλῶν ἢ στακτῶν, εἴτε ἀνθῶν, εἴτε καρπῶν, ἔφερε τε ταῦτα καὶ ἔφερβεν εὖ.

CAPUT UNDECIMUM.

Philyllii Φρεωρύχος. ἐπιδορπίσασθαι pro comedere. Προν. Ἀβυδηνὸν ἐπιφόρημα. Hesychii locus. ἐπιτραπεζώματα. bellaria dicta παροψωνήματα. ἀμφὶ δεύτατα apud Pindarum. alia quaedam.

ΦΙΛΥΛΛΙΟΣ δ' ἐν Φρεωρύχῳ Φησι. Pollux lib. 7. sub finem, καὶ Φρεωρύχος εἴη ἂν τέχνης εἶδος. Φιλυλλίῳ γὰρ δρᾶμά τι ὁ Φρεωρύχος. τὸ δὲ Φρεωρύχον ἐργαλεῖον παρ' αὐτοῦ καλεῖται τορεύς. ita scribendum, non τόρευσις. aliis hoc instrumentum vocatur τόρος. at vide ejusdem Poll. lib. 10. cap. 31. cur autem paulo post repetantur haec verba ab Athenaeo, causam video nullam, et suspecta hic nobis librorum fides. καὶ Ἀρχιππος ἐν Ἡρακλεῖ, καὶ Ἡρόδοτος ἐν πρώτῃ. Nulla prorsus causa est cur hic nominentur duo isti scriptores: nam statim, id est, suo loco, eadem verba repetuntur, nescio qua occasione bis posita, cum semel debuissent. Postquam docuisset auctor secundas meas dici ἐπιδορπίσματα et ἐπιφορήματα: nunc addit, veteres aliquando ulos voce

ἐπιδορπίσασθαι pro *ἐντραγῆν comedere* simpliciter, non *bellaria comedere*. parique ratione *ἐπιφορήματα* appellasse cibos omnes praeter panem, id est, *opsonia* et *τὰ προσφάγια*. Usum hunc verbi *ἐπιδορπίσασθαι* nullo exemplo firmat: dictionis alterius duo affert testimonia, Archippi unum, alterum Herodoti. His cognitis de leo. p. 912. tione facile statuet acutus lector. Sequitur, τὸ μόντοι κατὰ τὴν παροιμίαν λεγόμενον Ἀβυθηνὸν ἐπιφορήμα, τέλος τί ἐστὶ καὶ † ἐναιμένον. Lego, τέλος τί ἐστὶ καὶ ἑλλιμένιον: [sive ἐνλιμένιον (nam utroque modo scribi potest.)] *Vectigal est aliquod et portorium*. posterior vox priorem explicat: nam τέλος generale nomen est ejus species ἑλλιμένιον: vectigal quod in portu penditur, ei qui Athenis vocabatur ἑλλιμενιστής. Hoc igitur Athenaeus voluit: proverbio isti occasionem praebuisset illud portorium: quod cum acerbè exigeretur, improbiſſimis portitoribus ansam saepe dedit multa per calumniā peregrinis eripiendi. Omnis enim exactio, quod ait Suetonius in Augusto, calumniarum leges et benigna materia est. Ex his intelligimus quod scribunt Graeci in proverbii hujus explicatione. εἴρηται, ajunt, ἡ παροιμία καὶ ἀπὸ τοῦ ὑπ' αὐτῶν συκοφαντεῖσθαι τοὺς ξένους. ὅθεν Ἀριστοφάνης τὸν συκοφάντην Ἀβυθνοκόμην (Hesych. et Eustath. Ἀβυθοκόμης) εἶπεν. Usum adagionis docent: causam non aperiunt: quam nostra hujus loci emendatio et interpretatio palam facit. Porro quod apud Hesychium: Ἀβυθηνὸν ἐπιφώρημα scribitur pro ἐπιφορήμα, mendosum censeo, ut alia multa in eruditi illius critici Glossis. quod non animadverterit ille vir doctus, quem Hesychii librorum depravata lectio impulit, ut de hoc Athenaei loco absurda quaedam scriberet. Ita saepissime errorem gignit error. Non video causam cur Athenaeus in isto Platonis versu, ὡς ὀλίγα λοιπὰ τῶν ἐπιτραπεζώματων, exponat ἐπιτραπεζώματα bellaria. melius Hesych. qui simpliciter exponit, *cibi mensis impositi*. hoc enim est ἐπιτραπεζοῦσθαι: quod non est proprium mensis secundis: sed omnium commune quae mensae imponuntur quacunque de causa. Ita dixit Sophocles, Ἀπυρδάκωτος οὐ τραπεζοῦται κύλιξ. λέγεσθαι ὑπὸ τῶν ἀρχαίων τραγᾶλια. Videtur ita scriptum fuisse ὑπὸ τῶν ἀρχ. τραγᾶλια· τραγᾶλια γὰρ ἐπιδορπισμὸν εἶναι. habes post aliquammultos versus eundem locum Aristotelis plenius descriptum: unde haec et exponenda sunt et corrigenda. δαίπνου δὲ λήγοντος γλυκὺ τραγᾶλιον. Et

Casaub. Anim. in Athen. T. III.

M

Clemens Alex. et Eustath. sola haec sine sequentibus verbis proferunt. Idem Clemens eleganter alicubi τὸ τροπάλιον vocat παροψώνημα: nam ut opsonia adjiciuntur pani: sic hellaria opsoniis deliciarum causa acceduntur.

Ὁρᾷς τὸν εὐτράπεζον ὡς ἡδὺς βίος. *Viden' quam sit jucunda eorum vita inter struices, deliciarum patinarum?* Ex mente Athenaei Pindarica haec τραπέζαισι δ' ἀμφὶ δεύτατα πρεσβῶν Σέθεν διδάσαντο, καὶ Φαγόν, debebant vertere interpretes, *In mensas circa ultima* (id est, exitum convivii) *tuarum carniū frustra dividerunt et comederunt.* aliter exponunt alii: nihilo fortasse deterius. sed cum secundas mensas probare hinc velit auctor, ineptum est, aliter hic interpretari. Postea producit testimonium Achaei: in cujus interpretatione viri docti nihil nisi peccata peccatis cumularunt. Primum ita lege totum locum.

p. 913. A. Θέλω σε πρῶτον τέρψομαι. πᾶρσσι γάρ.

B. τὸ δεύτερον δὲ τῷ με κηλήσαις τρόπῳ;

A. μύρω σὲ χρίσω πάμπαν εὐόδμῳ δέμας.

B. ὕδωρ δὲ νίψαι χεῖρας οὐ πρόσθεν δίδως;

A. ναί. καὶ τράπεζά γ' ἐκποδὼν ἐπαίρεται.

Ita autem explica: A. *Epulis primum te oblectabimus: adest enim earum copia.* B. *deinde autem quo me oblectabis modo?* A. *Unguento odorato corpus totum [vel Ung. prorsus odorato corpus] tibi inungam.* B. *Quid? aquam lavandis manibus non prius dabis?* A. *Sane atque e vestigio mensa auferetur.* Mensam hic intellige secundas mensas. nam auctoris mens, de qua ne minimum quidem suboluit interpretibus, haec est. Probare instituit, veteres sine distinctione primae aut secundae mensae, τραπέζαν simpliciter appellasse et primas et ultimas epulas. Achaei locus de ultimis intelligendus est, quae sunt aliis secundae mensae. sic etiam accipiendum apud Xenophontem in Symposio, ὡς δ' ἀφ' ἡμέθης αἱ τραπέζαι. et fortasse etiam in hoc Platonis versu, τί οὐ τρέχων σὺ τὰς τραπέζας ἐκφέρεις; atque omnino quoties apud poetas mensae remotae dicuntur. Aristophanes eo loco quem auctor subjicit, de primis epulis loquitur: sicut passim Homerus et alii scriptores, quando τραπέζαν παρατεθήναι dicunt. Scribe mox, ὅντως γὰρ ἐπιδόρπις μὸς τραγηματισμός τις ἐστίν. sic etiam Eustath. recte: non οὕτως. Antiphanis versus ita distingo et scribo, juvenibus MSS.

Οἶνον. Θάσμον πίνοις ἄν; εἴτις ἐγγίχει
 πρὸς ἀμυγδαλάς δὲ πῶς ἔχεις; εἰρηναῖος.
 μαλακὰς σφόδρα, δι' αἷς μέλιτι προσταίξαι δέαι.
 μελ/πηκτα δ' εἴ σοι προσφέραι; τρώγοιμι ἄν.
 κ' ὦν δὲ καταπίνοιμι ἄν, οὐδ' ἄλλου τινός.

Tertium versum praestare nolum sincerum. sane in Excerpt. unde Eustath. describit ad ῥαψ. α. Ὀδυσσ. pro Μαλακάς σφόδρα, solum est μάλλον. Postea scribe cum Dalecamp. ἐν δὲ Ὀμοίαις. Fabulam Antiphanis Ὀμοίαις inscriptam, laudat dipnosophista. non semel.

CAPUT DUODECIMUM.

Ἀληθεσμένος. βίος quid dicatur. grati cibi Θεοῖ
 nuncupati. καλῶς ἔχει, formula gratias agendi.
 ἐπαίκλια vel ἐπαίκνια. καὶ ναβίδες. ἀεριστοτητα
 μέλεα.

NIHIL nobis membranae conferunt ad salutem horum
 versuum ex Amphidis *Gynaecomania*:

Ἦδη περ' ἤκουσας βίον ἀληθεσμένον.

αἰτοῦ. τυχεῖν ἔστι σαφῶς. †

Est vero scribendum in priore quidem ἀληθεσμένον: poster-
 rior autem sic: Αἰτοῦ. τυχεῖν γὰρ ἔστι τούτου σοι σαφῶς.
 Pulcherrimis versibus describit poeta beatorum hominum
 vitam, rerum omnium bonorum et sanctorum copia abun-
 dantem. atque hanc vocat *Amplis vitam molitam*: id
 enim est ἀληθεσμένος βίος. Scio emendatum a viris doctis
 ἀληθεσμένον. ut sit *uncta vita*. sed errasse illos graviter,
 id quoque scio. Inter Graecorum parpennias refertur etiam p. 914.
 ista ἀληθεσμένος βίος; cui similes sunt aliae paroemias,
 βίος μεμαγμένος, et βίος ἐξηυλημένος. Opponitur *νῆτα*
molita, vitae primorum hominum, qui, ut creditum est,
 gaude se sustentabant: item eorum qui primis proximis
 frugibus non molitis sed tantum frugibus vesciebantur. His
 successit tertium genus hominum, qui et fruges molare
 ceperunt et circa victum esse curiosiores. Haec illa est
molita vita, jure caeteris praelata. Porphyrius Περὶ ἀπο-
 χῆς ἐμψύχων. lib. 2. de prioribus duobus vivendi gene-
 ribus locutus; ταῦ δὲ ἀληθεσμένον βίου παρατὰ πρόσθεν
 μακαρισθέντος, ἀπὴρξαντο τῆς ψαυσθείσης τροφῆς πρῶτον
 εἰς πῦρ τοῖς Θεοῖς, omitto quas Graeci paroemiographi
 et Eustath. Ultima versus ῥήσας, hujus ita habet, Ὁμό-

ματα τῶν δώδεκα θεῶν διαλήλυθας. quem si capio recte, voluit dicere qui eum pronuntiabat, superioribus versibus nominata esse genera duodecim eduliorum, non minus sibi gratorum quam duodecim qui dicebantur dii. Sic apud alium poetam, pisces a proceribus gulæ expeti soliti, θεοὶ nominantur, ut expositum est libro 3. capite quarto. Cum igitur praecedentibus Amphididis versibus non duodecim, sed septem solum ciborum nomina inveniantur: desiderantur, opinor, quinque aliorum eodem spectantia nomina, simili versu comprehensa ut hic est Γογγυλίδας, ἄπιοι μῆλα, βότρυες, ῥοαί, vel ῥόδα. Emenda et hunc Anaxandridae, Οὕτω παρέζων χρηστῶς οὐκ ἐζωντό τε: ac lege, οὐκὼ γὰρ ἐζων χρηστῶς, ὡς ἐζων τότε. *non dum enim mihi contigerat laute vivere, ut tunc vixi.* In proximo versa Clearchi. Δάβ' ὕδωρ κατὰ χειρός. μηδαμῶς. καλῶς ἔχει. λάβ' ὃ γὰρ. τὸ καλῶς ἔχει, formula est qua utebantur cum vocati ad coenam ire nollent, sed gratias agerent, ut dicebamus ad Theocritum. Deinde scribe. Οὐδέν χαῖρον. καὶ ἐπιτίθει ἐπὶ τὴν τράπ. Postea, Κάργους ἔχειν μηδέποτε τὰς σιαγόνας. et μοχ, Ὅψοις καὶ ζῶμοις ἀηδοῦμ' ὃ θεοί. Sequitur, Ἀπὼν δὴ καὶ Διόδωρος ὡς Φησι Πάμφικος, ἐπέκλεια Φησι καλεῖσθαι τὰ μετὰ τὸ δεῖπνον τραγήματα. Pro Διόδωρος, melius in nonnullis scriptam, Ἡρόδωρος. ut semper alibi. Etsi autem ἐπέκλεια scriptum in omnibus libris etiam Excerpt. tamen ἐπαίκλια legendum aut ἐπαίκνια. ita dictum ἐπαίκλιον Doribus, ut aliis ἐπιδόρπισμα. nam αἰκλον aut αἰκνον idem ac βρῶμα, plura lib. 4. et Eustathius. Legitur statim in Excerptis, Ἐφίππος δὲ τραγήματα ἀπαριθμούμενός Φησι. Pro Φοινίκου βίος, melius Φοινικικοῦ. et libro primo. item παραμαύντας τινὰς παραβόσκομεν, vel παραμασῆτας. nam utrumque dicitur, non παραμασύλτας. venuste allusum est ad parasitorum nomen verbo παραβόσκειν. Veteres dictionem βράχος non agnoscunt. βρύγμος quid sit nescio, nisi si ἐρειγμός scribendum. πανναβίδες auctore Hesychio interea censebantur quae sufficiebant. sed scimus nos relatum a Galeno etiam cannabi semen inter ea quibus vescerentur. alioquin tentari poterat ex libr. 4. num καμματίδες, sit legendum, quod nobis quidem non probatur. De Philoxeni Cytherii loco dictam libro quarto, capite 11. In pericopa Antiphanis

sentiant, sed scribendum ut et versui consulatur, et sententiae, τὰ πρῶτα μὲν γὰρ ὀνόμασιν ἰδίῳσι κ' οὐ κοινοῖσι χρ. π. et versu 4. Ἐπειτα τὰ μέλη μετ. Sextus eget tubicine qui labantem fulciat. Scribe, Ἐκσῖνος εἰδῶς ὡς ἀληθῶς μουσικήν. Penultimi versus scripturam refutat lex metri. Potest legi Ἀνθροί τε παστὰ μέλεια. sed premenda magis censeo vulgatae lectionis vestigia: praesertim cum etiam in Excerptis sit scriptum, Ἀνθροίποτα. Lego, Ἀερσιπότητα μέλεια μελέοις ὀνόμασι Ποιούσιν ἐμπλέκοντας ἀλλότρια μέλη. Quae sublimia sunt Graeci dicunt ἄρι ποτᾶσθαι. Euripides de Tantalō in Oreste, Ἄρι ποτᾶται καὶ τίνας ταύτην δίκην. inde ἀερσιπότητα, vel ἀερσιπότητα carmina tumida et inflata. μέλεια μέλη, infelicia et fatua carmina.

CAPUT TERTIUMDECIMUM.

Περμφθεις pro πέμφας. ἀσπλαγχνος. ἀπλάκουντος. *Parianae placentaе. Alexis ab Athenaeo reprehensus.* Πάρος pro Πάριον *Samiae placentaе. Placentarum aliquot genera, et nomina exposita.* enchytos, amulus. *Menandri Πτωχή ἢ Ροδίαι. Hecatae insula. ἄττανα et ἄττανίτης. epichytus. κρηῖον.*

ΟΤΧ ὡς τοῦ Ἀλκιβιάδου πεμφθέντος Σωκράτει. vel scribendum τοῦ ὑπ' Ἀλκιβιάδου πεμφθέντος. vel formationi passivae agendi significationem attribuit: ut solent Graeci saepissime. Deest aliquid ex quo possit intelligi mens istorum, μνημονεύων οὖν ὁ κωμικὸς Πλάτων εἰρημ. Non etiam intelligo, quid sit in Platonis versu, ἀσπλαγχνος ἐνιαυτίζομαι. [an est verius ἐνιαυτίζομαι?] sine visceribus et carnibus perennes. σπλάγχνα Graeci appellant, ut alibi dicebamus viscera victimarum et quaecumque peractis sacris edebantur. inde ἀσπλαγχνος Platoni qui oaret illis epulis. licenter more comicorum usus est hac voce. itaque Galenus cum libro tertio De dogmatis Hipp. et Platonis varias hujus dictionis significationes accurate explicaret hanc non attigit. Platonis sunt et illa duo vocabula, Ἀπλάκουντος, ἀλιβάνωτος. sine placenta, sine thure. mirum fuisse qui aliter sentirent, nam Athenaeus, solum ob vocem ἀπλάκουντος Platoniceam χρῆσιν recitavit.

Alexidem reprehendit Athenaeus, quod Parianas placentas, quae olim in fama erant, putaverit ab insula Paro sic dici: cum ab Hellepontii urbe Pario ita dicerentur. ibi enim fieri optimas, non in Paro insula, de qua tamen sensisse Alexim, non potest ambigi. clara enim sunt illius verba:

Ὡς τὴν εὐτυχέα ναίων Πάρον ἄλβια πρέσβυ·

ἢ κάλλιστα φέρει χώρα δύο τῶν συναπασσῶν

κόσμον μὲν μακάρεσσι λίθον, θνητοῖς δὲ πλακοῦντας.

constat vel ex Plinii lib. 36. cap. 4. marmor Parium, non aliunde quam ex insula Paro fuisse petatum. quare non licet hic poetam excusare, quasi Parum appellasset
p. 916. quae vulgo dicebatur Parium. cujus excusationis venerat in mentem nobis, recordantibus Aristophanei versus ex Vespis, Ἐγὼ δὲ τεθωρήκα πώποτ' οὐδαμοῦ Πλὴν ἐς Πάρον. nam vetus interpretes *Parum* hic manifesto accipit pro *Pario*, nisi imponunt nobis vulgati codices, τὸ δὲ Πάρον, ait, πόντου πόλις. καὶ παροιμία, Ἐν Παρίῳ ψυχρόν μὲν ὕδωρ, καλαὶ δὲ γυναῖκες. *Samias placentas*, fuisse in pretio et Julius Pollux observat: εὐδόκιμοι, ait, καὶ οἱ Σάμιοι πλακοῦντας. Deinceps genera placentarum recensentur, quarum nomina legerat dipnosophista apud scriptores priores. Conferendus hic locus cum iis quae libro tertio de panum variis nominibus et formis sunt scripta. Omnia hoc genus ἄρτου appellatione sunt complexi. Et primo Galeni de facultatibus alimentorum dicere est, quid differant ἄρτος, πέμμα πλακοῦς, ἴτριον. ENCHYTOS unde nomen invenerit, declarant Catonis verba in eo capite, quo docet quemadmodum fieri debeant. *ita in unguen caldum fundito*. De subjecto Menandri loco diximus libro quarto capite 21. Inde corrige, Σεμίδαλιν ὡς. πάντα γὰρ τὰναντία. Fabula Evangelii quae Ἀνακαλυπτομένη hic dicitur, consentientibus libris omnibus, Suidae est Ἀνακαλυπτόμενος. Videtur autem Athenaeus parum integre locum Evangelii descripsisse. ut plane sit ἀδύνατον, mentem poetae in his versibus pervidere. Duorum qui una fabulantur, alter nuptialis convivii apparatus fusc persequitur, alter indignabundus ut videtur, ipsum aliquoties interpellat: ut cum ait, ὡς ἀλαζών ὁ κατάρτος. et καὶ Δρόμων. quae a praecedentibus sequentibusque separanda sunt τελείαις στιγμαῖς. Ita autem membranae omnes et antiqua exemplaria. Neque est necesse corrigi, ἐγγύτους πλακοῦντας. Nam et Graecis et Latinis *enchytus*, ut alia id genus nomina

omnia, simpliciter usurpare moris est. Scribam deinde, *κάνδυλον, ὡς τ', ἀμύλιόν τε. τὸ πέρας, ὕψος τῆς τραπέζης πηχέων ἕστω τριῶν.* enumeratis sigillatim omnibus quae ad epulas voluit adhiberi, In summa, inquit, patinarum super mensa struicem fac esse trium cubitorum. AMHΣ, ut placet grammaticis dictus est ab aviditate comedentium *ἀπὸ τοῦ ἐξαμαῖσθαι αὐτὸν σπουδῇ ὕφ' ἡδονῆς, ὡς μέλιτι καταρδόμενον. quod prae voluptate cupide diripiatur, ut melle rigatum.* vel ab *ἄμα.* mutato spiritu, ut saepe in derivatis: quod multa in unum conjiciant qui ametum faciunt, sive *amulum*: de quo M. Cato capite octuagesimo septimo, Menandri corruptissimum testimonium, *τὸν ἄμητα χαίρισκου καὶς ἐς πέττιν τινα,* jure arbitrario sic constituimus: *τὸν ἄμητα χαίροις που εἰ ἔπειτόν τινα;* At Iones, *ἄμην αὐτὸν καλοῦσιν.* Helychiō neque *ἄμη* neque *ἄμης* rectum est, sed *ἄμήν.* ut legi possit, *ἄμήνα αὐτὸν καλοῦσι.* ΔΙΑΚΟΝΙΟΝ quid sit parum explicat noster: Suidam omnino lege. Erat editum, *Φιλῆμων ἐν Πρωχῷ Ἡροδία. Ἀρτεμι Φίλῃ δέσποινα,* etc. Dalecamp. emendavit *Ἐνοδία Ἀρτεμι.* nos fecimus ut esset *Πρωχῇ ἢ Ῥοδίᾳ,* ut extat alibi. videtur esse id drama quod *Ῥοδίας* inscribit Pollux libro decimo, cap. 31. *Hecaten* Diphili nominat idem scriptor lib. 10. cap. 20. p. 917. ΒΑΣΥΝΙΑΣ placentaе nomen Barbaricum. de eo sic scribitur ex Semo. *ἐν τῇ τῆς Ἐκάτης νῆσῳ τῇ Ἰριδι θύουσιν Δῆλιοι τοὺς βασυνίας καλουμένους.* omnia hic corrumpunt interpretes. Hecatae insulam putabamus esse unam earum parvarum quas *Hecatonnesos* vocabant: sed appellationis illarum aliam causam affert Strabo libro 13. Audiamus igitur Helychinum, *Ἐκάτης νῆσος ἢ περὶ Λέσβον.* vel Suidam: cujus verba notatu digna. *Ἐκάτης νῆσος· περὶ τῆς Δήλου καὶται τι νησίδριον, ὃ ὑπ' ἐνίων Ψαμμίτη καλεῖται. καλεῖσθαι δὲ οὕτω φασὶν αὐτήν, διὰ τὸ τοῖς ψαμμίτοις τιμᾶσθαι τὴν θεόν. ΨΑΜΜΙΤΟΝ δὲ ἐστὶ ψαιστῶν τις ἰδέα.* Lege etiam Harpocrationem unde habet Suidas. *Iris* notae ex Homero et aliis poetis deae nomen est: non autem loci, ut absurde existimarunt. ΣΤΡΕΠΤΟΙ καὶ ΝΕΗΛΑΤΑ. τούτων μνημοναύει Δημοσθένης. Verba oratoris, *μισθὸν λαμβάνουσι τούτων στρεπτούς καὶ νεήλατα.* plura de his vocibus grammatici. ex iisdem, pete vocis *δευδαλίδες* in Nicocharis versu, interpretationem. EPICHYTUS cum *euchyto* pene idem. dicebatur et ATTANITHΣ, vel ut in Excerpt. *ἄττανίστης. Ἄττανα,* vocabant τὰ τήγανα. inde *ἄττανίτης* πλακοῦς,

pro *τηγανίτης*. in *sartagine frictus*. sic libro tertio ἄρτος *τηγανίτης*. Fuerunt et *attalides*, diversum ab *attanitis* placentarum genus. Hipponacteos tres scazontes ita distingue, ac scribe,

Οὐκ ἀτταγάς τε καὶ λαγῶς καταβρύκων.
οὐ τηγανίτας σησάμοισι Φαρμάσσων,
οὐδ' ἀττανίτας κηρίοισιν ἐμβάπτων.

KPHION placentam, carnes immixtas habuisse: aut in-
tus recepisse, instar earum quas vernaculus sermo *pastas*
vel *pastez* vocat, suadet nomen. nam κρήϊον apud nescio
quem exponitur ab Hesychio κρεοδάχον. ΓΑΤΚΙΝΑΣ
aliis cum duplici *vv* scribitur.

CAPUT QUARTUMDECIMUM.

Ἐμπέπτται. Hesychii locus emendatur. encrides,
epicycli. spira. γῶρος. κριβάναι. κριμνίτης. κρίμνα
ἐσχαρόπεπα. χαρίσιος. ἐπίδαιτρον. nanus et na-
fus ἄμορα. χόρια παισά. echinus. cotyliscus.

ΕΜΠΕΠΤΑΣ, ὁ αὐτὸς Φησὶ πύρινος ἄρτος κοῖλος καὶ
σύμμετρος, ὅμοιος ταῖς λεγομέναις κρηπίσιν· εἰς ἃς ἐντί-
θενται τὰ διὰ τοῦ πυροῦ σκευαζόμενα πλακούντια. Con-
ferri debent cum istis verba Hesychii non semel corrupta,
sed multifariam. Ἐμπιπα, πλάγια τὰ πύρινα εἰς ἃς ἐν-
τίθενται τὰ διὰ πυροῦ ῥόδιοι. liquido claret de re eadem
utrumque loqui. Itaque ἔμπεπται scribe: nisi melius apud
utrumque legere ἔμπεπτα pro πλάγια τὰ, scribendum
πλακούντια. et εἰς ἃ, non εἰς ἃς: nisi desunt vitio Li-
brariorum quae habet hic Athenaeus: apud quem recte
εἰς ἃς. describit istas κρηπίδας Pollux libro sexto, capite
11. dictum aliquid de istis supra libro secundo. Illud
probo in Hesychiana lectione τὰ διὰ πυροῦ σκ. non πυ-
p. 918. ροῦ, ut in omnibus Athenaei codicibus. inde censeo cor-
rigamus. In Excerpt. corrupte διὰ κηροῦ. ENCRIDES
verbis pene iisdem grammatici describunt. Extat id ver-
bum aliquoties in bibliis Graecis. ΕΠΙΚΤΚΛΙΟΣ spira
Catonis fuerit potius quam *globulus*. nam aliud κύκλος
aliud σφαῖρα. spira vero sive σπεῖρα, quid aliud nisi
κύκλος ἐπὶ κύκλῳ? ut cum serpens conspirat se, aut cum
ora soluta conspiratur. idem igitur *enicycli*us et *spira*.
Deinde subiicitur ΓΟΥΡΟΣ ὅτι πλακούντος εἶδος, ὁ Σό-
λων ἐν ταῖς Ἰάμβοις Φησὶ. In Excerpt. est γῶρος. et

praetermissa voce κυριβάνας, quae statim sequitur, goro
 five guro tribuuntur, quae in libris nostris de cyribanis
 dicuntur: esse nimirum placentae genus Laconicum. Ve-
 teres membranae stant ab edita lectione. esse tamen La-
 conicam vocem γῶρος Hefych. indicat, cum scribit, Γω-
 ροῦται, σαργοῖ, Λάκωνες. Solonem in *Jambis*, laudat
 Pollux quoque libr. 10. cap. 24. καὶ ἴδην δὲ τὴν θυσίαν
 κέκληκε. Σίλων ἐν τοῖς Ἰάμβοις λέγων, Σπεύδουσι δ' οἱ
 μὲν ἴδιν, οἱ δὲ σιλφιον. Οἱ δ' ἔξος. Ita scribimus illum
 locum. deest verbum Φέροντες, aut simile aliud. Remanfit
 hoc pistorii operis nomen in Gallico sermone, leviter
 corruptum: *gaufros* enim dicimus. ΚΤΡΙΒΑΝΑΣ ex-
 plicans inquit auctor, καὶ Σωσίβιος ἐν τρίτῳ περὶ Ἀλκ-
 μᾶνος τὸ σχηματοειδέως εἶναι φάσκων αὐτοῦς. non facile
 est divinatu quid hic significet vox σχηματοειδέως. prae-
 terea illud τὸ mendam arguit. Membranae, ut saepe,
 destituunt nos. Excerpta sic, Γῶρος. οὗτος τῷ σχήματι
 μαστοειδέως ἐστὶν ὡς Φησὶν Ἀλκμᾶν. Audiamus Athenaeum
 ipsum scribentem libro 3. Σωσίβιος ἐν τρίτῳ περὶ Ἀλκ-
 μᾶνος, κυριβάνας Φησὶ λέγεσθαι πλακρύντας τινας, τῷ
 σχήματι μαστοειδέως. Inde nobis emendandus iste locus.
 κυριβάνας autem scripsimus, non ut vulgo κριβανα. ne-
 que ut hic editum κυριβάνας. id enim rectum non esse
 evincit Hefych. Scribe ex MSS. Ἀπολλόδορος παρὰ Ἀλκ-
 μᾶνι. ΚΡΙΜΝΙΤΗΝ placentam intelligi existimo ab Hip-
 pocrate Ἐπιδημίων libro quarto, cum scribit, ἀντὶ σιτίων
 ἐσχαροπέπων κρέμων ἀποφαγόντι. ἡ γαστήρ συνέστη. et
 fortasse ἐσχαροπέπων melius. ΧΑΡΙΣΙΟΣ deinde recen-
 setur: vel χαῖρσιον. caussa nominis explicatur libro se-
 quente, ubi est χαρίσια τά: et sic Hefychius. sed τὸν
 χαῖρσιον habes hic in Eubuli versu. ΕΠΙΔΑΙΤΡΟΝ vi-
 detur esse quod omnium postremum dividebatur convivis.
 Hefychius ἔψον interpretatur laxè nimis: ΝΑΝΟΣ qui
 interpretatur ἄρτος πλακουντώδης, libro tertio ναστὸς di-
 cebatur inter genera panum. ut ita sentiam adducit me
 Hefychius, qui ναστὸν exponit ἄρτον εἰς θυσίαν πλα-
 κουντώδη. Pollux quoque in tractatione de placentis,
 ναστοί, ait, οἱ αὐτοὶ καὶ σακτοὶ καλοῦνται. nanos in censu
 placentarum non legi alibi. Athenaeus tamen disertè et
 nanum et nastum placentes agnoscit separatimque ex-
 plicat. ΨΩΘΙΑ praeter Athenaeum invenias vix alius
 qui annumerarit placentis: et verior est altera expositio.
 ΑΜΟΡΑ Hefychio est *similago cum melle cocta*. eidem
 ἀμοργῖται dicuntur quaedam placentae. Athenaeo paulo

post AMOPBITHΣ. Notatu dignum, in album placen-
 p. 919. tarum referri et XOPIA: eo videlicet nomine, quod
 melle et lacte pararentur. ΠΑΙΣΑ nusquam invenio.
 huc tamen referri debet quod scribit Hesychius, *πάσσαντον*
 dici eum qui panem aut vendit aut facit. Scribe mox
καλλαβίδας δὲ βάλναι, ut superius. pro *σησαυίδας δὲ*
χέζει, Epit. ὄζει. non est vera emendatio, etsi hone-
 stior oratio. EXINOΣ auctoribus Hesychio et Polluce
 libum vel placenta fuit *νησιωτικὴ*, id est, Rhodi et in
 aliis insulis fingi solitus. ΚΟΤΤΑΙΣΚΟΣ, inquit Athe-
 naeus, placenta erat *ἐκ τρίτου μέρους τῆς χοίνικος*. appella-
 tionis causam continent haec verba: nam choenix tres
 solum cotylas capiebat. In CHOERINARUM descriptione
 scribit Eustath. *γίνεσθαι γὰρ ταύτην ἐκ πυρῶν παφρυγ-*
μένων. id enim erat usitatus quam *παφωσμένων*, quae
 vera est *γραφή*. sic *παφωσμένος φακός* apud Hippocratem,
 et similia in his libris.

CAPUT QUINTUMDECIMUM.

Chryssippi Tyanei Ἀρτοκοπικόν. ἀρτοκόπος. ἀρτο-
κοπεῖν. Percurritur locus illius ab Athenaeo
relatus. Ταραντίνος. Κρασσιανός, Σικελός. Ora-
tus Siciliae. κλουστρον pro κροῦστον, crustum.
Error Graecorum in peregrinis vocabulis. cru-
stum Julianum, Apicianum, Canopicum, pellu-
cidum. ἡγλαῖσμένα. ἐλαιουῖσθαι. πλίκιος πλα-
κοῦς. γουττάτος. crustum Coerianum. κροῦστον
τουττάτον. Ταβωνιανόν. μουστάκια. κρ. πού-
ριον. scriblita, subitillus, savillus. λούκουλλοι.
λίβος, κίρκος. κλουστροπλακοῦς. catillus orna-
tus. ostracites, irneus. τυροκόσκινος. ὑποτυρίδες.
Φλαβέλλιον et Φραγέλλιον. Locus Joannis Evan-
gelistae. Hesychius emendatur saepius. γάστρις.

HACTENUS de placentis ea retulit dipnosophista, quae
 apud antiquos scriptores legerat. deinceps subicitur pro-
 lixus locus e Chrysippo Tyaneo, qui non multo ante
 Athenaei tempora, ut videtur, librum ediderat *De panis*
conficiendi ratione. Opinio nostra est, vixisse hunc Ro-
 mae, aut in aliqua alia urbium Italicarum, professione

medicū: ut mirandum non sit tot peregrina vocabula contra Graecorum morem isti scripto immisceri. Nam etsi Graecus genere auctor hic erat, qui tamen inter Italos et Romanos viveret, merito id operam dedit, qui posset etiam illis profuturum commentarium in lucem edere. Quemadmodum autem in Latinis libris Graeca fere semper corruerunt superiorum saeculorum imperiti Librarii, Latine solum docti: ita vicissim in hac parte Graeci librarii, pleraque Latina vocabula turpissime de-
 formarunt. Frustra autem MSS. hic opem imploraveris: omnes enim depravati: et ut vetus dictum fuit, Sardi vaenales, alius alio nequior. Breviator hoc solum adnotaverat isto loco, *Χρυσίππος δ' ὁ Τυανεύς μυρία εἶδη πλακούντων ἐν τῷ Ἀρτοκοπικῷ καταλέγει, βάρβαρα τὰ πλεῖω*. Videamus igitur ista Barbara vocabula, ut iis quoque aliam, si possumus, lucem afferamus. Chrysippi commentarius libro tertio inscribebatur *Ἀρτοκοπικόν*: hic vero *Ἀρτοκοπικόν*. quod est *Ἀττικώτερον* verbum. artop-
 tas enim et pistores Attici *ἀρτοκόπους* dixerunt, ut Xenophon: et *ἀρτοκοπεῖν* vetus comoediae, pro *ἀρτοποιεῖν*. In hoc igitur libro, inquit Athenaeus, recensentur *εἶδη πλακούντων καὶ γένη τὰδε. Ταραντῖνον, Κρ. Placentarum* relata hic ex Chrysippo nomina, aut patriam illarum indicant, ubi ceptae eo modo fieri, ut *Ταραντῖνος*: aut inventorem, ut *Ἀπικιανός*: aut formam et figuram, ut *περλουκίδιος*, et *πλίκιος*: aut aliquid eorum quae indubantur, ut *ὀρυζίτης*, et *μουστάκια σησαμᾶτα*. *Ταραντῖνος* itaque placenta est Tarentinarum more confecta. *Κρασσιανὸν Σικελὸν* quid appellet nescio: sed lego *Κραστιανὸν Σικελὸν*, et placentam interpretor *Craastianam Siculam*. Craustus vel Craustis oppidum fuit Siciliae. Turnebus Apollo literarum, *Κρασσιανὸν* legebat: *Craastianam*, ut *Apicianam*. Non etiam intelligo, *Κλοῦστρον, Ἰουλιανόν*. et cen-
 seo scribendum, *κροῦστον Ἰουλιανόν. crustum Julianum*. Generale nomen est dulciariorum ex melle operum *crustum*, *crustarii* et *crustularii* dicti. non abludit ab hac dictione τὸ *γῆϋϋϋϋ* quo utitur auctor Targum pro crusto vel crustulo, ut etiam Bahal Aruck interpretatur. Scripti libri constanter et hic et in sequentibus *κλούστρον* per λ. et fortasse non aliter Chrysippus scripserat neque Athenaeus. nunquam Graeci *ρωματίζουσι* aut *ἐβρωτίζουσι*, quin voces peregrinas male pronuntiantes faciant suas. *Juliani* cognomen his crustis ob praestantiam for-
 tean inditum: *Ἀπικιανὸν πλακοῦντα* unde appellarint

nemo dubitat. vide lib. primo, capite sexto. *Κανωπικὰ* excogitarunt Canopitae *τροφῆται*, de quibus Strabo libro ultimo. *περλουπίδιον* interpretor *pellucidum*: a tenuitate operis, aut peculiari quodam artificio pellucidas placentas vocarunt. Graecis poetis uncta pingui edulia *ἀγλαὰ* et *ἡγλαῖσμένα* dici solent. iidem *ἐλαιούσθαι* accipiunt pro splendere, ut in Troilo Sophocles, *θρίξ ἐλαιούται*. Addit, *Κατταδοικόν*. etiam libro tertio panis Cappadociens commendabatur. proxima duo verba, *ῥόβια*, *μαρτυρὸν* nullus capio. flagitium in illis vocabulis non dubito admissum. Turnebus *dubiam placentam* ex his eliciebat. fors fuit etiam in tertio, *πλίκιον* error est. nisi putamus ab implicita figura ita esse quasdam placentas nominatas. *γουττᾶτον* accipio *guttatam*: id est, guttis olei aut mellis conspersam, *guttare* est *στάζειν*. *Μουτιανόν* unde ita cognominarint, non divino. *Μουτιανός*, esset *Mutiana*, a Mutio quodam. vulgata lectio neque *ἐλληνίζει*, neque *λατνίζει* bona fide. *κλούστρον* five *προῦστον κοιριανόν*, non extrico. *κοιριανός* esset a curiis. *placenta curialis*, qua vescabantur cum dies curiae agitabant. alio sensu apud Plautum *agnus* [*curio*, in Aulularia. Scaliger suspicabatur scribendum, *προῦστον Κοιλανόν crustum Coelianum*], *προῦστον γουττᾶτον* corrupte p. 921. scriptum pro *γουττᾶτον*. vel quoniam guttatae facta mentio, *τουτουλάτον placenta tutulata*, quae flaminicarum titulos referret. aut *τιτουλάτον*. At *προῦστον Ταβωνιανόν* unde censebimus nomen invenisse nisi a Tabonio quodam? *Μουστάκια* Chrysippo, Latinis *mustacei*. conficiendi rationem explicat M. Cato. *προῦστον πούριον*, *crustum purum* est, opinor. *γασγλώανιος*, nobis imo omnib credo hodie incognitus. *Παυλιανός*, ut *Ἀπικιανός*. Sequitur, *ἐκ τυροῦ δὲ Φησι γίνεται πλακουντηρὰ τάδε, ἔγχυτος, σκριβαίτησσο βίτυλλος*. monstra haec: sed non difficilia ad debellandum. Lege, *σκριβλίτης, σουβίτυλλος*. *scriblita, subitillus*. enchytyum et scriblitam Cato describit. *subitillum* Chrysippus videtur appellare quem *savillum* idem Porcius, capite 84. nisi obstat, quod alicam hic desiderat Chrysippus: Cato ad *savillum* farinam simpliciter. Sed hoc leve argumentum est: quotidie enim confectiones et paratus huiusmodi innovantur, servatis iisdem nominibus. Sic statim *spiram*, fieri ait immixto caseo. quem tamen non adhibet. Cato, cap. 77. *λούκουλλοι* fieri potest ut a Lucullo sint denominati. alludit tamen id nomen ad *lucunteres*: quod erat operis pistorii nomen. *ἀργυρο-*

τρύφημα vox, quid hoc loco faciat, aliis quaerendum
 relinquo. λιβες, mutato genere *libum* est. κίρκος, *circus*
 vel *circulus*. αἰξάφας folium Sibyllae, nobis quidem.
 αλουστροπλακοῦς, mixtum aliquod genus pistorii operis
 ex crusto et placenta. Φθόζ, notus ex Graecis Gramma-
 ticis. κάτιλλος ὀρνᾶτος, *catillus ornatus* pluribus Chry-
 sippo describitur: sic tamen ut ex illius verbis ratio
 nominis parum intelligatur. *catillus*, πῖναξ exponitur in
 veteri Glossario. Apud Catonem in savihi descriptione,
 et catini mentio et catilli. Subjicit Chrysippus, ἄλλα πλα-
 κούντων γένη, ὀστρακίτης, αἰττανίται, τυροκόσσιον. post
 ista poni debet στήμη τέλει. *ostracites*, in figlino testu
 coquebatur: et fortasse Catonis est *irneus*, in irneam fic-
 tilem indi solitus, quae demittebatur in aulam abeneam
 aquae calidae plenam: itaque ad ignem coquebatur. *at-
 tacitae* Chrysippo sunt, opinor, qui paulo ante dice-
 bantur *attanitae*. de *amylo* quaedam mox Larenfis: et
 nos ibi. *τυροκόσκιος* poterat videri depravatum nomen
 pro *τυρόκνηστος*. sed repugnant omnes cedices. Erit igitur
 placenta cui adjiciebatur caseus per cribrum succretus.
 Cato in placentae confectione, *Deinde cribrum fari-
 narium primum sumito, caseumque per cibum facito
 transeat in mortarium. ὑποτυρίδας* placentae erant ex
 lacte multo, melle et farina factae, caseolorum formam
 referentes. Quod ait, Φλαβέλλοις καινοῖς χρῶ, ἐν οἷς
 τὸ πῦρ ῥιπίζεται, poterat brevius, ῥιπιστηρίοις χρῶ, vel
 ῥιπίσι. Glossarium, *flabellum*, ῥιπιστήριον. sed vocem
 Latinam pridem jure civitatis donarunt Graeci: sicut et
 affinem aliam, verum significatione diversam, *flagrum*
 aut *flagellum*. dicunt enim Graeci Φραγέλλον: estque
 ea dictione usus Evangelista Joannes. Aristophanis scho-
 lastes quodam loco ἱμανθὰς explicat λώρους, Φραγέλλια.
 addens τὸ γὰρ παλαιὸν Φραγγέλαις (melius Φραγελλοῖς)
 ἔτεπτον οἱ λογισταὶ τοὺς τῆς αγοράς. quae annotatio locum p. 922.
 Joannis illustrat, ubi Dominus noster flagellis collybistas
 caedit. inde verbum Φραγελλοῦν, quo usus Matthaens.
 Non possum non obiter lucem facere et simul medicinam
 Hesychio. Σκυτάλαι, inquit, ὁφείων αἰεὶ Φλαγέλλια, λῶ-
 ροι. inepta lectio, etiam si de scytala serpente coneris in-
 terpretari. Lego vero τῶν ὀχούτων Φρ. et refero ad
 agitatorum flagella: quae in antiquis nummis passim cer-
 nere est, et in antiquis scriptoribus observare. Juvenalis
 libro tertio,

— clara Lateranus luce flagellum
 Sumet, et occursum nunquam trepidabit amici.

Placentaceum edulium quod γάστριν Chrysippus nuncupat, Hefychius γάστριον. γάστριον, ait, πέμμα τι σαμῶδες, παρὰ Ἀκριῶ. sic vulgo editum. sane deformiter. primum σησαμῶδες scribendum erat. etiam Chrysippus fefamum infriari solitum huic placentae auctor est. deinde quis hic Acrisius? quaerant alii: nos interea legemus παρὰ Κρησιν, non παρὰ Ἀκριῶ. diserte Chrysippus, ἐν Κρήτῃ ait hoc dulciorium γλυσσθαι. elegans emendatio, et certa. Scribe, εὐρύθμισόν τε αὐτό. ab εὐρύθμιζεν, non εὐρύθμειν.

CAPUT SEXTUMDECIMUM.

Pancarpia Alexandrinorum. itrium. placentae ἐν Σερπτοι. byblus ad edulia adstringenda, aut folia ficulnea vel malvarum. Luciani locus, Πόλτος Graecorum et puls Rom. χίδρον quod varie traditum ab antiquis. Veteres. esitasse tritici grana tosta. granaeae. Vetus Bibliorum interpres χίδρα confudit cum polenta. Cruda grana comesta. Aristophanis locus illustratus. Rusticorum prov. ἦσθαι χίδρα καὶ σωτηρίας.

CHRYSHIPPEAE eclogae subjicitur brevior alia ex Harpocratonis cujusdam Mendesii libro De placentis. sed aliud nihil ex isto recitatur, nisi pancarpiae Alexandrinae confectio. Graeci πανκαρπίαν appellarunt quicquid ex pluribus diversi generis rebus compositum est: sicut diximus in commentario De Circensibus. Itaque non sine exemplo dulcarii Alexandrini edulium hoc pancarpiam dixerunt. Harpocraton ita describit: ἵτρια δ' ἐστὶ ταῦτα συντεθρυμμένα ἃ μετὰ μέλιτος ἐψόμενα καὶ μετὰ τῇ ἐψήσει σφαιρηδὸν συναείντα περιδεῖται βύβλω λεπτῇ ἕνεκα τοῦ συμάμειν. non recte sentiant qui separant ista a superioribus, quasi nihil ad Alexandrinorum pancarpiam pertineant. Faciebant igitur pancarpiam ex itriis contritis et cum melle coctis: quae ubi coxissent ad instar globulorum fingeant, et tenui byblo adstringebant. Paulo ante itrium describebatur ut sui generis libum aut placentam, a caeteris peculiari aliqua nota distincta. hic adhibentur itria ad conficiendam pancarpiam. Sic lib. 3.

in libum Romanum induntur itria. Nam ait Athen. ibi, ἐπιστηνέχθη πλακοῦς ἐκ γάλακτος ἰτρίων τε καὶ μέλιτος, ὃν Ῥωμαῖοι λίβον καλοῦσι. Erant placentae quas ἐνθρύπτους dicebant, ut attalides apud Hesychium. ad hoc genus referri potest ista Alexandrina, ob vocem συντεθρυμ-p. 923. μένα. Quod ait de byblo, id ita fiebat in Aegypto ubi multa byblus. in Graecia ficulnea folia eundem usum praestabant, ut docent nos veteres. cum describunt quae vocabantur *thiria* Athenis, utebantur et malvae foliis. Lucianus, Περὶ τῶν ἐπὶ μισθῷ συνόντων. κατάνεσαι μάρτυς μόνον τῶν παραφερομένων, τὰ ὅσα, εἰ ἀφίκοιτο μέχρι σοῦ, καθάπερ κύνες περισθίων, ἢ τὸ σκληρόν τῆς μαλάχης φύλλον, ὃ τὰ ἄλλα συνειλοῦσιν. Fortasse scribendum. ὃ τοὺς ἀλλᾶντας εἰλοῦσιν. Postea scribit doctor coenarum. Πόλτου δὲ μνημονεύει Ἀλκμάν οὕτως. ἤδη παρέξει πυάνιον τε πόλτον, χίδρον τε λευκόν, κηρίαν τ' ὁπώραν. In hac parte operis δειπνολογικοῦ, quae bellaria et secundas mensas complectitur, multa explicantur, quae pertinuisse ad mensas secundas, existimare non debemus. Ejus generis est quod περὶ πόλτου hic disputatur. nemo enim facile mihi persuadeat, πόλτον in veterum Graecorum conviviiis solitum apponi inter opera dulciaria, plenis et probe fartis conviviiis. sed quoniam de edulis quae parabantur e farina hic tractabatur, satis justam causam ex eo putavit se nactum Athenaeus, ut hic potissimum περὶ πόλτου ageret. Porro Graecorum πόλτος et Romanorum *puls*, praeter nominis vicinitatem, et generis (ambo enim ἐψημάτων genere vel ῥοφημάτων continentur) nihil admodum habuerunt commune. quare etiam scribit Plinius pultem ignotam Graeciae fuisse. Πόλτος ex fabacea farina confiebat: nam veteres interpretantur, τὸ πυανέσιον ἐψημα, vel πυάνιον, ut hic Alcman vocat. sed eam vocem interpretans Athenaeus multa alia fuisse adjecta fabaceae farinae non obscure indicat. ἔστι δὲ, inquit, τὸ πυάνιον πανσπερμία ἐν γλυκεῖ ἐψήμενη. similia legere est apud alios. Πόλτος qui describitur a Graecis medicis, ut Galeno libr. 6. De facult. simplicium medicamentorum propior est Romanorum pulsi quam veterum Graecorum. Addit Alcman, χίδρον λευκόν. Athenaeus χίδρον hic exponit ἐφθόους πυρούς. cocta tritici grana. ita legit Eustathius ad Odyss. ῥαψ. ζ. et cum eo omnes antiqui codd. sed videtur Athenaeus ἐφθόν ἀντὶ πεφρυγμένου usurpasse, nam ut frictum cicer vulgo Romani edebant, sic fricta tritici recentis grana, aut tosta,

multi olim populi. *graneas* Latini vocarunt, Graeci *χίδρα*, vel *χίδρα έρεικτά*, quia haec grana prius frangebant quam torrerent. Subiit saepe mirari veterum Grammaticorum incertitiam nescio dicam an inconstantiam in explicatione hujus vocis. Exemplo sit eruditissimus comici interpres, cujus verba sunt, *χίδρα, τινές άγρια λάχανα. οί δέ τὰ όσπρια, ή τὰ εξ όσπριών άλευρα. ή κριμνα, ή σταχυες νεογενείς. κυρίως δά τα από χλωρής κριθής κρινόμενα έρεικτά. χίδρα δέ έίρηται παρα τὸ χαϊσθαι.* Idem alibi, *χίδρα τὸ από έλύμου γινόμενον όσπριον έδασμα περι Κάρλαν. ήτοι τὸ από χλωρών κριθών, ή έδος βοτάνης. ή έρεικτά εκ κριθής νέας γινόμενα.* Omitto alia caeterorum magistrorum interpretamenta: a quorum lectione incertiore quam antea lectorem discedere necesse est. Nos eam maxime expositionem probamus quae ait esse *πυρούς* p. 924. *νεογενής. novella tritici grana.* Levitici cap. 2. tme- mate 14. ita legitur in Graeco textu. *Έάν δά προσφέρης θυσίαν πρωτογεννημάτων τῷ κυρίῳ νέα πεφρυγμένα χίδρα έρεικτά.* Quod dixit Moyses כרסו שרר *contusionem spicae virentis*, verterunt *χίδρα έρεικτά.* Eusebius ita interpretatur, *χίδρα έστιν, όταν από τῶν άκμασάντων σταχυών λαβών διαθρύψη τις χερσίν, οίονει αλέσας. έρεικτά γάρ τὰ εν μύλῳ πτισθέντα, και τὸν φλοιὸν άποβαλόντα όσπριώδη λάχανα.* Paraphraetae Chaldaici diverse expresserunt. Oncelus hoc modo, *אביב קלי בנר פירוכו רכיכו* id est, *spicas virentes, tostas igni, contritas et teneras.* τὸ כרסו significat, *exficcare et frangere.* unde כרסו *fragilis.* deductum inde פירוכו non male Graeco *ερακτόν* respondet: *ερακτοιν* enim est frangere, concinit et Hebraicum שרר nam שרר sive כרסו est *contundere, frangere*, a quo non multum differt significatione. τὸ קלי unde est vox קליטתו quam exponunt Rabbini, *tritica contusa.* Jonathanis paraphrasis ita habet, *אביב קלי בתבן פירוכו* *spicas tostas igni, farinam tostam et contusas spicas.* Hieronymus libro Quaestionum Hebraicarum in Paralipomenon, *Primitiae spicarum quando deferiebantur, torrebantur, et grana comedebantur, quod genus cibi vulgo graneas vocant.* Levitici capite 19. *και άρτον και πεφρυγμένα χίδρα ού φάγεσθε έως της αύριον.* etiam hic in Hebraeo est, *אביב וכרסו קלי.* Vetus interpres. *Panem et polentam et pultem non comedes.* confudit *χίδρα* cum *pulte* et *polenta*, quae res erant diversae. Narrat Galenus populos quosdam esse qui *alphitis* hoc est, farina facta e probe tostis hordei re-

centis granis utantur loco panis: καθάπερ, inquit, ἐπὶ τῶν ἀγρῶν εἶδον ἐν Κύπρῳ καίτοι πλεῖστον γεωργοῦσι σιτίον. hoc quoque ad *polentam* pertinet, non ad χίδρα. Graeci fere cum dicunt ἄλφιστα, *polentam* intelligunt. Lege Plinium lib. 18. cap. 7. locus Galeni est in primo Περὶ τροφῶν δυνάμει. Quin et cruda grana tritici esitabant, si amor edendi stimulare, neque esset ignis copia. Lucas Apostolus cap. 6. ἐγένετο δ' ἐν σαββάτῳ δευτεροπρώτῳ διακορυσέσθαι αὐτὸν διὰ τῶν σπορίμων. καὶ ἔτιλλον οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ τοὺς στάχους, καὶ ἤσθιον, ψάχοντες ταῖς χερσὶ. Porro inter praecipuas delicias quibus se rustici oblectabant, fuere τὰ χίδρα. probat hoc manifestissime chorus rusticorum qui apud comicum advenientem Pacem his verbis excipiunt:

Τοῖς ἀγούκοις γὰρ ἤσθαι
χίδρα καὶ σωτηρία.
ὥς τέ σε τὰ τ' ἀμπέλια
καὶ τὰ νέα συνίδια
τ' ἄλλα θ' ὅσ' ἐστὶ Φύτ'α
προσγελάσεται σε λαβόντ' ἄσμενα.

quemadmodum ἐν τοῖς ἐρωτικοῖς, *mel* appellatur is cujus gratissimus conspectus est: sic ruris pleni homines χίδρα Pacem appellant: quia soliti cum maxima voluptate chidra comedere. [Simillime quia velci carnibus divitum et beatorum censebatur, quod et B. Chrysostomus ait in posteriorem ad Corinthios, Hebraei חֵוֶה נֶחֱם hoc est, *vitam carniū* nem volupem et suavem vocabant. et si aliter interpretantur alii in Salomonis Proverbiis capite p. 925. decimo quarto. At doctissimo viro, et utriusque linguae callentissimo, scribendum in superiore Aristophanis loco videbatur χύτρα pro χίδρα. cui emendationi pene assenseramus moti auctoritate tanti viri: sed mox in contraria omnia rapuit nos hic ex Equitibus ejusdem poetae locus, illi suppar et plane geminus. Ita enim Aristophanes:

Εἰ δέ ποτ' εἰς ἀγρὸν οὗτος ἀπελθὼν εἰρηναῖος διατρέψῃ,
καὶ χίδρα φαγὼν ἀναθαβρήσῃ, καὶ στεμφύλων εἰς λόγον
ἔλθῃ,

γνώσεται οἶον ἀγαθῶν αὐτὸν τῇ μισθοφορᾷ παρακόπτου.

CAPUT SEPTIMUMDECIMUM.

Μελικηρίδες et μελίκηρες. *Hesychii* locus. τὰ εἰς
Ἐπίχαρμον ἀναφερόμενα ποιήματα. ἄμυλος,
Casaub. Anim. in Athen. T. III. N

amylum. κοπή. σκεύη ἑμοια. Ova. *inter bellaria. πιστάκια vel φιστάκια. ὁ Ποντικός λεσχενεύτης. Nicandri locus varie jam olim lectus. Apia Peloponnesus. Alexidis Βρευτία. Aristomenis Dionysius. Boeotica vox σίδη pro malo Punico a Sida oppido.*

MELICERIDAS placentas nusquam legere memini, nisi in istis Athen. καὶ τῶν καλουμένων δὲ μελικηρίδων μνημονεύσι Φερεκράτης ἐν Αὐτομόλοις οὕτως ὥσπερ τῶν αἰγίδων ὅζειν ἐκ τοῦ στόματος μελικήρας. Atque hic lectionis vides inconstantiam, μελικηρίδας et μελικήρας. Non explicabimus nos hunc nodum: implicabimus magis. Nam ecce Hefychii verba turpiter accepta, quae huc, nisi fallimur, omnino spectant. Μερίκακι σκεύασμά τι βρωτῷ διὰ τυροῦ. Lego, μελικαρὶς σκεύασμά τι βρωτὸν διὰ τυροῦ. Ait. lautus convivor, τὴν ἡμίαναν οἱ τὰ εἰς Ἐπίχαρμον ἀναφερόμενα ποιήματα πεποιηκότες οἶδασι. Adlube ad loci hujus lucem, quae scribit auctor lib. 11. in *Cotyla*. Quid hic appellet poemata vulgo attributa *Epicharmo*, declarant proxima verba: quae Latina faciemus, quia interpretes *Athenaeum* non sequuntur: *Fabulas quae falso tribuuntur Epicharmo, viri clari fecerunt: Chrysogonus nempe tibicen eam quae inscribitur ΠΟΛΙΤΕΙΑ: ut scribit Aristoxenus libro octavo Legum politicarum: Axiopistus autem genere Locrus an Sicyonius CANONEM et GNOMAS, teste Philochoro in libro De divinatione.* Ait, τοῦ δὲ ἀμύλου μνημονεύσι Τηλεκλείδης Σ. Graecis ἄμυλος ὁ vel ἡ Latinis *amylum* τὸ *Aristophanes Pace*, Ἐπειτ' ἐκείσφερε τὰς ἀμύλους καὶ τὰς κίχλας. Scholiastes, ἄμυλοι, πλακοῦντές τινες. οἱ δὲ ζῶμοι πλακουντῶδεις, ὃν νῦν ἀμύλατόν φασιν. *Plato comicus similiter amylum turdis conjungit illo versu, Πλακοῦς ἐνόρχης, ἄμυλος ἐγκύμων, κίχλαι.* *Eubulus, Ἀμύλων παρόντων ἐσθίουσ' ἐκάστοτε Ἀνηῖα καὶ σέλινα καὶ φλυαρίας.* *Theocritus, ἔχω δὲ τι οὐδ' ὅσον ὄραν Χείματος, ἣ νωδὶς καρύων ἀμύλοις παρόντος.* Adjiciam et interpretis Graeci verba, ἄμυλός ἐστι τὸ γαλακτῶδες τοῦ σίτου βεβριγμένον καὶ σσημένον, καὶ ἀποκεπισμένον, εἴτα τῷ ἡλίῳ ξηρα-
p. 926. νόμενον. Confer cum Catone, cap. 86. et Graecis medicis, Galeno praesertim libro 1. De facult. alimentorum. et Plinio lib. 18. cap. 7. Κοπήν pro marino porro agnoscit etiam Hefychius: pro pistrinorum opere nominatur a

Clearcho Solense ἐν τῷ Περὶ γραφῶν, inquit Athenaeus. sed scribendum sine controversia Περὶ γρίφων. constat liquido ex sequentibus Clearchi verbis, σκευὴ καλεούμενα λέγειν ὅμοια εἰπεῖν, etc. si quis ea conferat cum aliis ejusdem scriptoris e libro De griphis, quae exposuimus libro decimo, capite 16. Inde et ex libri illius sine perspicuum erit. quomodo debeant haec accipi, σκευὴ καλεούμενα λέγειν ὅμοια, εἰπεῖν, τρίπους, χύτρα, etc. Vasa vocat ὅμοια, *similia*, quae melius dicantur ὁμοιογενῆ quam ὅμοια. parum enim habent inter se similitudinis pleraque eorum quae hic nominantur: sed sunt omnia ejusdem generis, ad culinae instrumentum spectantia. Dictio una est ἀκταῖα, de qua cogitandum. In Clearcheis verbis quibus bellaria recensentur, ἐντιλτος, quid sit parum liquet: item quid ῥοδάων. sed de hoc satis acceptum nobis est, scribi debere ῥοαί. ὦν. ut etiam Sylburgius conjecerat. Etiam ova inter bellaria. censebantur. Ehippus, εἴτ' ἵπρια τραγήματα θῆκε. πυραμοῦς, ἄμης, ὦν. et auctor ipse paulo ante. ἐδίδοτο καὶ ὦν ἐν τῇ δευτέρᾳ τραπέζῃ. Omnino autem aliquanto post scribendum, παρὰκειται ἡμῖν ἐπὶ τῆς τραπέζης καὶ ΦΙΣΤΑΚΙΑ, vel ΠΙΣΤΑΚΙΑ, cum interpretibus membranae omnes corruptae. etiam Excerptorum vacillat fides, modo Φιττάκια, modo βιστάκια scribentium. Pistacia ex Plinio, medicorum libris et usu quotidiano satis nota: nam et hodie sic vulgo vocant. ὁ Ποντικός λεσχηνευτής, opinor est Chamaeleo Ponticus, aut Heraclides Ponticus. Sequitur Nicandri versus, Πιστάκι' ἀκρεμόνεσσιν ἀμυγδαλέοισιν ὅμοια. Locus poetae ita habet.

Ὅσσα θ' ὑπ' Ἴνδὸν χεῦμα πολυφλοίσβοιο θαλάσσης

πιστάκι' ἀκρεμόνεσσιν ἀμυγδαλέοντα πέφανται

καυκαλίδας, σὺν δ' αἰθᾶ βάλοις Φιμώδεα μύρτα.

neque aliam agnoscit lectionem Graecus interpres, homo doctus, et non indiligens. Olim diversa γραφὴ obtinuit, ut vides: sed vulgatam Nicandreorum codicum ennotat ὀβiter Athen. γράφεται δὲ, inquit, καὶ ἀστάκια ἀμύγδαλα ὄντα πέφανται. absque dubio corrigendum, Φιστάκι' ἀκρ. ἀμυγδαλέοντα πέφανται. Criticorum vox propria γράφεται, cum lectionis diversitatem indicare volunt, quomodo hic accepta sit a Dalecamp. aestimabit eruditus lector. Recte mox καρπὸν ἀφ' ἧσι λευκόφλοιον ὄντα. etsi erat in Epitom. λευκοφαῖ. De conparo et paliuro sic Hesych. Κόνναρον, καρπὸς δένδρου ὁμοίος παλιούρου. Fort. ὁμοίου παλ. Habent MSS. μέγεθος κατὰ Φαυλίαν ἐλάαν. Mox,

Τούτων δὲ πρῶτον ἐμνήσθην ἄνδρες Φίλοι. cur ait πρῶτον? nullam probabilem rationem invenias. Scribo, τὰ νῦν. Peloponnesum *Apriam* fuisse olim dictam ex Homero et ejus interpretibus etiam pueri scire possunt. sed id illi nomen esse inditum, διὰ τὸ ἐπιδαψιλεύειν ἐν αὐτῇ τὸ Φυτόν, quod multae in ea regione pyri arbores nascentur, alibi temere non legas: et omnino falsum puto. Corruptus est titulus Alexideae fabulae, quam libri omnes *Βρεγγίαν* mox inscribunt. Dalecampius *Βρεττίαν* appellat, et *Brutiam*. Sed non fuerunt aetate Alexidis ita noti. Atheniensibus Italiae Brutii, ut de eorum nomine comici suas fabulas inscriberent. Fort. ἐν Ἀντεῖα vel Ἀλεικτρία, vel Κρατεύα. quibus titulis editas Alexidis fabulas constat. Prima verba ita distingue,

— εἰδὲς ποτε

πεινώσιν ἀνθρώποις ἀπίους παρακειμένους
ἐν ὕδατι πολλῷ;

dictum de hoc veterum et nostro etiam more aliquid libro secundo, capite undecimo. Aristomenei *Dionysii* plenior epigraphe extat libro tertio extremo Pollucis: ubi laudatur Aristomenes ἐν Διονυσίῳ ἀσκητῇ. Indicatum hic Aethlii locum, habes paulo post. Non obscurum deesse aliquid illo loco, Ἀντιφῶν δ' ἐν τῷ Περὶ γεωργικῶν, Φωκίδας Φησὶ εἶδος ἀπίων εἶναι, ῥοῶν δὲ σκληροκόκκων. Sanaveris aut vere, aut certe in speciem, si haec ῥοῶν δὲ σκλ. transtuleris in suum locum infra non longe post vocem ὑποκοριστικόν. ut sic legatur, Ῥοῶν δὲ σκληροκόκκων Ἀντιφάνης Βοιωτῖα. repete ex proxima periodo μνημονεύει. Interjicitur locus Aristophanis ἐν Ἀγῆρῳ. siue potius ἐν Ἀναγύρῳ, ut dicebamus libro quarto Σίδας, inquit, τὰς ῥοιάς καλοῦσι Βοιωτοί. etiam Empedocles eo versu quem interpretatur Plutarchus in quinto Sympos. οὕτως ἐν ὀψίγονοι τε σίδαι καὶ ὑπὲρ Φλοῖα μῆλα. Causam deinde exponit Athenaeus Epaminondae verbis, Sidam agrum: eo argumento Boeotiae afferentis contra Atheniensium vindicias, quod σίδη Boeotis diceretur quae Atheniensibus ῥοά. ὁ δὲ τόπος, ait, τοῦτ' ἔχει τὸ Φυτόν ἐν αὐτῷ πλεῖστον, ἀφ' οὗ τὴν ἐξ ἀρχῆς εἰληφες προσήγορίαν, καὶ ἐνέκησε. Videntur initio σίδαι appellatae illa mala quae in Sideno agro nascerentur? paulatim vero obtinuisse, ut omnia sic vocarentur a Boeotis. Poterat contrarium verius videri: copiam nimirum σιδῶν loco Sidae nomen dedisse, nam multa loca de iis rebus quarum feraces erant nomen adepta. cum Epaminonda tamen

historia consentit: quae oppidulum Sidam a Danai filia Sida fuisse denominatum testatur referente Pausania. Fuit et Pamphylicae Sida: de qua Stephanus. Scribo post haec, Λέγεται δέ τι καὶ Φυτεῖν ἄλλο σίδη ὅμοιον ῥοιᾷ: non ἐν αὐτῷ σίδη. quod recte nunquam exposueris. Etsi autem multa Theophrastus quo loco Sidam Orchomeniam commemorat, de Aegyptiis Niliacisque plantis scribit: quod tamen hic refert Athenaeus, ceu inde petatum, ibi non leges.

CAPUT DUODEVIGESIMUM.

Athenaei lapsus memorialis. Φοίνικες ἔνορχοι. Phormus comicus. Atalantae drama. nicolai palmulae. nicolai panes. ἰσχυάδες παράσημα τῶν Ἀθηναίων. Thymum Atticum. Phoenicidae Phylarchus et Misumenus. Suidae locus. τὰ προπύλαια caricae Aegilides. προκνίδες caricae. mendae multae sublatae.

DE palmulis tractans Athenaeus, Ἡρόδοτος, αἶτ, ἐν τῇ p. 928. πρώτῃ περὶ Βαβυλῶνος λέγων Φησὶν. Editio Aldi habuit ἐν τῇ δευτέρᾳ. Corrector Basilienfis qui sciret Herodoti locum haberi libro primo, ex ipsa re sic emendavit. Membranae omnes et Excerpta stant ab Aldina lectione, et Athenaei memoriam accusant hio quoque. Ait infra non longe. Μαλανιππίδης ὁ Μιλήσιος ἐν ταῖς Δαναΐσι, Φοίνικας τὸν καρπὸν οὕτως ὀνομάζει, τὸν λόγον ποιούμενος περὶ αὐτῶν. Τῶν γὰρ αἰδῶν οὐ γὰρ ἀνθρώπων Φόρευν, μορφὰν ἐνεῖδος οὐδὲ τὰν αὐτὰν γυναικίαν ἔχον, ἀλλ' ἐν ἀρμάτεσσι διφρούχοις ἐγυμνάζοντο † ἀνευη λιασδέα πολλάκι. Ἰήρας Φρένα τερπόμεναι, ἱερόδακρυ λίβανον εὐώδεις τε Φοίνικας κασίαν τε κατεῦσαι τέρενα. Corrupta hic multa: quibus sine libris medicinam facere frustra fortasse tentavero. Proponemus tamen ejusmodi lectionem, quae neque a lectione edita longe recedit: et sententiam continet non malam. Ita igitur labantem locum statuminamus, aut lapsum potius erigimus. Τῶν γὰρ αἰδῶν οὐκ ἀνθρώπων Φόρευν μορφὰν καὶ εἶδος, οὐ δὲ τὰν αὐτὰν γυναικίαν ἔχον. ἀλλ' ἐν ἀρμάτεσσι διφρούχοις ἐγυμνάζοντο ἀν' ὕλας ἰδας τε, οἷα πολλάκι. Ἰήρας Φρένα τερπόμεναι. ἱερόδακρυ λίβανον, εὐώδεις τε Φοίνικας. καὶ

κασίαν κρατεῦσαι, τέρεινά τε Συρίας μυρώματα. id est, *Melanippides Milesius in Danaidibus, fructum ipsum palmarum nominat Φολνικας, ita loquens de Danaï filiabus. Plutonicam istae non humanam formam, ac speciem gerebant: neque etiam vocem habebant muliebrem: sed in curribus sellam habentibus per sylvas monteisque arboribus vestitos, ut facere amant ferae se exercebant, thus sacrum, et suaveolentes palmulas casiamque manibus tenentes, et mollia Syriae unguenta.* Scripsimus *ἀν' ὕλας ἰδας τε*, quia videbantur utriusque vocis extare vestigia in corrupta lectione *ἀνση λιασδέα*, si quis existimabit priorem dictionem posterioris esse glossema, non pugnabo contra. *Ἰδη* pro sylva *ἀπλῶς*, non solum poetis, sed etiam aliis scriptoribus. Postrema etiam hoc modo scribi possunt, *τέρεινα Συρίας τε βεύματα*, periphrasis est unguentorum liquidorum, aut *Συρίας ἀρώματα*. Pro *Φοινίκων ἐνόρχων*, Dalecampius scribit, *ἀνόρχων*, favet conjecturae quod iidem vocabantur *Eunuchi* MSS. aliter *Phormi* comici Suidas meminit. et fabulae illius quam *Ἀταλάντην* vocat, non *Ἀταλάντας*. sine nomine citat Hesychius, *ὁ τὰς Ἀταλάντας συνθεῖς*. Fuerunt apud veteres non solum palmulae *nicolai* dictae, de quibus hic Athenaeus: sed etiam placentae quaedam aut panes; quibus ab eodem Nicolao Damasceno imposuit nomen esse, scribit Photius in Bibliotheca. Palladius in vita Abbatis Apollo, *nicolao panes maximos* vocat. Ait Dinon de Persidis regum diaeta loquens. *Ξενικῷ δὲ οὐδενὶ οὔτε βρώματι οὔτε ποτῷ ᾧστο δσιν ὁ ἐξ ἀρχῆς τοὺς βασιλεῖς χρῆσθαι.* Non est caussae cur haec lectio repudiatur. nec male tamen scribas, *ὁ ἐξ ἀρχῆς βασιλεὺς τοὺς βασιλεῖς χρ.* non putavit rex Persarum primus, *cibis peregrinis uti reges debere.* Rex ille primus, Cyrus est, conditor regni Persici, et multorum regni illius institutorum auctor. In subjecta historia de caricis Atticis regi Persarum ab eunuchis oblatis, ut expeditionis adversus Athenienses suscipiendae illum admoneret, responsum Persae ita scribitur omnium librorum consensu, *ἐρωτῆσαι ποδαπαλ εἶπεν. ἐπαι δὲ ἐπύθετο ἐξ Ἀθηναίων, τοῖς ἀγορασταῖς ἐκέλευεν ἀνείσθαι, ἕως ἂν ἐξουσία γένηται αὐτῷ λαμβάνειν ὅταν ἐθέλῃ, καὶ μὴ ἀγοράζειν.* id est, *regem quaesivisse ajunt unde istae caricae? cum intellexisset, Atticas esse, jussit opsonatores emere, usque dum liceret sibi quando vellet cumque sumere, et quidem inemptas.* ita clare innuit Persa cogitare se de bello Atheniensibus

inferendo. Cedo aliquis mihi si quid hic aut obscurum aut corruptum: ego nullus video. Dalecamp. tamen corrigebat, οὐκ ἀνεῖσθαι. et mirificam ex his verbis sententiam eliciebat. omnia ferre possumus: modo ne auctoris mentem pervertat: quod videtur hic fecisse sane quam licenter. ἀγορασταί sunt *obsonatores*, ut Athenaeus ipse interpretatus est, libro quarto. Alexis poeta cum faceret, εἰσέβαινον ἰσχυάδες τὸ παράσημον τῶν Ἀθηναίων, καὶ θύμου δεσμαί τινες: jocatus est non invenisse ad navium παράσημα, de quibus non repetam quae docte ab eruditis viris sunt observata. Ait, navibus Atheniensium pro insignibus caricas esse: quia nusquam totius Graeciae nec plures nec meliores caricae reperiebantur quam in Attica. Ergo inde in alias oras mittebantur: et cum viatico naves instruebantur, non postremum locum caricae obtinebant. His adjicit thymum: merito, nam et plurimum et laudatissimum in Attica: unde etiam translatum in alias regiones, et flore satum constat. Cum nihil demutent antiqua exemplaria ab edita lectione in istis, Φοινικίδης δ' ἐν Μισουμένη Φησιν: Suidas tamen advertit nos: cujus sunt de Phoenicide verba, τῶν δραμάτων αὐτοῦ ἐστὶ Φύλαρχος μισούμενος, ὡς Ἀθηναῖος Φησιν ἐν τῷ βιβλίῳ τῶν Δειπνοσοφιστῶν. Si ita scripsit duarum fabularum lemmata in unum conflavit, imperite. nusquam enim *Philarchum exosum* poetae hujus, laudatum ab Athenaeo meminimus. sed *Phylarchum* quidem libro decimo: *Misumenum* vero aut *Misumenam* hoc loco. Scripserat opinor Suidas, Φύλαρχος καὶ Μισούμενος, Atticae consuetudinis est, loca urbis ab iis rebus designare quae ibi vaenum exponuntur. ὄψον vel ἰχθῦν *forum piscarium*, κρέα *macellum ubi carnes venduntur*. λάχανα *forum olitorium* μύρα, *Tuscum vicum*. contrarium videtur fecisse Phoenicides isto versu. Καὶ τῶν προπυλαίων, καὶ τέταρτον ἰσχυάδων, τούτων ἐγευσάμην. appellat προπύλαια, bellaria, aliasve cupedias in aedium sacrarum, aliorumve publicorum locorum vestibulis solitas venire. Celebrantur ex Philemone caricae *Aegilides*: de quibus Theocritus, — καὶ ἀπ' Αἰγίλῳ ἰσχυάδα τρώγοις Ἀδεῖαν. constat de nomine pagi unius Atticae sic denominatas. eum pagum Theocritus cum suo interprete *Aegilum* vocat: noster hic *Aegila* τὰ: alii omnes *Aegiliam*: atque ita legam hoc loco. De colore caricarum chelidoniarum dictum libro nono, capite decimoquarto, *Tithra-siae*, a Tithrante pago tribus Aegeidis sic dictae. Adhibep. 93o.

mox scalpellum, et scribe ademptis supervacuis dictio-
nibus *ὄντως γὰρ κατὰ τὸν Ἀριστοφάνην, οὐδὲν γλυκύτερον*
τῶν ἰσχάδων. Refertur ex Glossis Pamphili, fuisse *προσ-*
κνίδας, γένος ἰσχάδων. Dalecamp. adjecta litera scribebat
προσκηνίδας. nos unam detrahimus et legimus *προκνίδας.*
Hesychius, *πρόκνις, εἶδος ἰσχάδων.*

CAPUT UNDEVIGESIMUM.

Βότρυς et σταφυλή. Staphylus. *πηλὸς Vinum. Quid*
appellet Plato γενναίαν σταφυλήν, et γενναῖα
σῦκα δίδου πυκνάς. Breviatoris hallucinatio.
Aethlius Samius. Hecatombaeon primus mensis.

Uvam Graeci *βότρυον* et *σταφυλήν* dicunt. sed Athenaei
saeculum *βότρυς* nomen frequentavit magis: contra quam
factum ab Homero et aliis antiquissimis scriptoribus:
quos altera potius appellatione uti solitos observatur his
verbis, *Βότρυς ὅτι μὲν κοινὸν ὄηλον. σταφυλῆς δὲ μέμνη-*
ται καὶ τοὶ δοκῦντος τοῦ ὀνόματος Ἀσιαγεννοῦς εἶναι, Κρά-
της, ἐν δευτέρῳ Ἀττικῆς διαλέκτου, ἐν τοῖς ὕμνοις τοῖς
ἀρχαίοις Φάσκων ἀντὶ τοῦ βότρυος τὴν σταφυλήν κεῖσθαι.
Asiaticum esse nomen *σταφυλή*, quod ait Crates, illi cre-
diderunt, qui uvam *staphylam* nominatam a Staphylo
quodam existimabant. grammatici hunc Staphylum Liberi
patris filium nominant: Nonnus in Dionysiacis regem
Assyrium, *Botryis* patrem. Aliis placet Graecae originis
verbum esse et *σταφυλή* quasi *σκαπηλήν* dici, *παρὰ τὸ*
στάζειν τὸν πηλὸν, quod *guttatim vinum funderet.* *πη-*
λὸς enim vinum primitus significasse, sciunt eruditi. Verba
adducta ex antiquis hymnis integrum continent hexa-
metrum: *Αὐτῇσι σταφυλῇσι μελαινησιν κομόωντες.* loque-
batur hymni poeta de *oschophóriis* quae in honorem
Bacchi Scirradis Minervae Athenis celebrantur. nam hic
versus ad *oschas* pertinet. sic vocabant palmites cum suis
uvīs. Quaestioni ab Ulpiano propositae, quid appellet
Plato *γενναίαν σταφυλήν* et *γενναῖα σῦκα*, bisariam res-
pondet Masurius: prior responsio est: *γενναῖα λέγει τὰ*
εὐγενῆ ὁ Φιλόσοφος, ὡς καὶ Ἀρχιλοχος, Πάρελθε, γεν-
ναῖος γὰρ εἶς. Vult Masurius, dici *γενναῖα* omnia quae-
cunque in suo genere excellunt. et ita *generosas uvas*,
et *generosas ficus* appellatas esse a Platone. Hanc inter-
pretationem etsi non improbo, malo tamen aliter paulo

accipere. puto enim magnitudinem rei indicari, voce hac. Eustathius post relatum Athenaei istum locum. *Fortasse*, inquit, *magna uva est quae Platoni dicitur γενναία σταφυλή*: sicut dixit comicus γεννικὸν κρέας pro ἀδρὸν κόμμα. [et si paulo aliter interpretatur scholialtes ad haec verba ex Equitibus, Ὡ γεννικώτατον κρέας, ψυχὴν τ' ἄριστε πάντων.] Gallice dixeris, *une bonne piece de chair*. Atque ego cum Eustath. sentio neque mihi dubium γενναίας μάζας in secundo De republica esse *grandem mazam*, sicut apud satyricum *vae grandis polenta*. Non probo alteram interpretationem quae adjicitur a Masurio, ἢ τὰ ἐπιγεγεννημένα. ὁ γὰρ Ἀριστοτέλης καὶ ἐπεμβολάδας ἀπίλους ὀνομάζει. aut vocat Plato γενναίας uvas et ficus, p. 931. quae post insitionem nascantur: sicut Aristoteles insitione pira nuncupavit ἐπεμβολάδας ἀπίλους. apud Suidam est Ἀριστοφάνης. Eustath. legit ut nos: quem si libet lege. Sequitur, Εὐβουλος γοῦν ἐν Κατακολλημένῳ Φησίν,

— ἀλλὰ παραλαβὼν

ἀκράτῳ προῦς, καὶ δίδου πυκνάς, καὶ βότρυς
τρώγειν ἀνάγκη" αὐτὸν ἐξ οἴνου συχνούς.

neque sententiae neque versus modulo congruit τὸ ἀκράτῳ. quid sit restituendum nemo possit certo scire: jocosum enim, opinor, aliquid comicus fingebat. Forte, Κάρα τε, vel Ἀκραν τε προῦς. incertum etiam est cum ait δίδου πυκνάς, utrum debeamus supplere, κύλικας an πληγὰς. quin propter metrum videtur legendum vel καὶ δίδου πυκνά, καὶ β. vel δίδου πυκνάς, β. Istis, ὅτι δὲ ἐν ταῖς Ἀθηναῖς διηγουμέναις ἦσαν αἱ ὁπώραι πᾶσαι, μαρτυρεῖ Ἀριστοφάνης ἐν Ὡραις, rejicimur tacite ad libri noni principium, ubi extat Aristophaneum testimonium. errat Breuiator, qui ejus loci immemor, illorum vero memor quae de re eadem in Pace leguntur hodieque, scripsit hic ἐν Εἰρήνῃ. Gravem mendam sustulimus e proximis verbis sine omni periculo: cum enim prius ederetur, Ἀέθλιος ὁ Σάμιος ἐν πέμπτῳ Σαμίων ἀραίων, fecimus ut esset Σαμίων ὄρων. non solum propter ea quae observabamus lib. 12. cap. 9. sed etiam propter ipsum Aethnaeum, qui paulo ante Aethlii locum huncce indicans, scriptum illius Ὀρων Σαμίων inscribit: non dissimulanda viri docti negligentia: qui vicinis adeo locis de eadem re tam diversa scripserit. Aethlium hunc laudat et Clemens Alexandrinus, in exhortatione ad Graecos. Lyncei qui sequitur locus conferendus est cum aliis simillimis ex eadem epistola ad Diagoram, de quibus non semel

ante dictum. Scribe *ἀντιτιθείς*, non *ἀντιθείς*. Eleganter vero Lynceus uvam quae totum annum servari poterat incorrupta, *ἀλληγορικῶς*, tanquam de servo aliquo loqueretur aut mercenario, ita expressit, *ἀντεντρέφουσι βότρυν δὲ ἀπὸ Ἑκατομβαιῶνος μηνός, ὥσπερ ἀγαθὸς οἰκῆτης διαμένει τὴν αὐτὴν ἔχων εὐνοίαν*. Graeci tempora sua putabant ab Hecatombaeone: qui Julio Romanorum magis quam Junio respondet. hoc igitur dicit Lynceus, Hipponiam Rhodiorum uvam a principio anni ad finem usque perennare, eadem saporis gratia.

CAPUT VIGESIMUM.

Appendix ad librum nonum. προσαναπληροῦν τινὶ τί. meleagrides. Lerus. ξυλοειδὴς color. ἀνθίζειν πρὸς ἑκμαῖς. τριοβολοκρεῖσκον. Horae Athenis cultae. περισκελῇ καύματα. jurgulenta ficciora quam assa.

SEQUUNTUR Athen. verba: Ἐπεὶ δὲ πολλάκις ἡμῖν εἴρηται περὶ τε κρεῶν καὶ ὀρνίθων, καὶ περιστεριδίων, ἔρχομαι κατὰ λέξων ὅσα ἐν πολυαναγνωσίας εὐρεῖν ἡδυνήθην παρὰ τὰ προσηρημένα. Masurius est quem haec loqui facit auctor. Ait, adjecturum se ad ea quae de carnibus p. 932. maxime avium, superioribus libris contineantur, quicquid assidua veterum scriptorum lectio sibi suggeret, prioribus qui de iis rebus sermonem habuissent indictum. Est vero pars ista aliud nihil nisi appendix quaedam ad librum nonum. Ea legitima sedes erat omnium illorum quae hic alieno loco observantur a Masurio. Causam hujus ἀταξίας suo loco expositam non repetemus. Prima observatio est super voce *περιστέριον* aut *περιστεριδίων*, vel potius super utraque: etiam dissimulata est hodie dictio *περιστεριδίων* in disputatione Masurii. Addenda haec erant sermoni *περὶ περιστερῶν*, qui libro nono continetur. Idem observandum etiam in caeteris. Tetraonas cum phasianis non Athenaens est qui confundit, sed rex Ptolemaeus, cujus verba solum recitat. in quibus manifestum est ἀνακόλουθον, nisi scribas *μετεπέμπετο*. mutato numero pro *μετεπέμποντο*, quod editum est. sequitur enim *ὑποβαλὼν ἐποίησε πλῆθος*. Ait, *προσαναπληρῶκει ἂν ταῖς πολυθρῦλότησις ἱστορίαις τῶν Ἱπομνημάτων τούτων τῶν εἰκοσιτισσάρων, καὶ ἄλλην μίαν*. Scribendum *προσαναπεπληρῶκει*.

nisi est iis simile, de quibus libro secundo, cap. 15. Προσαναπληροῦν τινὶ τι, dixit Athenaeus pro *supplere quod alicui rei deest*. ἄλλην μὲν ἱστορίαν, ut Latine *prima historia ἀντὶ τοῦ* primus liber historiae. Sensus est: est ad eos 24. libros historiarum quos edidit, unum insuper adjecisset librum. Scribi mox iusseram Στράτις παρστῆσιν ἐν Πausαν/α. vide libro septimo, cap. 23. Corruptus est posterior versuum Anaxandridae, quo it probatum furiosi hominis esse pavones domi alere, ἐξόν, inquit, τοιοῦτους ἢ δὴ ἀγάλματ' ἀγοράσαι. Suspicor legendum, Ἐξὸν τοιαῦτ' ἡδῶ ἀγάλματ' ἀγοράσαι. *cum liceat emere talia simulacra quae sint gratiora*. Descriptionem *meleagridum* quae affertur ex Clyto Aristotelis discipulo, nemo non videt gallinis iis convenire, quas vulgo *Indicas* vocamus. Ejus initio scribunt veteres, ἐν Λέρῳ. neque aliter Aelianus. *Lerus* Sporadum una est: de cujus incolis extat dictum Phocylidis, Λέριοι κακοί. non temere audiendi viri docti qui Ὠλέρω scribi volunt ex Stephani Ethnicis. Edebatur ante, καὶ τὸ σῶμα ξυλοιδές. Scripsimus χρῶμα cum omnibus MSS. In eo commentario quem scripsimus, De coloribus, docemus etiam Theophrastum lignei coloris meminisse libro septimo Historiarum, capite tertio. Differunt, inquit, semina a coloribus: τὰ μὲν μέλανα, τὰ δὲ ξυλώδη, τὰ δὲ λευκότερα. quem locum doctissimi viri depravatum censuerunt: frustra. Scribendum, καὶ ἐρυθροτέραν τῆς τῶν ὀρνίθων. sed non semper haec caro rubet. mutat enim colorem pro affectu quo movetur. Postea scribunt Excerpta, τὰς δὲ πτέρυγας πεποίκιλται πριονώδεσι σχήμασι πυρώδεσι πρὸς ἄλλα κακράμενοις. Familiare est apud Graecos comicos. ut coqui inducantur gloriosi, et de artis suae experimentis magnifica praedicantes. Sic in Epicratis versibus qui hic recitantur,

— ἐπὶ τοῖς δ' ἐγὼ,

μάγειρον οὔτε Σικελία καυχῆσται,
τρέφειν τοιοῦτον ἄρταμον κατ' ἰχθύων.

οὐ + κῆλιν' ἐνθα δελφάκων ἐγὼ κρεά
κάλλιστ' ὅπως πυρὸς ἀκμαῖς ἡνθισμένα.

p. 933.

Abstt a moribus nostris omnis vanitas. sed veram hujus loci lectionem invisam doctis, vidimus nos nullo negotio. Scribendum enim, Οὐτ' Ἠλιν, ἐνθα δ. neque Sicilia, inquit, neque Elis talem vidit artificem parandorum ciborum qualis ego sum. Significat se cum apud Siculos ἀβροδιαίτους, tum apud omnes Graecos, qui ludicri Olym-

picis causa in Elidem venerant, artis suae specimen edidisse, et nomen ac famam inde retulisse. ἀνθίζειν πυρός ἀκμαίς est, tostura flavum reddere et κρεμβαλέον.

Obscura vox est τριοβολοκρείσκον, in sequentibus versibus Alexidis. Si abessent duae litterae σκ. posset exponi olla carnum triobolaris id enim est κρεῖον. Homerus, Αὐτὰρ ὅγε κρεῖον μέγα κάββαλεν ἐν πυρὸς αὐγῇ. sed videndum an satis conveniat ea interpretatio poetae verbis, Ὅτιον, ὅπτεν, θερμόν εὐχλωτέρων. Auctor est Porphyrius libro primo, Περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων, moris fuisse Athenis pompam quotannis Soli et Horis simul ducere. De ea solemnitate sentit mox Philochorus, Ἀθηναῖοι ταῖς Ὠραῖς θύοντες οὐκ ὀπῶσιν ἀλλ' ἐψουσι τὰ κρέα, παραιτούμενοι τὰς θεὰς ἀπέργειν τὰ περισκαλῆ καύματα καὶ τοὺς αὐχμούς. quid proprie περισκαλῆ dicatur, ante est expositum, libro undecimo, capite septimo. usurpatur de omnibus quae tolerare durum est et molestum. et περισκαλῶς φέρειν, pro aegre ferre. Menander, Ὁ γὰρ μετρίως πράτταν, περισκαλεότερον Ἀπαντα τ' ἀνιὰ Λαμπρία φέρει. Ait, τὰ δὲ ὀπτά τῶν ἐφθῶν ὁμότ-ρα καὶ ξηρότερα. Videtur hoc, et rationi consentaneum, ut sicciora sint assa quam jumentis: et ex Aristotele petitum, cuius modo nomen positum est: tamen aliter habet utrumque. Audiamus magistrum, Meteorolog. lib. quarto, ξηρότερα τὰ ἐφθῶ τῶν ὀπτῶν. οὐ γὰρ ἀνασπᾷ εἰς αὐτὰ τὸ ὑγρὸν τὰ ἐψόμενα. κρατῇ γὰρ ἢ ἔξωθεν θερμότης τῆς ἐντός. εἰ δὲ ἐκράται ἢ ἐντός εἴληκεν ἂν εἰς αὐτήν. Mendose scriptum, ταύρων ταξιτέρων Φλογίδες. Dalecamp. τακῆρὰ Φλογ. propius ad editam lectionem accesseris, si scribas, Ταύρων τ' ὀξυνέρων Φλ.

CAPUT VIGESIMUMPRIMUM.

Λαγῶνον. Simonidis sordēs. Nota sordium, muneri missa vendere. ὀτρίχας, οἰετέας. δέλφακα δεραϊότατον. ῥάρος. ε et ω confundi. ἀδρεῦσθαι pro ἀνδρεῦσθαι insigni loco constitutum. Refutantur qui Strabonem negant esse Strabonem. Περναε Κιβυρικαὶ et Κανταβρικαί.

Ὅτ παρατεθέντος αὐτῷ ἐπὶ τὴν τράπεζαν καθάπερ καὶ τοῖς ἄλλοις λαγῶν. non est a recto λαγῶς, ut putarunt

interpretes: sed a nentro λαγῶν. frustra leporina solita singulis convivis apponi, Graeci vocant λαγῶα, ut monebamus libro nono, capite decimo quarto. Neque existimandum est in eo convivio cui Simonides interfuit, singulis convivis integrum leporem fuisse objectum: sed unicum mensae fuisse illatum, et a carpo in partes tri- p. 934.
 butum: quod etiam declarant in dicto Simonidis haec verba, οὐδ' αὐρὺς περ ἐών. Est autem Homeri versus venuisse παραδεδωμένος. Ait, ὄντως δ' ἦν ὡς ἀληθῶς κίμβριξ ὁ Σιμωνίδης καὶ αἰσχροκερδής. Hoc multi testantur. Aristophanes de Simonide jactatum fuisse proverbium indicat, Κέρδους ἕκατι κἄν ἐπὶ ῥιπὸς πλέοι. Taceo quae de hujus poetae avaritia et sordibus Pindarus et Theocritus dixerunt. Callimachus, — οὐ γὰρ ἐργάτιν τρέφω τὴν Μοῦσαν ὡς ὁ Κεῖος Ὑλλέχου νέπου. Addit, solitum Simonidem quotidiana munuscula quae sibi ad victum mitteret Hieron, venderet. Magnum hoc restricti animi indicium semper est habitum, habeturque. Nicetas Choniates de Joanne Puzeno, καὶ σμικρολογίαν νοσῶν, καὶ γλισχροτήτα, καὶ τὰ πεμπομένα πολλὰνικὶς τῶν ἐδωδίσμων ἀνέπεμπεν εἰς τὸ πωλητήριον. et narrat idem de hoc Joanne accidisse nonnunquam, ut res easdem ter sibi missas ter venderet. Sed qui hoc faciant facile excuset et culpa liberet Tiberii Imperatoris exemplum: qui nullum ingentis formae missum sibi in macellum deferri et vaenire iussit, ut narrat Seneca epistola nonagesima quinta. Scribendum. Οὐδατος δὲ Τηλεκλειδῆς μνημονεύει ἐν Στερεβοῖς. vide libro nono, capite decimo quarto. ibi etiam de voce ὑπογαστρίων. In parodico versu Matronis legebatur Ἀτρίχας οἰετέας. essi non inepte, falso tamen: nam sine omni dubio imitatur Homeri versum, Ὀτρίχας, οἰετέας, σταφυλῇ ἐπὶ νῶτον ἐίτας. quare verte *unius coloris, unius aetatis*. Scribe deinde, πολὺ δέλφαξ σιτυτὸς ἄτρυξ. Sequitur, Δέλφακα δὲ ἀρσενικῶς κίρηκα Πλάτων ἐν Ποιητῇ, δέλφακα δεραιότατον. Non facile credam verbum Graecum esse δεραιον, pro eo qui amplas cervices habeat MSS. optimae notae, δέλφακα δὲ ραιότατον. ne id quidem agnoscimus pro Graeco. auctore Hesych. ῥάρος veteribus Graecis idem significavit atque ισχυρός. an ea vox locum hic habeat nescio. Logo vero, δέλφακα δ' ὠραιότατον. *porcum grandiusculum, et mactationi opportunum.* ω et s passim in MSS. confunduntur. inde error. Locum Eupolidis quo probatur dici τὴν δέλφακα. ita editum: οὐκ ἀλεύθειον δέλφακα † ὅδεν θ' εἰστία, καὶ

μάλα καλήν, ita emendamus ex vestigiis corruptae lectionis: ὁ γαλαθηνὸν δέλφακα ἀνόδοντά θ' εἰστία, καὶ μάλα καλήν. id est, qui convivio exhibuit lactentem, et adhuc sine dentibus porcellam, valde pulchram. quid sit δέλφαξ γαλαθηνὸς scimus ex libro nono. Ait, Ὅτι δὲ τοῖς εἰλωσιν ὑβριστικῶς πάνυ ἐχρῶντο Λακεδ. Haec erant illis adjicienda, quae de fervorum variis generibus disputata sunt libro sexto. Ἀνδροῦσθαι nihil aliud Graece loquentibus significat, nisi pervenire ad virilem aetatem. Quare si verum est quod narratur mox, Lacedaemoniorum leges certam constituisse poenam heris illorum, εἰ μὴ ἐπικόπτοιεν αὐτοὺς ἀνδρουμένους: sequitur fuisse illos omnes ἡβηδὸν occidendos prius quam viri fierent. sed hoc quis credat? cum ne infensissimi quidem hostes id fecisse nisi rarissime legantur. Non abest quin fraudem p. 935. hic aliquam impuri homines sint fraus. atque adeo ita est: nam auctor scripserat τοὺς ἀδρουμένους. Omnino Lacedaemonii ἀνδροῦσθαι quidem suos servos, et voluerunt et siverunt. at ἀδρουσθαι eosdem, id est corpulentos evadere et nitere, neque voluerunt neque siverunt. En quam ridiculam sententiam literulae unius adjectio efficiat. τὸ ἀδρουσθαι proprium est τῇ εὐεξίᾳ, quam esse ait Aristoteles πυκνότητα σαρκός, id est, ἀδρότητα. Athenaeus hoc verbo expressit, quod pluribus modo dixerat, ὑπερακμάζειν τὴν οἰκετικὴν ἐπιφάνειαν. contra, strigolum esse macilentum, squalidum atque horridum, signa sunt hominis miseri et male habiti. Non est autem mirandum, Spartanος qui legitimum cinguli modum liberis suis praefinierant, quem non liceret impune excedere, erga servos suos fuisse iniquiores. Ut probet Strabonem Γεωγραφομένων eruditissimum scriptorem, non adeo recentem auctorem esse, ac videretur nonnullis, ita scribit, λέγει γὰρ αὐτὸν ἐν τῇ ἐβδόμῃ τῆς αὐτῆς πραγματείας ἐγνωκέναι Ποσειδώνιον, τὸν ἀπὸ τῆς στοᾶς Φιλόσοφον, οὗ πολλάκις μεμνήμεθα, συγγενόμενον Σικίῳ, τῷ τὴν Καρχηδονα ἐλόντι. In libris Strabonis hodie illa non legas. Sed o bene quod diserte Athenaeus librum nominat, ubi de se et Scipione Africano magnus auctor erat locutus. ni fecisset, color aliquis futurus erat tenebrioris illius calidissimo mendacio, qui probare hinc nititur dudum Strabonem fuisse: neque Strabonis sed Stratonis nomen praescribi debere iis libris quos hactenus pro Strabonianis omnes omnium aetatum eruditi habuerunt. Tu vero marrucine libri septimi jacturam sarcī, et lacunam

imple si potes; atque ego spondeo tibi, quod ex integris libris suis Athenaeus prompsit, fore ut reperiamus et nos in nostris integratis. Eiusdem farinae alterum quoque Lucumonis illius argumentum est, non esse Strabonis haec, quia scriptum sit hodie in codicibus Strabonianis ταῖς Κανταβρικαῖς ἐνάμιλλοι: non ut hic ταῖς Κιβυρικαῖς. ridiculum caput: nam si pondus habet haec ratio, per hanc monstrificam Circen neque Plato fuerit Plato, neque Aristoteles Aristoteles, neque Theophrastus erit Theophrastus. Plurima enim, ut saepe indicavimus, ex istorum libris aliter descripsit philologus, quam habeantur hodie in vulgatis editionibus. Omnia denique si huic argumentationi locum damus, ἐν ἅλλᾳ γενήσεται, ut ait poeta. Sed valeat infrunitus criticus, cum perverso isto iudicio. Porro de lectione Strabonis ad Strabonem egimus: hic autem fidei nostrae causa eam expressimus γραφὴν, quam scripti omnes exhibebant. Culpam hic commissam Athenaeone attribuari an exscriptori, incertus animi haereo. nam illa μνημονεύει δὲ αὐτῶν Στράβων, si ita accipias, *Pernarum mentionem facit Strabo*: nihil vetat credere locum Strabonis ab Athenaeo bona fide recitatum, a librario fuisse corruptum, qui pernarum Cantabricarum nomen audiverat nunquam: *Cybiricas* vero sive *Cybiraticas* modo nominatas Athenaeo meminerat. Sine causa autem vocis Πομπέλων defectus et vitii p. 936. notam praefixerunt. eam tolle: nihil enim deest.

CAPUT VIGESIMUMSECUNDUM.

Τροφαλὶς Σικελικὴ. *Caseus Trophailikos. Prov. ex depravata lectione fictum, Jovis lac. ἀποτρῆγμα. Maeson cocus et tettix. Megarenses Nisaei. Olim iidem coci et popae. Alexander victimarum e Macedonia accersit. ὀργιαστικά sacra Olympias iis dedita. serpentes ad illa sacra adhibiti. iis nomen ἀργόλαι vel ἀργαῖ. Volumen epistolarum Alexandri, et aliorum ad Alexandrum.*

ΕΠΕΙ δὲ καὶ Σικελίας αὐχῆμα τροφαλὶς ἦδε ἐστὶ φ: alludit ad poetae alicujus verba. Aristophanes Vespis.

Τροφαλίδα τυροῦ Σικελὴν κατεδήδων. et rursus in eadem, Ἀποδράς γὰρ εἰς τὴν γωνίαν τυρὸν πολὺν Κατεσικέλιζε. Caseus qui Τρομυλικὸς nominatur in libris editis, Breviatori est, Στρομυλικός. quod si rectum est, Στρομύλεια utique mox scribendum. alterum malim. Noli quaerere quid appelletur *Jovis lac*, isto versu quem recitat philosophista: Καὶ τυρὸς ὁπίσας ἐστὶ καὶ Διὸς γάλα. e Cyclope Euripidis est hic versus. Ibi hodie scriptum βοὸς γάλα, quae vera est proculdubio lectio. Faceti sane homines, qui bovem in *Jovem* mutarunt. quanto hoc majus, quam ex musca elephantum. Eruditissimus paroemiographus si Euripidis codices inspexisset, deprehensum errorem emendare praeoptasset, quam Chiliadas suas fictitio proverbio reddere auctiores. Ἀποτράγγημα interpretatur Athenaeus apud Eupolidem, λείψανον τῶν τραγημάτων καὶ τρωξίμων. ex his emendabis Hesychii codices: ubi perperam scriptum ἀποτράγγημα, λείψανον, βρώμα. Seq. Φιλιππίδης ἐν Αὐλοῖς, Τοὺς δὲ πυρίεφθας καὶ τὰ λάχανα ταῦτ' ἔχων. conferenda haec cum iis quae scribit Pollux libro sexto, capite nono, ubi aliam lectionem invenies. Postea coquus inducitur μαγειρικὰς multas ῥήσεις ex antiquis poetis recitans: quae illis sunt adjiciendae, de quibus libro septimo, capite undecimo diximus. Observat iste dixisse veteres τὸν μὲν πολιτικὸν μάγειρον Μαίσιωνα, τὸν δ' ἐκτόπιον τέττιγα. qua de re Festus, *Maeson, persona comica appellatur, aut coci, aut nautae, aut ejus generis. dici ab inventore ejus Maesone comoedo ait Aristophanes grammaticus.* at Hesychius scribit hoc nomen per ου. Μούσωνες, inquit, οἱ κορυφαῖοι τῶν μαγείρων, ἧ οἱ τεχνῖται. sed verba sunt ejusdem alio loco, Τέττιξ ἔξω τοῦ συνήθους ζώου παρὰ Ἀττικαῖς, οἱ τῶν μαγείρων ὑπέρτατοι ξένοι, οἱ δ' ἐκτόπιοι μαίσιονες. Observo etiam inter comicas personas unam fuisse quae *Θεράπων τέττιξ* dicebatur, auctore Polluce libro quarto. Paulo post pro καὶ Φιλήμων δέ που Φησὶν, aut erravit librarius aut Athenaeus: Stratonis enim sunt versus, non Philemonis. vide libro nono. Megarenses veteris et antiquae Graeciae distinguuntur ab aliis Megarensibus Siculis cognomine Nisaeorum. Theocritus, Νισαῖοι Μεγαρῆες ἀριστεύοντες ἐρέτμοις. et Athenaeus, p. 937. hic, τὸν Μαίσιωνα ἐκ τῶν ἐν Σικελίᾳ Φησὶν εἶναι Μεγαρέων, καὶ οὐκ ἐκ τῶν Νισαίων. Nova fuit et insolens illa coqui gloriatio, qui apud Posidippum hos versus proferebat,

Ταυτὶ μὲν οὖν τοιαῦτα συμβαίνει δέ τι
νῦν μοι διακονοῦντι παρὰ τῷ δεσπότῃ
ἀστειόν, οὐχ ἀλώσομι' ἐκφάρων κρέας.

Moris fuit coquis cum cibos mercede conducti pararent, furto quicquid possent auferre. Ideo soliti janitores excutere diligenter cum abirent. Hoc toties jam probatum in superioribus, ut exemplis non sit opus. Iste vero coquus, vel quod macilentas carnes habuisset despiciatui, vel quod propter tenuitatem apparatus, aut vigilantiam custodis apppositi non potuisset, id nunc gloriatur, et laudi sibi verti postulat, quod janitores se non essent in fraude et carniū furto deprehensuri. Simillimus est apud comicum initio *Pacis* locus: nam ibi famulus qui stercoreas turundas scarabaeo pinsebat, hoc unum saltem ex ea opera consequuturum se praedicat, quod nemo illum sit accusaturus, quasi mandentem inter pinsendum: quo nomine saepe famelici aut gulones servi poenas fordidas, vel delicatis heris dabant: nam utrosque hoc facto offendeabant. Aristophanis verba sunt,

Ἐνός μὲν ὃ ἄνδρες ἀπολελῦσθαι μοι δοκῶ.

οὐδεὶς γὰρ ἂν Φαίη με μάττοντ' ἐσθίειν.

Aestimetur ex his eruditus lector quo jure, quave injuria in tertio versuum Posidippi negationem tollendam interpretes censuerint. ut taceam de labe versus. Multa in iis quae deinceps recitantur, et mutila et corrupta supra humani ingenii conjecturam. Simonidis testimonium fortasse ita non male scribas: *χ' ὅσα θεῶν σαφῶς ἐμιστυλα κρέα εἰδώς. quae ad Deos spectant, ea perite paravi.* Deinde. *Τί καὶ γὰρ οὐ καλῶς ἐπίσταμαι;* non *κακῶς.* Transeamus ad sequentia: egent enim censura nostra. Ait, *ἐμφαίνει δ' αὐτῶν τὴν ἐμπειρίαν, καὶ ἡ πρὸς Ἀλέξανδρον Ὀλυμπιάδος ἐπιστολή. προτρεπομένη γὰρ μάγειρον αὐτῇ πρίασθαι θυσιῶν ἐμπειρίον, ἡ μήτηρ Φησί, Περίγναν τὸν μάγειρον λαβὲ παρὰ τῆς μητρός. οὗτος γὰρ οἶδεν τὰ ἱερά σου τὰ πατρῶα ὃν τρόπον θύεται, καὶ τὰ ἀργὰ, δικαστικά καὶ τὰ βακχικά ὅσα τε Ὀλυμπιάς προθύεται, οὗτος οἶδεν. μὴ οὖν ἀμελήσης, ἀλλὰ λαβὲ, καὶ ἀπόστειλον πρὸς ἐμὲ τὴν ταχίστην.* Dicebat modo Athenaeus veteres cocos rituum sacrificandi et πάσης τῆς θυτικῆς notitiam habuisse. Nunc ait, posse id ipsum constare ex Olympiadis ad Alexandrum epistola. deinde ipsa Olympiadis verba profert, et quod instituerat, clare probat. quid dico probat? imo vero probabat olim: nunc perversa lectio hujus loci sententiam omnem per-

Casaub. Anim. in Athen. T. III. O

vertit. Nam ineptissimum est quod vulgata scriptura continet. Initio petit mater a filio, ut coquum sibi sacrificandi peritum emat: deinde autem offert e vestigio eadem filio suo Pelignam coquum plane qualem se desiderare dixerat. Enimvero si habet bonum *θύτην*, cur usque inde ex Asia, aut India sibi petit mitti? Sed neque illud in-
p.958. telligo, quorsum Olympias Macedoniam inhabitans, eum desideret qui Asiaticorum sacrorum ritus norit, Graecanicorum aut Macedonicorum ignoret. nisi putemus, quod absurdissimum est, more populorum Orientis sacra facitasse Olympiadem. Quid multa? interpretum qui haec absurda concoxerunt, stomachum nemo satis depraedicarit. Legendum affirmo, *προτροπομένου γὰρ μάγειρον αὐτῇ πρῆσθαι θυσιῶν ἔμπειρον, ἢ μήτηρ Φησί.* id est, *nam cum Alexander eam hortatus esset ut ad se mitteret popam sacrificiorum peritum, ait mater: Accipe popam Pelignam a matre tua, etc.* Cur e Macedonia victimarium accerierit Alexander, obscura causa non est: nam et pietatis intererat, et existimationis illius, ut more patrio sacra faceret. quod ostendit Olympias manifeste cum subjicit: *οὗτος γὰρ οἶδεν τὰ ἱερά σου τὰ πατρῷα.* Quaeenam autem sunt *ἀργὰ* sacra quorum Olympias meminit? quae item illa *δικαστικά*. Prorsus nisi ineptire volumus, legendum, *καὶ τὰ ὀργιαστικά, καὶ τὰ Βακχικά.* Olympiadem valde fuisse deditam orgiasticis sacris et Orphicis, diserte Plutarchus scribit in Alexandri vita. Addit idem, solitam Olympiadem mansuetorum serpentum genus quoddam ad ista sacra adhibere: qua de re multa etiam Lucianus scribit in Pseudomanti. Ex Suida et Hesychio conjicere est, *ἀργόλας* vel *ἀργαῖς* istos angues fuisse appellatos. Qui horum meminissimus, putavimus aliquando posse hunc locum in eam sententiam accommodari non magna mutatione: ut dicat Olympias, illa etiam sacra Pelignae esse nota, ad quae serpentes argae adhiberentur. Sed displicet nobis jure merito haec sententia. neque dubitamus verum esse quod prius diximus. Quaerant etiam doctiores quaeenam illa sint sacra *ὅσα Ὀλυμπιάς προθύεται.* nos qui frustra quaesivimus legemus interea, *ὅσα Ὀλυμπία.* ea sacra intelligit, quae Olympiae fiebant ab agonistis prius quam certamen inirent. Sciendum autem, extitisse olim in doctorum bibliothecis epistolas Alexandri, et aliorum ad Alexandrum. multa harum mentio apud veteres scriptores, ut Plutarchum, Athenagoram, Athenaeum, alios, sed et Grammatici

earum testimoniis aliquando utuntur. Hesychius, in voce σκῶδος, quae Macedonum lingua praetorem iudicii praefectum significabat, ἡ λέξις καίται, ait, ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς Ἀλεξάνδρου. meminit et in Ἀρόπανοι. ejusdem verba sunt quae subjiciam, Γητικὰ παρὰ Ἀλεξάνδρῳ ἐπιστολά. ποτήρια οὕτω καλούμενα. corrigendum, παρὰ Ἀλεξάνδρῳ ἐν ἐπιστολαῖς. Epistolarum Olympiadis ad filium meminit A. Gellius libro 13. capite quarto et Pollux lib. 7. cap. 9. observans nominari Olympiadi ἐπιουργεῖον, qui dicitur vulgo ἱστών: nam ita scribi debet is locus. et iterum mox legendum βέλτιον δὲ ὁ ἱστών, vel ἱστῶν, ut in Glossario scribitur. pessime libri Pollucis ὀϊστῶν. Earum quas ad matrem scripserat Alexander mentionem fecere item multi. Octavius Minutius Felix, *Alexander ille Macedo insigni volumine ad matrem suam scripsit metu suae potestatis proditum sibi* p. 939. *de diis hominibus a sacerdote secretum.* Pollux libr. 6. cap. 12. ἐν Ἀλεξάνδρου πρὸς τὴν μητέρα ἐπιστολῇ, μέμνημαι ἐν ἄλλοις σκεύεσι καὶ τὸν μύστρον εὐρών.

CAPUT VIGESIMUM TERTIUM.

Ceryces *Atheniensium*. ῥέζειν ἐπὶ τοῦ θύειν. ἔρδειν. θύειν. δράν. *antiqua sacrificia. ἀναγρῶναι παλαιαί.* *Clidemi* Atthis. Prov. Καινὸς οὐτὸς ἐστὶ Παλαιόφατος. *Palaephatus mythographus.* τὸ οὐχ ὁράμενον λάχαινον. περισποδεῖν τὸν δεσπότην. σποδεῖν. myma et mimarcys. νομαῖς, gallina *Numidica. Philemonia.* Ἀρπαζόμενος.

FAMILIA fuit Athenis *Cerycum*, quos ait Diodorus Siculus μετανητέχθαι ἀπὸ τῶν Αἰγυπτίων παστοφόρων. erant sane et pastophori Aegyptiorum, et Atheniensium ceryces sacrorum administri, popis et victimariis non dissimiles. Propterea scribit Athen. ὅτι σεμνὸν ἡ μαγειρικὴ μαθεῖν ἐστὶν ἐκ τῶν Ἀθήνησι κηρύκων. inepte facias si veritas hic κήρυκας praecones. *Homerus*, inquit dipnosophista, τὸ ῥέζειν ἐπὶ τοῦ θύειν τάσσει. id est, quod nos θύειν dicimus, victimam Deo mactare, id *Homero* est ῥέζειν: vel simpliciter absque ulla adjectione: vel adjecta voce ἱερῶν, aut alia simili, ut — Φοίβῳ θ' ἱερὴν ἐκατόμβην Ῥέξαι ὑπὲρ Δαναῶν. sic Latini cum faciam

vitula. Plutarchus de iis loquens, qui diis hostias primi mactarunt. *ταραττόμενοι καὶ δειμαίνοντες, ἔρδσιν ἐκάλουν καὶ ῥέζουσιν, ὥς τι μέγα δρῶντες τὸ θύειν ἐμφυχον*. Athen. verba non recte accipiunt interpretes. Addit, *τὸ δὲ θύειν ἐπὶ τοῦ ψαιστὰ μεταδόρπια θυμιᾶν*. antiquissimi homines cum sacrificia cruenta ignorarent: hostiarum loco vel folia et glandes dum ipsi adhuc *ἐβαλανήφάγουν*: vel *ψαιστὰ* et fractas fruges diis offerebant. atque hoc illi vocabant *θύειν* inquit Porphyrius *Περὶ ἀποχῆς ἐμφύχων* libro 2. et observant critici nunquam apud poetam τὸ *θύειν* mactandi significatione esse positum, sed τοῦ *θυμιᾶν*. Sequitur, *καὶ οἱ παλαιοὶ τὸ θύειν δρᾶν ὠνόμαζον*. id est, *δρᾶν* veteres usurpabant pro mactare et jugulare victimas, quod nos hodie *θύειν* dicimus: etiam grammatici *δρᾶν* exponunt *θύειν*. et ita statim accipitur. *ἔδρων οἱ κήρυκες*, id est, *sacrificabant ceryces*. at verbum *θύειν* significare *ἀπλῶς agere*, quis docuit interpretes? Mox, *κήρυκας δὲ αὐτοὺς ἀπὸ τοῦ κρείττονος ὠνόμαζον*. reddit rationem cur sacrorum ministros *κήρυκας* appellarint ἀπὸ τοῦ *κηρύττειν*, quod est, *aliquid proclamare*. a praestantiore, ait, parte muneris quod obibant sic dicti. lidem namque et hostias mactabant adolebantque, et cum fiebant sacra, populum initio jubebant favere linguis acclamantes, *ΕὐΦημεῖτε*. *σιγῇ πᾶς ἔστω λεῶς*. peractis vero solennibus religionis, populum demittebant his verbis, *Δαῶν, ἄΦεσις*. id est, *extemplo*, vel *ite*: *Missa est*. Haec pars est ministerii cerycum, quam vocat auctor priorem et praestantiorem. Quod sequitur, *ἀναγέγραπται τε οὐδαμοῦ μαγείρῳ μισθός, ἀλλὰ κήρυκι*, qui de Ho-
p. 940. mero putant accipiendum multifariam errant. Non dubitamus nos, aliorum esse haec referenda: puta ad leges sacrificiorum, qualis illa regia lex fuit, cujus meminere Pollux et noster libro sexto. Ea lege et similibus aliis definiti erant sumptus sacrorum, et quantum cuique dari de publico deberet. Ait igitur Athenaeus, in nullo huiusmodi monumento vetustatis fieri mentionem *μαγείρων*, sed semper *κηρύκων*. Legebatur, *Ἐν δὲ τῷ πρώτῳ τῆς Ἀτθίδος Δήμος*. emendavimus *Κλειδῆμος*. cujus scriptoris Atthidem et Athenaeus, et alii laudant saepe. Athenionae *ρήσεως* versum duodecimum, scribe hoc modo, *Ὡς ἦν δὲ τὸ κρέας ἡδίων ἀνθρώπου κρεῶν*. cum *visa esset occisae victimae caro suavior humana*. sic statim, *ὥς δ' ἀπαξ τῆς ἡδονῆς Ἐμπειρίαν τιν' ἔλαβον*. Deinde mutata distinctione, *τὰ σπλάγχνα τοῖς θεοῖσιν ὁπῶσι φλογί,*

Ἄλας οὐ προσάγοντας. De sale quod ait Athenio, verum est. Lege omnes sacrificiorum descriptiones apud antiquissimos poetas: nulla usquam salis mentio. Praeterea scribit Plutarchus in 8. Symposiacor. *Ιχθυῶν δὲ καὶ τοὺς ἰερεῖς ἴσμεν ἔτι νῦν ἀπεχομένους· ἀγναύοντας δὲ καὶ τὸν ἄλλα Φεύγουσιν, ὥς μήτε ὄψον προσΦέρεσθαι μηδὲν ἄλλοις θαλαττίοις μειγμένον.* vigesimo septimo. *Καινὸς γὰρ ἐστὶν οὗτος Παλαίφατος.* Omnino kainos legendum, non kainos, ut placet Dalecampio qui etiam *παλαίφατος* vertit *fama publica*: quasi esset *παλαιὰ φάτις*. tam aliena vero sententia ne refutari quidem meretur. Eustathius postquam de Palaephato nobili, mythographo locutus esset, addit, *Παλαίφατος δὲ μέμνηται καὶ Ἀθηναῖος, ἐν τῇ μαγειροῦ σοφιστομένου, καὶ τὴν οἰκίαν τέχνην ἀποσεμνύοντος, ἔφη τὸ, kainos οὗτος Παλαίφατος, ὃ δὲ καὶ παροιμιάζεται εἰς τοὺς πιθανολογούντας τὰ μὴ οἶα τε προσοχὴν ἔχουσιν.* Palaephatus antiquissimus auctor de fabulis veterum ita docte et accurate scripserat, ut locum proverbio fecerit, quod hic usurpatur. nam ut de eximia fortitudinis viro dicebant ἄλλος οὗτος Ἡρακλῆς: sic de eo qui mendacia fingere probe nosset, ac rebus incredibilibus *πιθανολογίαν περιπατεῖν*, dicebatur, *kainos οὗτος Παλαίφατος*. Est vero observandum in Athenionis ῥήσι pronuntiari hunc versum non a coquo, sed ab eo qui cum loquebatur coquus. Ejusdem personae est hic quoque versus paulo post: *Ἀνθρῶπε χαῖρε περιπέδαι τῷ δέσποτι*, de quo mox dicemus. 30. versus est hypermeter: sequens foede corruptus. auxilium a libris censeo expectemus. hoc solum tuto videmur posse tentare, — *διέλαβε Περικομματίοισιν ἐπιβράνας. μετέπειτα δὲ Ἰχθ.* Arte coquorum ita interdum cibi dissimulantur conditura, ut cum eos edas, nihil minus putes esse quam quod edis re vera. Exemplo sit ille qui de rapis fecit apuas, ut dictum libro primo. Eo respicitur versu 32. cum ait comicus *ἐπαισχυκῆσαι τὸ οὐχ ἐράμενον λάχανον*. inferunt enim coqui in convivia olus non quale solitum versari in hominum adhuc *ποηθαγούτων* mensis: sed arte paratum, sic, ut olus non videatur olus. 34. et sequentes p. 941. sic accipe. Posteaquam propter dictas voluptates plurimum quisque ab eo afuit, ut hominem occidere atque esse vellent: tunc omnes cum primis auctoribus vitae hujus volebant vitam degere: tunc coepere homines in unum congregari, urbes condi: atque id beneficium mortalibus imputat ars parandi cibos. Haec mens eorum

quae dicit coquus ad versum 59. usque. Ibi interfatur alter, et ait, Ἀνθρῶπε χαῖρε, περιπόδαι τῷ δεσπότῃ. Hic cum audiisset coquum magnifica de se et arte sua praedicantem, ipsum salutatur ceu magnum aliquem virum et ut servile jugum excutiat, suumque herum jubeat μακράν κλάσιν, hortatur. quasi diceret, rem esse indignam, si adeo peritus homo tam nobilis artis, servitutem serviat. Existimamus hanc esse sententiam istius versus. sed περιπόδαι nulli pretii verbum ferri hic non debet. Scribo, περισπόδαι τὸν δεσπότην. obscenum verbum est σποδαιν apud comicos. sed quod hoc loco nihil nisi contemptum significat. est enim extrema contumelia quae homini libero fieri potest, cogere aliquem pati muliebria. sic apud Catullum et alios Latinorum ejusdem significationis verba capi non negabunt eruditi. 45. scribe, ἀλλὰ δεῦρό μοι συνέσθις. Per ὕ mox scribendum διαθρυμματίδας. alii vocant θρυμματίδας, vel ἐνθρυμματίδας. In versibus Posidippi scribe, Ῥῖνα κριτικὴν πρὸς τοῦψον. et, χναυστικὸς προσχναυστικός. vel προσχναυστικός, ut olim Turnebus. In Ecloga Antiphanea, Οὐκοῦν τὸ μὲν γλαυκίδιον ὥσπερ ἄλλοτε Ἐψειν ἐν ἄλλ. In Batonis perricopa, Τί σοφὸν καταλέλοιπέ τις ἡμῖν Ἀκτίδης. ejus ῥήσεως postremus versus non habet plenam sententiam p. 942. nec metrum. Scribo, Τὰ μέγιστα. πόσα ταῦθ'; ὅσα οἱ τεθνηκότες. interrogatus an in arte sua novi aliquid excogitasset: Ego vero, ait, maxima. quot autem sunt quae invenisti? inquit alter: respondet, quot vel omnes priores qui nunc sunt mortui. Post tam multa exponitur tandem, quid sit myma: ὅτι σκευάζεται ἐκ κρῶν καὶ αἵματος. Reperio aliam paraturam apud Hesychium, cujus verba ita scribenda, μῦμα, θριδάκων τρίμμα, καὶ ὑπόχυμά τι. Ac videtur Athenaei myma, aliorum esse mīmārcys. de quo edulio Hesychius et Pollux. Cratinus qui de republica Thessalorum scripserit, alibi quam hic non inventus nobis: et fortasse melius Κριτίας: de quo et ejus Politii ante dictum est. Mox scribi potest, εἴτε ἰσρεῖον, εἴτε ματτῆ. omnino autem, εἴ οὐ καὶ ὁ Ἀρτεμίδωρος παρέθετο μαρτυρίου Ἀλέξιδος, non μαρτύριον. Quid appellet Athenaeus ἐκλογὴν, quid δισκευασμένον δρᾶμα saepius jam dictum est. In tertio Alexidis versu scribe, προπόσεις πίνετε. consentiente Eustathio: non προπόσει. Deest verbum in illis, εἴ τις τῆς ὀρνίθου ματτῆς. videlicet ὀρέγεται, aut simile. Ait ἐσφάχθω διὰ τοῦ στόματος εἰς τὴν κεφαλὴν. juguletur immisso cultro,

per os in caput. καὶ νομάδα παχαῖν ἔψε. quid virum doctum impulit, ut *νομάδα* verteret *columbam*? aut cur *νομάς* gallina Numidica vel Africana esse non queat? quod etiam confirmat vox *κοκκυζόντων*, quae de eo genere avitii proprie usurpatur. Scribe, *Ποτηρίων καὶ ματ- τύης εὐφραίνετο.* Philemonis fabula unde est hic versus inscribitur hic *Ἀρπαζόμενος.* apud Pollucem *Ἀρπαζομένη* libro septimo, cap. 9. sed in ejusdem libr. 10. capite vigesimo quarto, ut hic. versus primus e Nicostrateis ita scribi debet, *Εὐγ' ἄνδρες, εὖ σφάδρ' ἀλλὰ μὴν τῇ ματ- τύῃ Οὐτ.*

ISAACI CASAUBONI
ANIMADVERSIONUM
IN
ATHENAEI DIPNOSOPHISTAS
LIBER DECIMUSQUINTUS.

CAPUT PRIMUM.

Nexus libri huius et argumentum. Mores veterum aliquot post finitas epulas. παραχέειν λίτρον, vel potius νίπτρον. παραχέειν μύρον. νίτρον, λίτρον, νίπτρον, νίψασθαι. ὕδωρ κατὰ χειρός. Dicaearchus Messenius. ἐξίσταντο τῶν σκευαρίων οἱ δυσκυβοῦντες. Locus e scholiis Aristophanis emendatus. Cottabissantium praemiola. Locus Aristotelis animadversus. Ἰσθμιάς.

UNIVERSAM δειπνοσοφιστικὴν ἱστορίαν in tres partes fuisse tributam ab auctore, suo loco diximus. Harum duas, τὰ πρὸ τοῦ δειπνου, et τὸ δεῖπνον, libris ipsis quatuordecim executus est. Tertia restat, unico hoc libro comprehensa: quem inscribas licet cum Athen. Τὰ μετὰ τὸ δεῖπνον ἐπιτελούμενα. Habes hic prolixam eorum explicationem quae remotis mensis fieri olim solita cum surrexissent, aut inter surgendum. Cottabis nempe ludē-
p.943. bant antiqui, flores sumebant, sive sertos sive solutos: unguentis etiam se perfundebant, aut ungebant: tum autem extremo poculo educto, quod vocabant ἀγαθού δαίμονος, ac de more recitato aliquo foolio vel paeane, aliove carmine, domitioni tandem facibus accensis se accingebant. Haec praecipua capita sunt omnium sermonum qui ultimo hoc libro continentur. Initio locus

recitatur e Platone comico elegantissimus: quo velut ob oculos ponitur strepitus ille qui in coenationibus solet excitari, cum surgunt de mensa convivae, et omnia illa quae diximus geruntur. Servus est atriensis qui loquitur aut architriclinus: qui ministrantium puerorum alium aliud cito facere praecipit. Ἐγὼ δὲ, inquit, λίτρον παραχέων εἰσέρχομαι. Moris fuit ut post finitas epulas, aqua manibus lavandis funderetur, deinde unguenta exhiberentur. illud Plato vocat παραχέειν λίτρον, hoc, παραχέειν μύρον. Nitro usos veteres in balneis et plerisque lotionibus, probari possit multis Hebraeorum, Graecorum et Romanorum testimoniis. λίτρον Attici, alii νίτρον ex Hebraeo נֶטֶר *neter*, ut Jerem. cap. secundo 22. et alibi. Atque haec quidem ita: sed an λίτρον pro aqua lavandis manibus laturi sunt qui habebunt ρίνα κριτικήν? equidem vix puto. etsi scio non aliis solum rebus, sed et corpori lavando, nitrum esse adhibitum. Athanasius, in sermone de virginitate, Ὅταν νίψῃς τὸ πρόσωπόν σου, νίψῃ, ταῖς δύο χερσίν· οὐδὲ μὴ ἐκτρίψῃ τὰ μῆλα τῆς ὀψέως σου, οὐδὲ μὴ βάλῃς πόαν οὐδὲ νίτρον, οὐδὲ τὰ ὅμοια τούτοις. Legam λουτρόν, aut νίτρον. quae dominans in hac re vox est. nam νίψασθαι proprie de lotione post epulas: νίτρον aqua in eam rem: at lotio ante coenam proprie ὕδωρ κατὰ χεῖρας. Lacunam in his versiculis adnotatam explere licet hoc modo, τοῦ δὲ μέλος; ἥδη γέγονε. Καὶ ἔπινόν γ' ἥδη πόρρον. Deinde scribo et distinguo, — μέλος μελίζεται τοῖς συμποταῖσιν. ἄλλην Τριγώνον εἶδον ἔχουσιν, Ἡγ' ἦδε πρ. Dicaearchus is qui ab Aristotele doctus, ut Cicero scribit, non Milesius fuit, sed Sículus ex Messana urbe, auctore Suida non uno loco. Falsa igitur est lectio quae sequitur non longe Δικαιάρχος ὁ Μιλήσιος Ἀριστοτέλους μαθητὴς ἐν τῷ Περὶ Ἀλ. melius libro 11. Δικαιάρχος ὁ Μεσσηνίος ὁ Ἀριστοτέλους μαθητὴς ἐν τῷ Περὶ Ἀλκ. ita igitur scribe. In Euripidea pericopa ex *Oeneo*, scribe ἄθλα κότταβον διδούς, cum Dalecampio. hoc enim agit, ut probet κότταβον etiam appellari praemium τῶν κοτταβιζόντων, id est, eorum qui ut loquitur Plinius, *elidebant in pavimento sonum, ex vini reliquiis*. Ait, Πλάτων δ' ἐν Διὶ πακουμένῳ παιδιᾷ εἶδος παρόνιον τὸν κότταβον εἶναι ἀποδίδωσιν, ἐν ᾗ ἐξίσταντο καὶ τῶν σκευαρίων οἱ δυσκυβοῦντες. id est, *Plato in Jove cruciato lusus esse genus tradit in quo vasculis suis vincenti cedebant qui infelicititer jaciebant*. Significat philologus, etiam proposito

praemio certasse veteres cottabismo: sed praemio tenni et non magnae rei. atque illa praemia vocat σκευάρια, paucis verbis more suo mentem nobis exprimens inse-
p.944.quentium Platonis versuum. quid igitur sunt σκευάρια? crepidae puta et cotylus, quorum in subjectis versiculis fit mentio. Haec sunt quae proprie vocabant cottabia, ut mox dicetur. In scholiis Aristophaneis ubi laudatur hic locus male scriptum, Διτ' καλουμένῃ: quod alii multi loci arguunt: et διακυβεύοντες pro δυσκυβεύοντες. id quoque male: nam δυσκυβεῖν probum verbum est, etiam Polluce teste. Multa in Platonis ecloga corrupta. Ita autem incipit:

Πρὸς κότταβον καίσεις, ἕως ἂν σφῶν ἐγὼ
τὸ δεῖπνον ἐσκευάσω πάνυ βούλομαι.

Scribo, τὸ δεῖπνον ὥδε σκευάσω, π. β. et deesse verbum explendae sententiae videtur. Coquus loquitur, qui ut tempus habeat parandae coenae, optat convivas cottabo interea ludere. 3. versus prope conclamatus. Ἄλλ' ἄνεμος ἐστάσεις θυίαν παῖς θεόν cum adolescentes ad cottabismum hortatus esset cocus, illi expediri, proferrique omnia ad eam rem necessaria jubent. Inter alia requirebatur vas aliquod grandiusculum aquae capax: cujus usum et Athenaeus mox, et Pollux libro sexto nos docent. Scribitur libro undecimo habuisse veteres vasa quaedam ad hunc tantum usum fabricata. Quod etsi verum est, nihil tamen vetat, etiam alia formae non dissimilis, cum ad manum propria non erant, cottabismo inseruisse. Nos quidem non dubitamus, θυίαν, id est, mortarium, in isto versu, locum pelvis tenere in quam solita ad cottabos aqua conjici, ut modo dicebamus. Hoc igitur ratum esto: praesertim cum aquae statim mentio fiat. Verba sic aptaveris huic sententiae. Ἄλλ' ἄγε μόνον, vel ὕδωρ στάζ' εἰς θυίαν παιδίον. Age igitur, o puer, aquam infunde in pilam. Interdum scire cottabissantibus praemii loco concedi solitum, ut praesertim foeminarum oscularentur quam vellent. Ideo ait Plato versu quinto, καίζωμεν δὲ περὶ Φιλημάτων. Calippus,

Ὁ δ' ἀγρυπνήσας τὸν πυραμοῦντα λήψεται

τὰ κοτταβεῖα, καὶ τῶν παρούσων ἣν θέλῃ Φιλήσει.

Septimo scribe, Παίσεις δὲ τίθεμαι κοτταβεῖα σφῶν ἐγὼ. id est, ego vero cottabismi praemia haec vobis statuo: crepidas nempe, quae sequenti versu nominantur, et cotylum. haec praemia κυρίως vocabantur κοτταβεῖα, vel κοττάβια, auctore Athenaeo libro 11. et Polluce libro

sexto. Aristotelis locus est paucis recte intellectus, ubi horum praemiorum fit mentio, quem ὁδοῦ παράργον attingemus. Rhetoricorum libro secundo, enumerans philosophus eos qui opportuni sunt injuriae et εὐαδῆστοι, inter caetera scribit: καὶ τοὺς ὅς' ἄλλων μέλλοντας, ὧν μὴ αὐτοὶ, ὡς οὐκέτι ἐνδεχόμενον βουλευσασθαι· ὥσπερ λέγεται Αἰνησίδημος Γέλωνι πέμψαι κοττάβια ἀνδραποδισαμένῳ, ὡς καὶ αὐτὸς μέλλων. hoc est, Facile eos laedimus, qui inibi sunt, ut si tu non occupes, alius sit ipsis nociturus: jam enim videtur integrum non esse de eo deliberare. sicut dicitur Aeneſidemus Geloni misſisse cottabia, postea quam Gelo quosdam subegisset, quibus et ipse imminebat. nihil hac interpretatione manifestius. non illepide hoc pacto significavit Gelo Aene- p.945. ſidemo victum sic ab eo diligentia et festinatione, cum alioquin idem et ipse meditaretur. ἂν μὴ αὐτοὶ concise positum ab Aristotele pro ἂν μὴ αὐτὸ φθάσωσι: vel καὶ μὴ αὐτοὶ ἀδικῶσι. ante vocem ἀνδραποδισαμένῳ deest populi a Gelone oppressi nomen, aut scribendum τινὰς ἀνδραποδ. viri eruditi, qui eos libros sunt interpretati, philosophi mentem non sunt assecuti. Revertamur ad Platonem, cujus postremos duos versus ita scribe:

Καὶ τὸν κότυλον τὸν σόν. βαβαῖαξ οὐτοσί
μαῖζων ἀγὼν τῆς Ἰσθμιάδος ἐπέρχεται.

majus certamen sibi propositum ait, quam si agatur de pinu Isthmica, sive ludorum Isthmicorum praemio. pluris nempe facit praemia hic proposita, quam coronam ludicri Isthmici Ἰσθμιάδος, intellige πίτυος: nam Isthmionicae coronabantur πίτυϊ.

CAPUT SECUNDUM.

Cottabi κατακτοί, Pollucis locus correctus. Praemium cottabissantis optime. καρκινούν τοὺς δακτύλους. radicem καρκίνωσις et τάξῃσις. χλανίδες καὶ βλαῦται. collabus. et κόσσαβος. Calippus comiceus, sive Callistus. absterſae maculae multae.

ΑἶΤ, ἐκάλουν δὲ καὶ κατακτοὺς τινὰς κοττάβους· ἔστι δὲ λυχνία ἀναγόμενα κάλιν τε συμπύκνοντα. Intellige ex Polluce hunc locum, τὸ κοτταβαῖον ἐκρέματο ἀπὸ τοῦ ὀρόφου ὑπτιὸν τε καὶ τέλειον χαλκοῦν παποιημένον, ὥσπερ λυχνίου τὸ ἐκίθημα, ὃ τὸν λύχνον ἐκ' αὐτοῦ φέρει. ita

scribitur in vulgatis libris. perperam, cum sit legendum, *υπτιόν τε καὶ λεῖον χαλκοῦ πεποιημένον*. id est *Pendebat ex lacunari aeramentum supinum ex aere levi factum, ei simile quod lychnum sustinet*. Plura leges in Commentariis Graecis ad Aristophanis *Eirenen*. et in ipso Athenaeo aliquanto post. Sequitur ex Antiphane, — *ὡὰ μὲν Πέντε νικητήριον* Possumus hic vetustati facere invidiam, et quod ipsa iuit abolitum, restituere in integrum. Nam paulo post Athenaeus, de praemiis, ait, cottabo ludentium ante diximus ex Antiphane: *ὡὰ γάρ ἐστι καὶ πεμμάτια, καὶ τραγήματα*. Non est dubium, respici hunc locum. Quare neque illud dubium esse potest, scripisse Antiphanem,

— *ὡὰ μὲν Καὶ πέμμα καὶ τραγήμα νικητήριον*.

Alibi dicit Athenaeus, praemium fuisse pyramuntem plantam. Artemidorus libro primo, *ἣν γὰρ ὁ πυραμοῦς παρὰ τοῖς παλαιοῖς ἐπινίκιος*. Videtis Plutarchum Sympoticorum libro nono, capite decimo quinto. Sextum et septimum versum ita emenda, *Ἀφείς ἐπὶ τὴν πλάστιγγα ποίαν; τοῦτο τὸ Ὑποκείμενον. τὸ μικρὸν πινακίσκιον λέγεις*; plura diximus ad librum undecimum. De modo recte cottabillandi recitantur ejusdem comici versus plusculi: quorum primi sunt hi,

*Ὡς δὲ λαβὼν τὸ ποτήριον δεῖξον νόμον,
αὐλητικῶς δὲ καρμινούν τοὺς δακτύλους,
οἶνόν τε μικρὸν ἐγγχεῖν καὶ μὴ πολύν.*

p. 946. Legendum suspicabar, *Ὡς δὲ λαβεῖν τὸ ποτήριον δεῖ σ' ἐν νόμῳ*. nam vulgatam scripturam recte interpretari non queas. *Καρμινούν* autem *τοὺς δακτύλους* dicitur tibicen, qui tibia canens, non solum curvat digitos, sed etiam torquet, flectitque in obliquum, sicut cancer pedes suos cum se movet. Graeci de obliquis hisce motibus verbum *καρμινούσθαι* usurpant. Observant veteres proprie dici *καρμινούσθαι* radicum fibras et fibrillas, quae contortis mutuisque nexibus invicem implicantur. Pherecrates *Ευγίγνις*, *ἴνα τὰ λήϊα συγκαρμινωθῇ*. Theophrastus Historiarum libro primo, de differentiis radicum, *μικρὰν ταύτην (ρίζαν ἔχει), τὰς τε ἄλλας μεῖζους, καὶ ὡς κεκαρμινωμένας*. Idem, De caussis, libro tertio, *χειμῶνες δ' ἐπιγινόμενοι πανταχοῦ χρήσιμοι*. *ρίζουνται γὰρ καὶ καρμινούνται μᾶλλον*. quid sit τὸ *καρμινούσθαι* explicatur ab eodem libro primo De caussis, cap. 13. cognatae significationis verbum apud eum philosophum τὸ *ταβρῶσθαι*. quod alibi pluribus explicamus. affine etiam apud Hebraeos τὸ *קבץ*

quo non semel utitur auctor libri Job. Legitur in Glossis, *καρκίνος χαλκέως. forfex.* recte. nam teste etiam Eustathio, forfices appellarunt *καρκίνον*, propter jugationem qua connectantur duae *χηλαί*. Post *μάνθανε* ponenda fuit *τελεια στιγμή*. nam falluntur qui sequentia quae sunt Athenaei cum praecedentibus Antiphaneis connectunt. *ἀγκυλῶν τὴν χεῖρα* quid sit, docent clare pluribus relata ejusdem Dicaearchi verba libro 11. in voce *κοτταβίς*. de ancyle poculo habes in fragmento libri 11. cap. 4. Corrupta sunt multa in Aeschyli versibus ex *Offilegis*. Primo deest syllaba: in secundo *αἰνεσίου* nihili vox est. Scribe verv,

Εὐρύμαχος οὖν τις ἄλλος οὐδὲν ἥσσονας
ὑβρίζει ὑβρισμῶς, οὐκ ἀνεκτέους ἐμοί.

ceu alter *Eurymachus*, non minore contumelia me affecit. quam equidem ferre non queo. de Eurymachi insolentia vife Homeri *Odyssæam*: eo enim respicit ὁ Φιλόμηρος tragicus. Tertio versu exponebatur magna illa contumelia de qua secundo dictum. sed lectio est contaminatissima: sic enim legitur, Ἦν μὲν γὰρ αὐτῷ κότταβος αἶς τοῦ μὲν κ' ἄρα. conjiciamus, sive mavis, divinamus, dicere hoc poetam: caput ejus qui loquitur a saevo et truculento tyranno habitum loco scopi, in quem cottabiffans vina jacularetur. Scriptura ita fortasse concinnanda Ἦν μὲν γὰρ αὐτῷ κοτταβοῦντι μὲν κάρα. caetera non capio. Scribe mox cum Eustathio, ἐπινεῖ τς ἐπ' αὐτῆς. In testimonio ex Hermippi *Moeris*, pro *χλαυίδας δοῦλαι*, lego, *χλαυίδας δ' οὔλαι*. hoc est, *molles et delicatae*. Describebatur belli apparatus, omiſſis rebus voluptuariis, et omni luxus instrumento, ut sunt molles vestes, blautae, soleaeque convivantium, et universum cottaborum choragium. Ait, *βλαύτης δ' οὔδεις ἐτέρως λεύκης*. mentem istorum jam exposuimus: in verbis haeremus. quid si ita? *βλαύτης δ' οὔδεις ἐταίροις λόγος*. Chlanides et blautae eorundem sunt et hominum et morum: saepeque apud scriptores conjunguntur. Anaxilas comicus: *μύροις χρῶτα λιπαίνων, χλαυίδας δ' ἔλκων*, p. 947. *βλαύτας σύρων*. Postea lege, *μάνης δ' οὔδεις: λαταγῶν δὲ τὴν τάλαιναν πλάστιγγ' ἴδοις π*. Sequuntur Achaei versus e Lino:

Ῥιπτοῦντες, ἐκβάλλοντες, ἀγνύντες τίμου
λέγοντες ὦ κάλλιστον Ἑρακλεῖ λάταξ.

in priore malim, ἀγνύντες τὰ μά. *res meas male perden-tes*. de petulantia comessantium loqui videtur. posteriore

significat, compotores istos pocula invergentes, ut Lyei laticem cottabis illiderent, Herculem invocasse, ut solebant in conviviis scorta, quod ait Plautus. Moris enim fuit et cum biberent, et cum cottabos vibrarent τοὺς ἐρωμένους, sive τὰς ἐρωμένας appellare: ut versum hunc explicans docet Athenaeus, et repetit ex ipso comici interpres. Inde intelligimus pronuntiata haec ab iis fuisse, qui Herculem peribant. Non igitur κάλλιστον scribi debet, sed καλλίστῳ, aut certe καλλίστῃ. Explicatio hujus moris ab Athenaeo subjecta, ita habet: τοῦτο δὲ λέγοντες παρ' ὅσον τῶν ἐρωμένων ἐμμένηντο, ἀφίεντες ἐπ' αὐτοῖς τοὺς λεγομένους κοσσάβους. Vox λέγοντες Achaei est, quam interpretatur Athenaeus. Potest scribi, Τοῦτο δ' ἔλεγον, παρ' ὅς. Videtur autem separare κοσσάβους a cottabis. quum tamen inter eas voces nihil interesse et testentur grammatici, et evincat analogia. In Hesychio scribitur κόσσαβος. In hanc rem recitantur inter caetera Callimachi haec:

Πολλοὶ καὶ Φιλέοντες ἀπόντιον ἦσαν ἔραζε,
οἰνοπόται Σικελᾶς ἐκ κυλίκων λάταγας.

editum est Σικελᾶς. perperam. non enim secundus casus est, sed quartus. male in scholiis Aristophanis, οἰνοπόταισι πενάς. Vocem ἀπόντιον interpretatur Critiae versus de cottabo, Ὀν σκοπὸν ἐς λαταγῶν τόξα καθιστάμεθα. Calippus comicus is est, ut arbitror, qui dicitur Polluci Callistus, libro 2. itaque alteruter emendandus. Addit, Ὅτι δ' ἐσπούδατο παρὰ τοῖς Σικελιώταις ὁ κότταβος, δῆλον ἐκ τοῦ καὶ οἱ βήματα ἐπιτήδεια τῇ παιδιᾷ κατασκευάζεσθαι ὡς ἱστορεῖ Δικαίάρχος ἐν τῷ Περὶ Ἀλκμᾶνος. Contaminata scriptura adegit interpretes de subcellis hic nescio quid comminisci plane absurdum: sed emendandum erat, ἐκ τοῦ καὶ οἰκήματα ἐπιτ. triclinia intelligit sic de industria exstructa, quomodo futura erant ad cottabismum quam commodissima. libro 11. vocabat οἴκους. Pro περὶ Ἀλκμᾶνος ex aliis similibus locis scribendum περὶ Ἀλκαίου. Similiter ex ipso Athenaeo emendandus venit Dionysii Chalci hic versus, Φαίλακος Μουσῶν ἐρέτας ἐπὶ σέλματα πέμπει. ita nempe, Φαίλακος κυλίκων ἐρ.

CAPUT TERTIUM.

Cratini junioris Omphala. πρόποσις munus. αἰοιδὰς ἀντιπροπίνειν. καλὸν νόημα. Platonis problema συμποτικόν. multa emendantur. Aelianus insigni loco restitutus.

ΚΑΤΑ γὰρ τὸν νεώτερον Κρατῖνον ὃς ἐν Ὀμφάλῃ Φησί. Julius Pollux lib. 7. cap. 13. ἐν τῇ τοῦ νεωτέρου Κρατῖνου Ὀμφάλῃ εἶρηται. In versu Cratini Πίνειν μένοντα p. 948. τὸν καλῶς εὐδαίμονα Κρεῖττον: censeo scribendum Πίνειν γελῶντα. jucundam et hilarem vitam agentem. opponit sequente versu huic vitae μάχας et πόνους.

Ἀγγελίας ἀγαθῆς δεῦρ' ἵτε πεισσύμενοι. adeste hinc hunc hunc bonum audituri. male πεισσύμενοι, vel πεπτόμενοι vulgo et interpretes. Subjiciuntur Callimachi ista.

— τὰ δὲ ῥόδα Φυλλοβολεῦντα τῶν † δένδρων ἀπὸ σταφάνων πάντ' ἐγένοντο χαμαί. ita vulgo editur. nos aliam lectionem invenimus. — τὰ δὲ ῥόδα Φυλλοβολεῦντος Δένδρου ἀπὸ στ. ne hoc quidem placet. Legam potius, Τ' ἀνδρὸς ἀπὸ σταφ. vel Τῷ δὲ ἀπὸ στ. Primi versus quos ex Dionysio Chalco refert Democritus, et mutili sunt, et perversè scripti:

Τήνδε προπινομένην τὴν ἀπ' ἐμοῦ ποίησιν
 ἐγὼ δ' ἐπιδάξια πέμπω
 σοὶ πρῶτῃ Χαρίτων ἐγκράσας χάριτας.

Vocem ποίησιν non admittit versus. Sine omni dubio legendum πρόποσιν. etsi intelligit poeta ποίησιν, id est, carmen suum, quod amico propinat, sive dono mittit, ideo munus suum vocat πρόποσιν. sic et mox loquitur, αἰοιδὰς ἀντιπρόπιθι. idem loquendi genus Athenaeo usurpatum non semel, ut diximus libri quarti initio, aliisque locis. Sed unde vox ποίησις? an ex glossemate, quia re vera πρόποσις hic aliud nihil nisi ποίησις? an ex sequentis versus initio? hoc puto verum: atque ita lacunam expleo: Τήνδε ἐμὴν ποίησιν ἐγὼ ἐπιδάξια πέμπω, Σοὶ πρ. Ἀπολύσασθαι τὴν ζήτησιν, parum est usitatum, sed ἐπιλύσασθαι. Quare ita scribam, Σὸν οὖν ἐστὶν ὃ μουσικώτατε τὴν χλίστῃ μου ταύτην ζήτησιν ἐπιλύσασθαι Δημόκριτε. non tamen nego etiam ἀπολύσασθαι legi interdum. διὰ τὸ πρὸς τὴν ἐπιφανοῦς κόσμου περιαιρῆσιν.

Deest aliquid implendae sententiae. Possumus ita acceptum vulnus dissimulare, διὸ οὐκ αὐτόπως τὴν ἐπιφανῆ κόσμου π. Notent tyrones locutionem οὐκ ἀσχημάτιστον cum ait ex Clearcho, ἣ διὰ τὸ πολλάκις τοὺς ἐρῶντας διὰ τὴν πτοίησιν, ὡς ἔοικε, στεφανουμένους περιβρεῖν αὐτῶν τὸν στέφανον, ἀντιστρέφόμεν τῇ ὑπονοίᾳ τὸ κάθος. turbavit interpretes ἡ ἀλλόκοτος syntaxis: nam et verborum traiectione, et mutatione casus, oratio facta est obscurior. Ita autem capienda haec, ut si esset scriptum, ἣ διὰ τὸ πολλάκις ταῖς ἐρῶσι στεφανουμένοις, περιβρεῖν διὰ τὴν πτοίησιν, ὡς ἔοικεν, αὐτῶν τὸν στέφανον. hoc modo planissima sunt omnia. Nescio quid sit νόημα in istis Lycophronis: Τόδε ἀνατίθην σοι ῥόδον καλὸν νόημα, καὶ πέδιλα. Fortasse scribendum, καλὸν ἄνθημα: vel τὸ ῥόδον καλὸν τόδ', ἐμάτε πέδιλα. si cui placet καλὸν νόημα interpretari, o *pulchra et ingeniosa amica*, liberum esto per me. similes locutiones exponebamus libro primo, capite nono. alio sensu Anaxagoras olim Νεῦς dictus. Proponitur paulo post ex Platone problema συμποσιακόν: quod neque est per se obscurum: et planissime ab auctore explicatur. Quaedam tamen corrupta quae incautos interpretes in errorem perpulerunt. Platonis problema est: p. 949. Numeros malorum aut coronarum invenire, qui aequae in plures ac pauciores convivas dividi possint aequis partibus. Probat Democritus talem esse numerum sexaginta, si in sex tribuatur. Suntο inquit 60. coronae in manu convivatoris: eaeque primo convivae qui in coenationem fuerit ingressus dentur omnes. hic dabit secundo partem dimidiam. uterque eorum habebit tricenae. ambo autem 60. accedat deinde tertius: et dentur huic ab utroque priorum denae, ut habeant singuli coronas vicenas. ter viginti faciunt 60. hanc partitionem inter convivas tres, ita exprimit Athenaeus: καὶ τρίτῳ ἐπισσελθόντι ἐξ εἴκοσι συνδιαιρούμενοι, τοὺς πάντας ἐξήκοντα ἔχουσι. Dalecampius corrigit συνδιαιρούμενος. contra perspicuam auctoris mentem. nam Athenaeus coronas facit dividi semper communi opera ab iis omnibus qui priores advenierant. ideo ait numero plurali συνδιαιρούμενοι, et statim κοινωνήσαντες. Praepositio ἐξ pro ἀνά ponitur, particula distributiva. quare etiam in Excerptis est ἀνά εἴκοσι. sed ita statim, ἐκ δεκαπέντε. Inquit enim, τετάρτῳ πάλιν ὁμοίως κοινωνήσαντες ἐκ δεκαπέντε † γίνονται. Epitomae auctor nullam hic lacunam agnoscit. Nos putamus legi debere, κ. ἐκ δεκαπέντε, ἴσοι γίνονται. aut potius

quod omnino verum arbitramur, τὰ πάντα ἔ γίνονται. postquam convivae quatuor coronas inter se communicaverint, diviserintque in quindenae, universae erunt 60. quindecim nimirum quater sumpta, 60. reddunt: qui est numerus initio propositus. posteriores syllabae vocis δεκαπέντε, absorpserunt sequentes dictiones τὰ πάντα. librariorum antiquorum solenne flagitium, ut saepe diximus, et exemplis multis demonstravimus. μετὰ καὶ τὸδε τοῖσι γενέσθω. Aelianus lib. 4. Ποικίλης ιστορίας, cap. 17. ἔλεγεν (Πυθαγόρας) ὅτι πάντων σοφώτατος ἐστὶν ὁ ἀριθμὸς δεύτερος, ὁ τοῖς πράγμασι τὰ ὀνόματα θέμενος. Doctissimi viri qui eum politissimum scriptorem interpretati sunt, sic ista verterunt, Dicebat binarium numerum esse omnium sapientissimum, eo quod nomina rebus imponeret. et si absurda et falsa est sententia: interpretibus tamen succensere par non est: qui quod erat in Graeco textu fideliter expresserunt. sed omnino ridiculus fuit Pythagoras cum mathefi sua, si verum est quod haec lectio significat. Non clam me sunt quae de dyade philosophati sunt mystici veteres: quorum sententias breviter relatas legere est in Excerptis Photii ex Nicomachi Geraseni Theologumenis arithmeticiis. Sed neque de illis subtilissimis asaniis cogitavit Aelianus: neque eo concessio, propterea minus absurda futura est hujus scripturae mens. Quid? sinemus persuaderi nobis numerum secundum, siue τὴν δυάδα nomina rebus imposuisse? Apage has ineptissimas ineptias. Enimvero nobile hic exemplum habemus ejus generis mendarum, de quo modo dicebamus. Scribendum, ἔλεγεν ὅτι πάντων σοφώτατος ὁ ἀριθμὸς εὐρὼν. δεύτερος, ὁ τ. Dicebat Pythagoras, omnium sapientissimum fuisse, eum qui numeros invenit. proximum huic eum qui nomina rebus imposuit. quia affinitas ali- p.950. qua est soni et scripturae inter voces εὐρὼν et δεύτερος, aliud agens librarius, alteram harum omisit. Plane insignis restitutio, si per oculos harum literarum verum licet dicere. Redeo ad dipnosophistas: qui postremo addunt: πέμπτῳ δὲ ἐκ δώδεκα, καὶ τῷ ἑκτῷ ἐκ δέκα. id est, quinto item communicantur coronae divisae in duodenae: sexto item divisae in denas. Theogneti locus, Ὄψ μ' ὁ δαίμων, etc. pluribus describitur libro tertio. ibi vide.

CAPUT QUARTUM.

Tenarus vel Taenarus grammaticus. τέναρος. Cares barbari: antiquissimi incolae Sami, Cares. λόγου θωράκιον. Τόνεα, sive Τόναια festum. Apollo Hybiaeus, et ab eo editae sortes. Ahae. Demetrius Antimottyras. Andrantus, sive Adraustus peripateticus. Promachia festum Spartanorum. οἱ ἐκ τῆς ἀγωγῆς στελεγγίς, corona, sive ταινία. Aristonis Cei Ἐρωτικὰ ὅμοια. Μος, frontem coronandi. Oda Anacreontica non prius edita.

TENAPOΣ δὲ ἀγροίκων εἶναι λέγει στεφάνωμα τὴν λόγον. Non possumus lucem facere tenebrioni huic lucifugae: quem alibi nominatum reperire non meminimus, nisi forte in antiquis Pindari scholiis, quae haec literis mandanti ad manum non erant. grammaticus fuit obscuri nominis. Glossographi τέναρος interpretantur nobis πακοῦργος, συνοφάντης. Veterum Etruscorum ὁ ληστρικὸς βίος, satis notus ex Strabone, et aliis. πεπισμένους τοὺς Ἀργεῖους absolute dixit pro πεπισμένων τῶν Ἀργείων. Ait, ὥς δ' αὖ βαρβάρους Κᾶρας, ὑπονοήσαντας αὐτόματον ἀποδεσφάκεναι, πρὸς τι λόγου θωράκιον ἀπερβίσασθαι, etc. Verendum erat, at Samios, ut qui erant barbari Cares, suspicatos sponte sua simulacrum aufugisse, in cavae salicis gremio illud destituisse, et attractis utraque ex parte longissimis ramis undique colligasse. Prima verba, male accepta ab interpretibus, quasi interpretans Breviator, ita extulit, οἱ περὶ Σάμον Κᾶρες ἄτε βάρβαροι. recte omnino. fidem narrationi suae conciliare voluit, cum illa adjecit, ὥς δ' αὖ βαρβάρους Κᾶρας. nam mirum et ἀπίστεον poterat videri, eo dementiae quenquam devenisse, ut crederet simulacrum loco Dei a se cultum, inquitum detineri usquam posse. sed hoc in hominibus barbaris mirandum negat. Cares a Graecis habiti pro barbaris, cum moribus institutisque, tum lingua: cujus gratia vatum principi dicuntur βαρβαρόφωνοι. Supereft jam ostendamus, antiquissimos Sami incolae Cares fuisse. non multum in eo laborabimus. Scribit enim Strabo lib. 14. ἐκαλεῖτο δὲ Σάμος Παρθενιάς πρότερον, οἰκούντων Καρῶν. deinde, τὴν δὲ πόλιν ὠκοῦν Κᾶρες τε καὶ Λέλεγες.

interpretes non solum in horum verborum interpretatione errant: sed etiam paulo post, cum ignari veteris historiae Etruscos faciunt Cares: ut taceam alia absurda quibus sese impediunt. *Λύγου Θωράκιον* interpretamur, cavum salicis Amerinae cariosae et semimortuae. Videre p. 95r. est annosas arbores, quarum superest tantum velut quaedam crusta, exesis caeteris omnibus, haec crusta eleganter *Θωράκιον*, id est, lorica et tegmen appellatur ejus rei quae caro contineatur, ita autem omnes libri scripti editique. Dalecampio emendationis, quam excogitavit, gratiam facimus. falsam enim scimus esse. Pergamus: *καὶ καλεῖσθαι Τονεάτην δορτήν, ὅτι συντόνως συνέβη περιεληφθῆναι τὸ βράτας*. Scribe cum aliis libris, *καὶ καλεῖσθαι Τόνεα τὴν δορτήν*. *Τόνεα* ut Nemea. porro *Τόνεα*, sive *Τόναια*, a voce *τόνος*, in memoriam vincti simulacri. Subjicitur, *τῶν Καρῶν δεισιδαιμονία περισχάζοντων, ἐπὶ τὸ μαντεῖον τοῦ θεοῦ παραγενομένων εἰς Ἑβλαν*. Caras Sami incolae, qui Junonis delubrum vinculis alligaverant, incessit postea religio, et metus: Samios inquam, non Tyrrhenos. itaque metuentes sibi ab ira Junonis, Apollinem consulunt, missis Hyblam ad oraculorum sedem, theoris. sic quidem librorum quantum est. nos Hyblaeum Apollinem nusquam legitimus: minus fuisse unquam oraculorum sedem in oppido Hybla. Abas fortean intellexit auctor, ubi olim sortes consulentibus edi solitae. Pausanias in Phocicis, *Ἀπόλλωνιος δὲ ἱεὺς νενομίκασιν εἶναι τὰς Ἀβας ἐκ παλαιοῦ. καὶ χρηστήριον αὐτόθι ἦν Ἀπόλλωνος*. Quod sequitur de impolita Prometheo poena, vitio librorum obscurum est: et desunt opinor nonnulla. Legebatur ante nuperam editionem, *Ἐγγὺς γὰρ προμόλου δέμνιον ἐνδαπίης*. quae lectio frustra viros doctos habuit exercitos. nam rectum est *προμάλου. prope adest cubile viticis indigenae. Demetrius Antimotytiras* apud quem vidisse ait Athenaeus Hephaestionis librum sibi prius non visum, bibliopola aliquis videtur fuisse: quales erant Romae temporibus illis quam plurimi, qui libros undique conquisitos a familia servorum quos in eam rem alebant, describendos curabant. non ausim contra librorum consensum sollicitare hic vulgatam lectionem, *ὅπερ νῦν ἐν τῇ Πρώμῃ εὗρομεν, παρὰ τῷ Ἀντιμοττίρῃ Δημητρίῳ*. Addit, *Τοιοῦτος δὲ τις καὶ ὁ Ἡφαιστίων συγγραφεὺς καὶ περὶ τὸν καλὸν ἡμῶν Ἀνδράντων ἐγένετο*. Dele illa verba, ὁ Ἡφαιστίων συγγραφεὺς καί. sunt enim inutilia, ut quae ex

libri margine in contextum irreperierint, quis autem iste *Adrantus*? Graecis quod equidem sciam, usitatum id nomen viri non fuit: neque inter Aristotelis interpretes (talem hunc facit Athenaeus) Andrantum reperies usquam nominatum. Adrastum peripateticum, interpretem librorum Aristotelis, multi nominant. Atque hic Athenaeo amicus, vel etiam fortasse praeceptor esse potuit: vixit enim sub Antoninis, juvene adhuc Athenaeo, ut non sine causa ejus viri nomen hoc loco restituendum esse videatur. quod tamen non ponimus nos, sed tantum proponimus. Antiphontem sophistam memorat Xenophon, Commentariorum libro primo, et Socratis cum eo colloquium. iste est de quo Athenaeus hoc loco. Scribe, οὐδὲν ἴδιον προσεξευράν. Lacedaemonii, inquit, calamo coronantur ἐν τῇ τῶν Προμαχίων ἑορτῇ. Sunt codices in quibus scribitur Προμυχίων: sed omnes meliores et Epitome Προμαχίων. Existimo cultam apud Lacedaemonios, (quorum dii omnes fuere armati) Minervam πρόμαχον: indeque dicta Promachia, sacrum illi deae diem sic in aliis Peloponnesi locis Promachormam eandem cognominatam legimus, ut apud Corinthios teste Pausania. De hoc solempni verba sunt Athen. ἐν ταύτῃ συμβαίνει τοὺς μὲν ἀπὸ τῆς χώρας καλὰ μῶ στεφανοῦσθαι, ἢ στελεγγίδι, τοὺς δ' ἐκ τῆς ἀγωγῆς παῖδας ἀστεφανώτους ἀκολουθεῖν. appellat τοὺς ἀπὸ τῆς χώρας, juvenes Spartanos rusticos, aut ex aliis locis ditionis Spartanorum, non autem ex urbe. at οἱ ἐκ τῆς ἀγωγῆς, juvenes sunt Lacedaemonii urbani, quorum major quam caeterorum cura. horum disciplina proprie ἀγωγή dicta. Plutarchus in Agesilao, ἤχθη τὴν λεγομένην ἀγωγήν ἐν Λακεδαίμονι, σκληρὰν μὲν οὖσαν τῇ διαίτῃ καὶ πολύπονον, παιδεύουσαν δὲ τοὺς νέους ἄρχεσθαι. Vocem στελεγγίδι qui vexant interpretes, quam inconsulti! στελεγγίς, idem ac στλεγγίς. ea dictio praeter notissimam strigilis significationem, etiam coronamenti genus quoddam designabat. laminas nimirum fabricabant, quibus pro coronis utebantur, στλεγγίδας, propter aliquam veterum strigilium similitudinem nuncupantes. Antiqui grammatici ἔλασμα χρυσοῦν interpretantur. probo quod dicunt fuisse ἔλασμα, laminam: nam et balnearis strigil, lamina erat incurva cum manubrio, ut scimus ex antiquis marmoribus. non probo quod addunt χρυσοῦν: quasi ex auro solum fierent strigiles ad ornatum. ex vili materia fuisse quasdam factitatas, testis hic locus: item alius initio libri quarti, ubi ait; προ-

στεφανώθη δὲ χρυσῶς πρὶν εἰσελθεῖν στλεγγίδι χρυσῷ.
 nam si erant omnes aureae, cur addit τὸ χρυσῷ. Placet
 quod scribit Pollux, στλεγγίδα fuisse pellem deauratam,
 capiti solitam aptari. ἔστι δὲ, inquit, καὶ ἑτερόν τι στλεγ-
 γίδος δέρμα κεχρυσωμένον, ὃ κατὰ τὴν κεφαλὴν φοροῦσι.
 Erotianus quoque ταινίδιον interpretatur. Constat ex va-
 riis operis hujus locis, editum ab Aristone Ceo fuisse
 librum hoc indice, Ἑρωτικά ὁμοία. quare etsi non damno
 vulgi scripturam in istis, Ἀριστοτέλης δ' ἐν δευτέρῳ Ἑρω-
 τικῶν, καὶ Ἀρίστων ὁ περιπατητικός, Κεῖος δὲ τὸ γένος,
 ἐν δευτέρῳ Ἑρωτικῶν ὁμοίως Φασίν. suspicor tamen exci-
 disse vocem unam et scribendum, ἐν δ. Ἑρωτικῶν ὁμοίων,
 ὁμοίως Φασί. aut sine dictione ὁμοίως. Observat philolo-
 gus, solitos veteres frontem sibi coronare: affertque in
 eam rem Anacreontis, hoc testimonium, ἐπὶ δ' ὀφρύσι
 σελίνων στεφανίσκους θέμενοι, θάλειαν ἐορτὴν ἀγάγωμεν
 Διονύσω. extant hodieque in Odario quodam ejus poetae
 verba haec, στεφάνους δ' ὅπως πυκάζω, Τὰ μέτωπά μου
 πικαίσι. Venit etiam in manus meas oda quaedam Ana-
 creontica poetae veteris nescio cujus: ubi moris hujus
 fit mentio, ipsum carmen subjiciam: quia adhuc publici
 juris, quod sciam, factum non est. Ecce illi tibi:

Ἀνακρέων ἰδὼν με
 ὃ Τήϊος μελωδός,
 ὄναρ λέγων προσεῖπεν·
 καὶ γὰρ δραμὼν πρὸς αὐτὸν,
 περιπλάκην Φιλήσας.
 γέρων μὲν ἦν, καλὸς δέ.
 καλὸς γε καὶ Φίλευνος.
 τὸ χεῖλος ὦζεν οἴνου·
 τρέμοντα δ' αὐτὸν ἦδη
 ἔρωτος ἐχαιραγώγει.
 ὃ δ' ἐξελαὼν καρήνου
 ἐμοὶ στέφος δίδωσι.
 τὸ δ' ὦζ' Ἀνακρέοντος.
 ἐγὼ δ' ὃ μωρὸς ἄρας
 ἐδησάμην μετώπῳ·
 καὶ δῆθεν ἄχρι καὶ νῦν
 ἔρωτος οὐ πέπαυμαι.

p. 953.

CAPUT QUINTUM.

Mos veterum, pectus coronare, et unguentis illinere. ὑποθυμιάδες. cephalalgiae paratissimum remedium, caput vincire. ὁ βίος, humanum genus. vita eodem sensu. Suidae locus animadversus. παραιτεῖσθαι et περιστάσθαι, pro fugere aliquid.

Pectus etiam coronasse sibi veteres, unguentisque illivisse, deinceps Athenaeus observat: caussam simul adjiciens, quod in ea parte sedes sit cordis. *δοτεφανοῦντο δὲ, inquit, καὶ τὰ στήθη, καὶ ἐμύρουν ταῦτα, ἐπεὶ αὐτόθι ἡ καρδία.* Clemens Alexandrinus aliam rationem affert, Paedagogi libro secundo, capite octavo, *Οἱ λατοὶ ψυχρὸν εἶναι φυσιολογοῦντες τὸν ἐγκέφαλον, μύρω χρῆσθαι ἀξιοῦσι τὰ στήθη.* Testis hujus moris est Alcaeus, jubens *καταχέαι τὸ μῦρον αὐτοῦ κατὰ τὰς πολλὰ παθούσας κεφαλὰς, καὶ τῷ πολιῷ στήθεος.* sed omnium primus dixerat Archilochus, *ἐσφυρισμένας κόμας καὶ στήθος ὡς ἂν καὶ γέρον ἡράσσατο.* Has coronas vocabant ὑποθυμιάδας vel ὑποθυμίδας, ut auctor est Athenaeus: qui etiam nominis caussam aperit. meminit et Plutarchus in Symposiacis: item Hesych. Alcaeī verba ita scribe, *ἀλλ' ἀνήτω μὲν περὶ ταῖς δέραις παρθάτω ὑποθυμιάδας τις.* Doricum ἀνήτω pro ἀνήθου. laudant haec Alcaeī Pollux, et Theocriti scholiastes. Cur autem veteres anetho coronati cibum fumerent. caussam explicat Galenus libro sexto, De facultatibus simplicium med. *ὕγρότερον καὶ ἥττον θερμὸν ἐστὶ τὸ χλωρόν ἐστι καὶ ἄγχυμον, ὥστε πεπτικώτερον μὲν καὶ ὑπνοποιὸν ἐστὶ μᾶλλον τοῦ ξηροῦ, διαφορητικὸν δ' ἥττον. διὰ τοῦτό μοι δοκοῦσι καὶ οἱ παλαιοὶ ἐξ αὐτοῦ στεφάνοις χρῆσθαι παρὰ τὰ συμπτώσια.* Depravata exhibent nobis omnes codices et proxima verba Sapphus, *καὶ πολλὰς ὑποθυμιάδας πλέκταις ἄντια παλαιδέραι.* Scribe, *καὶ πολλὰ δ' ὑποθυμιάδας πλέκται, καὶ ἄνθρα περιδέραια.* postremorum duorum verborum emendatio est Guilielmi Canteri. sed et priora emendationis indigebant. bis autem idem dixit ἡ καλὴ Sappho. nam hypothymiades et flores de collo pendentes *ταυτόν.* Scrib. *ἀντίποινα τοῦ ἐκείνου δεσμοῦ, non ἀντίποιος.* Aeschyleum

verbum est. Adeamus ad stabulum ipsum Augias: sic appellarim jure verba Sapphus, quae statim recitantur, hoc modo scripta, Σὺ δὲ στεφάνοις ᾧδ' ἄδικα παρθέσθ' ἐραταῖς Φόβαισι ὄρκακας ἀνήτῳ συνεββαλεῖς ἀπαλλαγιστῇ χειρὶν. εὐάνθεα γὰρ πέλεται καὶ χάρις τε μάκαιρα μᾶλλον προτέρηνα στεφανώτοισι δακυστρέφονται. p. 954. omnia inquinata, sani nihil. Sed bene consuluit nobis Athen. qui lepidissimae poetriae mentem suis verbis nobis indicavit. Subjicit enim. ὡς εὐανθέστερον γὰρ καὶ κεχαρισμένον μᾶλλον τοῖς θεοῖς, παραγγέλλει στεφανοῦσθαι τοὺς θύοντας. Lege igitur, Σὺ δὲ στεφάνους Δωρίκα πάρθεό γ' ἐραταῖς Φόβαισιν, ὄρκακας ἀνήτῳ δρέψαις ἀπαλαῖσι χειρὶν. εὐάνθεα γὰρ πέλεται, κεχαρισμένα τε μάκαιρσι μᾶλλον τὰ γ' ἱερεῖα· ἀστεφανώτους δ' ἀποστρέφονται. adjuti sumus a doctissimis viris Scaligero et Cantero in restitutione hujus plane conclamati loci. Doricae nomen loco vocis inutilis ᾧδ' ἄδικα substituiimus ex libro decimotertio. Scribi oportuit μοχ, οἱ μὲν αὐτῶν μανιωδῶς ἐκτρεπόμενοι παρέπαιον. Sequitur in sermone quo explicatur coronarum inventio: ἐδέχσεν οὖν βοηθημάτων τοῖς ἐν τῷ πότῳ τὴν κεφαλὴν ἐπιθλιβεῖσιν. ἦν δὲ δεσμός ἐξ αὐτῶν προχειρότατος. Canterus. ἐξ ἀνθῶν, nos probamus, ἐξ αὐτῶν, nempe τῶν βοηθημάτων. ex omnibus cephalalgiae remediis paratissimum erat vinculum capitis: nam et hoc inter remedia, ut subjicit auctor, et probat quotidiania experientia. Cornelius Celsus, *Quidam caput dolens devinciunt: alii cervicalibus vestimentisque onerant.* Ὁ βίος cum dicunt Graeci saepe non vitam, id est actum animae in corpus intelligunt: neque etiam victum et τὰ ἐπιτήδεια: quae est altera vocis βίος nota vulgo significatio: sed ipsos viventes, sive mortales, et genus hominum. Ita accipe in his Athenaei, καὶ ταύτῃ μοι δοκεῖ Διονύσῳ ὁ βίος ἀνεῖναι τὸ στέφος. propterea videntur mihi mortales coronam hederaceam Baccho sacrasse. paulo post, προστίθῃσιν ὁ βίος αἰεὶ τι τοῖς χρειώδεσι τῶν εἰς ἀπόλαυσιν καὶ τρυφὴν ἀγόντων. libro duodecimo, ἐφόρου πάντα οἷς νῦν ὁ τῶν γυναικῶν ἀβρύνεται βίος. hoc est, αἱ γυναῖκες. Dionysius Halicarnassensis in methodo nuptialium orationum, ἀπὸ τούτων τῶν θεῶν (Jovem intelligit et Junonem) καὶ ὁ τῶν λοιπῶν θεῶν χορὸς παρῆλθεν εἰς τὸν βίον, τῶν ἐπιφημισθέντων τοῖς γάμοις. et statim, παρῆλθεν εἰς ἀνθρώπους. eodem sensu. sic idem alibi Dioscorides libro sexto, ἐν τῷ βίῳ καθωμίζεται. *potum est vulgo* Aelianus de Doctrina Epicuri, ἣν ὁ

Γαργήτιος ὥσπερ οὖν τὰ ἐκ Τιτανικῶν σπερμάτων Φύντα τῷ βίῳ προσετρίψατο. id est, *quae mortalibus impiegit Epicurus*. Lucianus Icaromenippo, de Epicureis item, ἦν ἅπαξ οὗτοι πείσται τὸν βίον δυνηθῶσιν, οὐ μετρίως πεινήσεται. *esurietis*, ait, *o dii, plus satis, si semel hominibus sua dogmata isti approbaverint*. Extat vetus dictum paganorum apud Chrysostomum in commentario epistolae Pauli Apolloli ad Philemonem: ἐπὶ ἀνατροπῇ τῶν πάντων ὁ χριστιανισμὸς εἰς τὸν βίον εἰσενήνεκται. Idem Clemens, οἱ δὲ πρὸς κακοῦ ἂν τὴν φιλοσοφίαν εἰσδευκέναι τὸν βίον νομίζουσι. Vetus scriptor apud Suidam, de Polyencto quodam, θεοστύγης, βαρυόργητος, Κωκυτοῦ καὶ Στυγὸς δεινὸν καὶ ὀλέθριον τῷ βίῳ ἐκλόχευμα. Epiphanius de Ario, μέγα κακὸν φοιτῆσαν τῷ βίῳ. *magnum malum quod inter mortales versatum est*: live, *pestis* p. 955. *quae inter homines grassata est*. et mox, καὶ αὐτὸς δεινὸν τι ἐπειργάσατο τῷ βίῳ, et ita saepe. Apollonius grammaticus libro primo, καθάπερ ἐν τῷ βίῳ Φαμέν. id est, *quemadmodum vulgo dicimus*. [Leo constitutione quadragesimaprimum πρὸς τὴν νῦν κατασχοῦσαν τὸν βίον ἔνδειαν τῆς ἀρετῆς.] Suidas de Antiphonte Rhamnusio, nobili oratore, ὃν πολλοὶ μιμήσασθαι θέλοντες, παροιμίαν ἔλιπον τῷ βίῳ, ὥστε τοὺς καλοὺς ῥάμνους καλεῖν. Locus Suidae est in Ῥάμνος: sed corruptus, itaque restituendus. Ῥαμνοῦσιος ἐπὶ τῶν σοφῶν, καὶ ἐλλογίμων. Ῥαμνοὺς γὰρ δῆμος Ἀττικῆς, etc. et in fine Ῥαμνουσίους καλεῖν. Atque ex hoc loco discimus unde ortum sit, quod claros in literis viros Rhamnufios παροιμιαικῶς vocarunt: quod explicare magnus vir Erasmus non potuit. Ait igitur, παροιμίαν ἔλιπον τῷ βίῳ. affine est apud Senecam, *instruenda vita est exemplis illustribus. προλίζειν δὲ τῷ βίῳ ἐπίσημα παραδείγματα*. neque aliter Plinii illud capiendum initio libri 25. *vitae profuit*. Idem in praefatione, *adjectis rebus plurimis, quae aut ignoraverant priores, aut postea invenerat vita*. Sic apud M. Tullium, *communis vita*. De divinat. libro primo, *neque ante philosophiam patefactam, quae nuper inventa est, hac de re communis vita dubitavit*. et libro secundo. *Sed hoc quidem genus divinationis vita jam communis explosit*. et saepe alibi idem Plinius. Postea scribimus: *ἐντεῦθεν δ' εἰς ἡδονὴν τραπέντες, τὸ μὲν εἰς συμφέρον ταῖνον, καὶ τοῖς ἐκ μέθης παραβηθοῦν ἐλαττώμασι, περιφρόνουν. τοῦ δὲ πρὸς ὄψιν, ἢ πρὸς ὀσμὴν ἐπιτερπεῦς ἐφρόντισαν*. id est, *postea cum ad voluptatem animos*

convertissent homines, utilitatem quae ex aoronis percipiebatur, atque auxilium quod illae adferebant ebrietatis incommodis, neglexerunt: translata cura ad eam suavitudinem, quam oculis vel naribus coronae pariunt. Ita hunc locum Canterus constituit recte, si quid iudico, et acute. nisi quod pro *εις συμφέρον* debere legi censebat ille, *εις πότον*. cuius sententiae rationem video nullam. quare adjecta voce necessaria quae excidit, emendavimus, *τὸ μὲν εἰς συμφέρον τείνων*. Non dubitamus hanc esse Athenaei sententiam: de verbis non idem affirmaverim. Epitome sic, *τὸ μὲν τοῖς ἐκ μέθης παραβοηθοῦν ἐλαττώμασιν ἀφῆκαν*. In eodem libro *παραιτητέον* scriptum pro *περιστατέον*, ubi dicitur, *ἅπαντας τοὺς καροῦν δύναμένους ἢ βαρύνειν ἄλλως καφαλήν, περιστατέον*. id est, *fugiendum et rejiciendum est*. quia usitatus verbum est *παραιτεῖσθαι* quam *περίσταςθαι*, propterea ille grammaticus obscurius verbum more suo, mutavit notiore. sed et *περίσταςθαι* interdum significat *fugere aliquid*, at *declinando vitare*. Ita accipe in his Jamblichi De vita Pythagorae, cap. 31. *Τὸν Διονύσιον τὸν τύραννόν Φασιν, ὡς πάντα ποιῶν, οὐδενὸς αὐτῶν ἐπετύγχανε τῆς Φιλίας, Φυλαττομένων καὶ περισταμένων τὸ μοναρχικὸν αὐτοῦ καὶ παράνομον. caventibus illis ac refugientibus ingenium Dionysii tyrannicum et iniquum*. nihil hic aliud significat *περίσταςθαι* quam *φυλάττεσθαι*. Beatus Paulus duobus locis accipit pro *παραιτεῖσθαι*: quod pulchre Syrus expressit, servata vocis Graecae analogia, verbo *ἔρηπην*: sed haec alibi accuratius expetenda propositio numine.

CAPUT SEXTUM.

p. 956.

Ναυκρατίτης στέφανος. Expensa Athenaei observatio. Θετταλὸς ποικιλόμυθος. γλῶττα calceatum. στέφανοι ὑπὸ γλώτταις. ἰσθμῖος στέφανος. Antinoea corona. ἐν Μουσῶν. Πυλέων. Elliotia. Gymnopediae Spartanorum. ἐπιθυμίδες et ὑποθυμίδες. alia nonnulla.

ΠΕΡΙ δὲ τοῦ Ναυκρατίτου στεφάνου τίς ἐστι τὴν ἄνθην. Scio ἄνθην Graecam esse dictionem, legique etiam apud Theophrastum: non possum tamen mihi persuadere ullo

modo convenire id verbum isti loco. ἄνθη enim sive ἄνθησις, ipsa est florum eruptio: quod alienissimum est a loci hujus sententia. Lego. *τίς ἐστι τὴν ἀρχὴν. qualis omnino sit.* ita enim loquuntur Graeci. τῇ καὶ μετὰ τῶν ῥόδων ὑπὸ τοῦ Ἀνακρέοντος Φορεῖσθαι. Male ista vulgo capiuntur. Auctor hoc vult: probari sibi, coronam Naucraticem non aliam esse quam myrteam, hoc etiam argumento: quia Anacreon eam gestari dicat cum rosis, sive corona e rosis. Respicit descripta superius Anacreontis verba. *Στεφάνους δ' ἀνὴρ τρεῖς ἑκαστος εἶχεν, τοὺς μὲν ῥόδινους, τὸν δὲ Ναυκρατίτην.* Rosa et myrtus belle inter se conveniunt et solent copulari. In hoc vis est omnis hujus argumenti. non praestabo integritatem horum verborum: sententiam non aliam esse, hoc vero praestabo. Ridiculos pronuntiat philologus eos qui dicerent Naucraticem coronam esse eam quae constaret e biblo coronaria. perstringit, ut saepe, grammaticorum vulgus, quibus ita visum. Helychius, *Ναυκρατίτης στέφανος, ἀπὸ τῆς Αἰγυπτίας Ναυκράτews, ὁ Βύβλινος, ἡ ὁ ἐκ Φιλύρας, ἡ ὁ σαμψύχινος.* postrema interpretatio sola Polluci placuit libro 6. cap. 13. Erit qui malit, *στεφανωτίδος* quam *στεφανωτρίδος*. sic tamen etiam in Excerptis. Audiamus philologum: *δειξαι οὐκ ἔχεις ὅτι διαλελυμένως τις εἶρηκε ῥόδων στέφανον, καὶ ἴων στέφανον. τὸ γὰρ παρὰ Κρατίνῳ κατὰ παιδιὰν εἶρηται, ναρκισσίνους ὀλίσκους.* Negat dixisse veteres ῥόδων στέφανον, aut ἴων στέφανον: sed ἴα, ῥόδα, aut στέφανον simpliciter: vel certe στέφανον ῥόδινον. Videtur haec Athenaei mens esse. Quamobrem Cratini verba ita scribenda judicamus, *ναρκισσοῦ στεφανίσκους.* non ut editum est, neque ut placitum Dalecamp. *ναρκισσίνους τροχίσκους.* Sed ingenue fateor de hac dipnosophistae observatiuncula, nondum mihi liquere. Nam si negare voluit, sic locutos veteres ut dicerent, *rosae coronam* aus *violae*: sed *rosaceam* aut *violaceam*: in promptu exempla sunt quae falsi ipsum arguant, nam apud poetas *στέφανος* κίττου, vel *σελλίνου*, aut *λευκοῦ* passim legere est. etiam apud Platonem in Symposio leges *ῥόδων στέφανον καὶ ἴων*. Falsum igitur hoc *τηρησείδιον*. An ergo fidem codicum vocabimus in dubium, quasi auctor contrarium voluerit? veteres nempe ῥόδων *στεφάνους* dixisse, non autem ῥόδινους, aut ῥόδοντας: neque [*ναρκισσίνους*, sed *ναρκισσίνου*,] istud vero falsissimum. Theocritus, — *ἀνήθινον ἢ ῥόδοντα* ^ἢ καὶ p. 957. *λευκοῦ στεφανον περὶ κρατὶ Φυλάσσαν.* Excipiat for-

tasse aliquis, loqui Athenaeum de vocibus ῥόδον et ἰον tantum negareque duorum istorum nominum τὰ πηχτικά fuisse veteribus usurpata. equidem facile concesserim de posteriore: non enim temere invenias, qui Ἴων στεφάνον dixerit. at ῥόδιον leges apud antiquissimos. Anacreon, στεφάνους μὲν προτάφαισι, ῥοδίνους συναρμόσαντες. Idem, ῥοδίνοισι στεφανίσκοις Πικτυκασμένος χορεύσω. Semus Delius paulo mox ait, τὸ παρὰ μὲν ἡμῖν στέφανος, παρὰ δὲ τισι στέμμα προσαγορευόμενον. Canterus emendat, τὸ παρὰ μ. ἢ. στέφος. et statim, κέκληται δὲ στέφος ἀπὸ τοῦ στεφάνου. melior quidem haec lectio quam vulgaris, quae ineptissima est. sed siue ita corrigamus, siue ut placebat nobis, κέκληται (aut κέκληται) δὲ στέφανος ἀπὸ τοῦ στεφανοῦν: nunquam efficiemus quin grammaticum acumen ejus qui haec scripsit liceat mirari quanquam hoc minus mirabitur qui in antiquorum sapientum scriptis serio fuerit versatus. Ait, σὺ δὲ οἶσιν με ἔφη Θεσσαλὲ ποικιλόμυθε, etc. haec verba sunt Ulpiani: nam Thesalus ποικιλόμυθος est Myrtilus. alibi nominantur Thessali ποικιλόδιφροι. propter singulare artificium sellarum Thessalicarum, de quibus libro primo. eo allusum hac voce. Platonis comici locus quem recitat, valet ad loquacitatis et γλωσσαγίας exprobrationem. Platonis sunt verba:

Καίτοι Φορεῖτε γλῶσσαν ἐν ὑποδήμασι,
στεφάνους δ' ὑπὸ γλῶττισιν, ὅτε πίνητέ που,
καὶ καλλιερῆτε γλῶτταν ἀγαθὴν πέμπετε.

ita estis lingulacae, inquit, ut etiam in calceis linguam gestetis. obstrigilla calceamentorum appellat γλῶτταν, linguam, siue ligulam. Secundo versu ait, coronas etiam cum linguis gestatis in comotationibus vestris. ὑπὸ saepe significat σύν, ut et hoc loco. ita autem περιφράζει coronas hypoglottidas, de quibus loquitur: sic dictas a nexus genere: fortasse quod propendentem aliquam ligulam haberent, aut etiam plures. Sic explicamus quod hic scriptum invenimus in omnibus codicibus. Jure tamen ex ipsis Athenaei verbis suspicemur, scripsisse comicum στεφάνους δ' ὑπογλωττίσι. quae lectio qua ratione sic concinnari queat, ut commodam sententiam aliquam habeat, viderint acutiores. In tertio scribe, Καὶ καλλιερῆτε. Euripides cum diceret Ἐκ παντὸς ἂν τις πράγματος δισσῶν λόγων Ἀγῶνα θεῖτ' ἂν, εἰ λέγειν εἴη σοφὸς, hoc vult: facile esse disertum et facundum viro de quacumque re orationem instituire, aut ajendo aut negando κατά-

Φασιν et ἀπόΦασιν vocat δισσοῦς λόγους. Totus locus de corona quae Ἰσθμιον dicebatur, valde corruptus est: quare etiam Epit. auctor nihil inde excerpfit. Ἰσθμος etiam collum significat, venusta translatione ab eo qui proprie isthmus dicitur geographis: nisi tamen antiquior est vocis illius acceptio pro corporis nostri parte, notione ea quam habet apud geographos. inde est Ἰσθμιον, colli ornamentum, sive corona sit, sive torques, caetera de hac voce Hesychius, et Eustathius. Observandum est, desiderari hodie in nostris libris Callixeni veteris scriptoris p. 958. verba quae descripta fuerant super mentione *Isthmiae* coronae: quare labes codicum indicanda fuerat post illa verba, γράφων οὕτως. Quae enim sequuntur de corona *Antinoea* et *lotina*, omnino Athenaei ea sunt, non Callixeni. quem virum ego non dubito Adriano fuisse antiquiorem: cujus tempore nomen Antinoeae coronae primum est cognitum. Sane in re tam recente quid opus fuerit dipnosophistae auctorum testimoniis non video. De Antinoo Adriani delitiis, quem ille amissum in Aegypto consecravit, et coli pro Deo instituit, nota res ex Spartiano et sanctis patribus, Iustino, Tertulliano, Hieronymo aliis. Sequitur, ἡσθαις οὖν ἐπὶ τῇ τῆς ἐννοίας εὐρέσει καὶ νεότητι, τὴν ἐν Μουσῶν αὐτῷ στήσιν ἔχειν ἐχαρίσατο. nisi est mendum librariorum, figurate dixit ἐννοίας εὐρέσει καὶ νεότητι, pro, ἐν. εὐρ. αὐτοῦ νέου ὄντος. ut *patera libamus et auro*. [Sed legam potius, εὐρέσει καὶ καινότητι. hoc est εὐρεσιλογία καινῇ.] ἐν Μουσῶν nove dictum, ut ἐν Ἀἴθρου, pro, in aede Músarum: hoc est in Museo, quod fuit Alexandriae: sed puto verius ἐν Μουσείῳ. [Huic autem subtilis hominis commento super corona Antinoea simillimum est illud, ut puto, ejusdem Pancratis, quo persuasit Hadriano, de Antinoi anima novum in coelis sidus factum esse, quod tum primum esset visum. auctor Dio apud Xiphilinum. Locum vide, et cum isto confer.] Cratinus, inquit auctor, lotum appellavit, στεφάνωμα, διὰ τὸ πάντα τὰ φυλλώδη ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων στεφανώματα λέγεσθαι. Hesychius addit, καὶ ποώδη, in voce στεφανωμάτων: qui locus hinc est illustrandus. ΠΥΛΕΩΝ vocabulum in censu coronarum ponitur, quasi is esset rectus casus. Hesychius sic, πυλέων στεφάνων. ceu esset obliquus. sed scripserat opinor, Hesychius, στέφανος. vide infra capite octavo. In priore Philetæe versuum, Ἔσθην ἀμφίκομα σύωδος ἀγχόρε πατρός. malim, ἀμφὶ κόμαις. nisi est proprium nomen.

Ἑλλωτὶς corona ἑλλώτης est Hesychio. ἑλλώτης, ait, Εὐρώπης στεφανὸς πλεόμενος (deest opinor ἐκ μυθρίνης) πηχῶν εἴκοσι. de Ellotiorum autem festo scribit idem, Ἑλλώτια εὐροτὴ Εὐρώπης ἐν Κρήτῃ. a Cretensibus igitur acceperunt Lacedaemonii, ut reliquorum suorum institutorum magnam partem. *Thyreaticas* coronas etiam Hesych. Lacedaemoniis assignat. *Gymnopaediae* numero multitudinis festi nomen apud Spartanos. etsi autem longe differunt παιδιὰ et παιδεία, in hac tamen voce promiscue scripturam utramque reperias, *γυμνοπαιδεῖαι* et *γυμνοπαιδιαί*. Ait, χοροὶ δ' εἰσὶ τὸ μὲν πρόσω παιδῶν, τὸ δ' ἐξ ἀρίστου ἀνδρῶν γυμνῶν ὀρχουμένων καὶ ἀδόντων Θαλήτου καὶ Ἀλκμᾶνος ᾄσματα. Canterus corripbat, τὸ δ' ἐξ ἀριστεροῦ, ἀνδ. sed cum duorum tantum chororum fiat mentio, et vocetur eorum alter ὁ πρόσω: non male iudicio meo scribas, τὸ δ' ἐξῆς, ἀρίστων ἀνδρ. poeta cujus hic fit mentio, non *Thales* dictus est, sed *Thaletas*, patria Cretensis. multa de eo Plutarchus in libro De musica. Deinde scribendum, *μελιλωτίνων δὲ στεφάνων μν.* cum Dalecampio de his coronis affertur Alexidis testimonium, *στεφάνους τε πολλοὺς κρεμαμένους μελιλωτίνους ἐπιθυμεῖς*. nihil erat caussae cur mendam in his p. 959. verbis suspectaremus, nisi sequeretur absurdum magnum. nam subicitur in continenti: *Σέλευκός Φησι τὰ πάντα στεφανώματα*. quod aliter nequeas exponere, quam ut dicamus omnia coronamenta fuisse appellata *μελιλωτίνους στεφάνους*. hoc vero quis credat? ego falsissimum esse non opinor, sed scio, et meo periculo credi postulo. quod postquam semel animadvertissemus, non difficile nobis fuit veram lectionem divinare, quae est huiusmodi, *στ. τε π. κρ. μελιλωτίνους ΕΠΙΘΥΜΙΔΕΣ. Σέλευκός Φησιν*, etc. prima verba sunt Alexidis: deinde solito more proponit vocem explicandam: quomodo fecit in historia piscium poculorum, et nunc quoque in coronarum recensione. Ait igitur, *ἐπιθυμίδας* fuisse dictas omnes coronas in universum: *ὑποθυμίδας* vero eas quae collo applicantur. vere Athenaeus, vere etiam nos. Hesychius, *ἐπιθυμίδας τὰ παντοδαπὰ στεφανώματα*. Ita liberamus scriptorem hunc antiquissima menda, quae etiam Breviatorem in erroris calles induit. Notemus locutionem qua usus auctor: *Τιμαχίδας δὲ Φησι τὰ παντοδαπὰ στεφανώματα, ἃ τὰς γυναῖκας Φορεῖν, οὕτως καλεῖσθαι*. post verbum *Φορεῖν* deest nomen ἕξος: sive ab ipso Athenaeo prae-terminum, sive ab exscriptore. Quae de

hypoglottide corona sequuntur, sine causa eo loci posita sunt: cum paulo ante eadem ex iisdem scriptoribus descripsisset.

CAPUT SEPTIMUM.

Κυλιστὸς *sive* ἐκκύλιστος στέφανος. *Pollucis locus emendatus.* Catō *sive* Batto comicus. *Sophoclis* Σύνδειπνοι. γένειον διηλιφές. ἀνθέων γριπώτατον. γριπίζειν. πρᾶγμα δυσγρίπιστον. *apud Libanium.* διηνθισμένοι στέφανοι. συντίθασθαι, συν-
δηματιαῖοι στέφανοι.

Deinceps scribit philologus. Εὐρίσκω δὲ καὶ παρὰ τοῖς κωμικοῖς ΚΥΛΙΣΤΟΝ τινὰ καλούμενον στέφανον, καὶ μνημονεύοντα αὐτοῦ Ἀρχίππον ἐν Πίνωνι. Docuimus ad librum secundum, capite decimo, κυλιστὸν στέφανον, *sive* ἐκκύλιστον, eam coronam fuisse appellatam, quasi *rotatilem* dicas: quae solidiorem et firmiorem compagem haberet. Talem oportet esse, ut rotari queat: alioquin orbis non durabit, neque puncto insistere poterit, sed fatiscente mole ac corrrente vitiabitur. Non aliunde esse nominatum κυλιστὸν στέφανον, Eubuli locus declarat, — περιφοραῖς κυλούμενος. Ὡς περ κυλιστὸς στέφανος. neque aliud voluerunt qui exposuerunt ἀδρόν, firme ac solide compactum. In Hesychii Glossis mecum mirentur viri docti haec, ἐκκυλιστοὶ στέφανοι, μεγάλοι, ἀδρόι. nam, et antecedentia et consequentia suadent καὶ non κυ ipsum scripsisse. apud Pollucem sic scriptum est, στεφάνων, δὲ εἶδη ἐκκῆλιστος, ὥς περ Ἀρχίππῳ εἴρηται ἐν Ἑρῶν, ἀπέρχεται στέφανον ἔχων ἐκ τῶν κηλίστων. librarii culpa manifesta. emendabis igitur ex Athenaei hoc loco. Ar-
p. 960. chippi verba ita concipe: minus recte vulgo scripta in libris Athenaeicis:

Ἀθῶος ἀποδύς θοιμάτιον ἀπέρχεται
στέφανον ἔχων τῶν ἐκκυλιστων οὕκαδε.

Sequitur, Μνημονεύει δ' αὐτοῦ καὶ Ἀντιφάνης ἐν Ἐαυτοῦ βιβλίῳ: eundem locum innuens Pollux. καὶ κυλιστὸν δὲ inquit, εἴρηκεν Ἀντιφάνης. *Catonem* Graecum comicum produnt nobis editiones quae scribunt paulo post, καθάπερ οἱ παρὰ Κάτωνι τῷ κωμωδιοποιῷ ἐν Συναξαταῶντι Φιλόσοφοι. sed non temere eruditissimus Canterus emendabat παρὰ Πλάτωνι. nam libro tertio et septimo

Platonis *Synexapatontes* laudati sunt: neque dubium erit locum hunc cum superioribus conferenti, de eadem fabula et hic et ibi auctorem loqui. nihilominus tamen de veritate ejus emendationis dubitamus nos, quia scimus Battonem comicum scripsisse eodem titulo fabulam: cujus rei testis est Suidas, qui ex Athenaeo fere habet nomina fabularum, quas in comicorum vitis commemorat. Quare existimamus ejus poetae nomen et hic restituendum esse, et libris tertio ac sexto, ubi editum Πλάτωνος. Battonis poetae, et aliis locis meminit, dipnosophista: et Stobaens etiam sermone sexto. Subjicitur, *περί ὧν καὶ Σοφοκλῆς Συνδαίπνοις* Φησιν οὗσί σοι παραπλησίσις. Fabula Sophoclea hic laudata, ea est quam alibi vocant, Ἀχαιοῶν σύνδαίπνον. itaque *Συνδαίπνω* potius legendum videatur, nisi obstant similes loci, ubi laudatur Sophocles *Συνδαίπνοις*. cum hoc libro tum alibi. In primo versu inde allato, Οὔτοι γένειον ὧδε χρῆ διηλιφές, scribendum *διηλιφές*. *perunctum*. ita dictum ut ἀνγλιφῆς *inunctus*. In istis ἀθάνατος πάλιν ἦτις γέγονε, menda manifesta. Canterus emendabat, ἀθ. κολουμβητῆς γέγονε. Mira trajectione usus auctor cum scriberet, λέγε ἡμῖν περὶ τοῦ προκειμένου, ἵνα μὴ κατὰ τὸν θεῖον Πλάτωνα ἀπολάβωμέν σε ἀποθανόντα μεταμορφωθῆναι, ἐν τῷ περὶ ψυχῆς. nam rectum erat κατὰ τ. θ. Π. ἐν τῷ περὶ ψ. Scribendum etiam ὑπολάβωμεν. In Eubuli testimonio super *struthio* corona, pro ὃ μακρότης, placitum Cantero ὃ μακαρότης. non caret vitio vocabulum εὐτρίχάριστος. forte εὐτρίχα, ἄριστος ὕπ. sed parum mihi satisfacio. Deinceps scribitur, καταλέγει δ' Εὐβουλος καὶ ἄλλους στεφάνους. Αἰγίδιον, σὺ δὲ τόνδε φορήσεις στέφανον πολυποίκιλον, ἀνθέων γρυπότατον, χαριέστατον ὃ Ζεῦ. τί γὰρ αὐτὸν ἔχουσα φιλήσει. ex praecedentium lectione patet, petatum hoc Eubuli testimonium esse ex ipsius *Stephanopolide*, ut non obscurus sit eorum error, qui pro Αἰγίδιον scribunt Αὐγή. quia meminerant citari alibi comici illius *Augen*. sed non recte ex eo colligas, ita scribendum esse etiam hic. *Aegium* sive *Aegyidium* scorti nomen est, ut scimus ex lib. decimo tertio. Pro γρυπότατον, quod nihil significat, lego, γριπότατον. *florum rapacissimum*. id est, *επαγωγότατον*, *illecebrosissimum*. Vel hoc verbum firmaverit satis vocem, Αἰγίδιον, adversus quorundam emendationem: nam haec verba sunt mulieris coronariae merces suas venditantis, et meretricem plurimas capturas jubentis sperare, sic hoc flore se ornet:

p. 961. hunc enim maximam habere vim illiciendis amatoribus. Ita interpretamur vocem *γριπότατον*. ac fortasse verius scribatur *γριπιστότατον*. *γριπίζειν* idem significat cum *ἀγρεύειν*, *capere*. inde, *δυσγρίπιστος* in recentiorum Graecorum scriptis, *avarus*, *sordidus*, *e quo nihil capias commodi*. Libanius in Epistola ad magnum Basilium, *πᾶς ἐπισκοπος πρᾶγμα δυσγρίπιστον*. non memini legere id verbum apud auctorem Libanio antiquiorem. imo, ut arbitror, ante id seculum incognitum id vocabulum fuit ea certe notione. Itaque Basilio legenti epistolam Libanii, faceffit illa vox negotium, ut ipse fatetur, ita scribens, *Εἰ τὸ περδαινεῖν τοῦτο γριπίζειν λέγεται, καὶ ταύτην ἔχει τὴν σημασίαν ἢ λέξις, ἣν ἐκ τῶν Πλάτωνος ἀδύτων ἢ σοφιστικῆ σου ἡμῖν προσχειρίσατο, σκόπησον ὦ Θαυμάσιε, τίς μᾶλλον ἐστὶ δυσγρίπιστος*. at sequens aetas probavit et retinuit. Nicetas Choniates de Johanne Puzeno, *κίμβιξ δὲ ἦν εἰς ἄκρον, καὶ γνίφω, καὶ δυσγρίπιστος*. id est, *tenax*, et a quo nihil extorquerent egeni, ut postea dicit. locus est libro primo. [*Γρυπότατον* per ὅ esset a verbo *γρυποῦν*, quod significat aduncum reddere. unde est in libris medicorum *ὀνύχων γρύπωσις*. Auralius verit *unguium uncatio*. Sed omnino per ῖ scribendum. In libris Graecorum de machina scriptis legas *γριπίζεσθαι* pro complecti et continere, sicut circulus dolei ligna continet. Mauricius eo verbo utitur libro 8. *Tacticorum*: *Δεῖ μὴ μόνον ἀπλᾶς τὰς σκούλας, κατὰ τὸν αὐτὸν τόπον ποιεῖσθαι, ἀλλὰ καὶ διπλάσις, ἵνα τῆς μιᾶς ὡς εἰκὸς γριπιζομένης, τὴν μετ' αὐτὴν οὖσαν οὐ διαλάθῃ.*] Ultima Eubuli non invitus scribam cum Dalecampio, *τίς ἄρα τὴν αὐτὸν ἔχουσαν Φιλήσει*; Non placet quod legitur mox in altero Eubuli loco, *ἢ τῶν διηνθισμένων*. Lego *διηνθισμένων*. et *στεφάνους διηνθισμένους* ita arbitror dici, ut vestimenta *διηνθισμένα*, *variis coloribus picturata*, ergo et coronae *διηνθισμένα* sunt, quae ex variis diversorum colorum floribus nectuntur. his opponuntur *myrteae*, *serpyllinae*, et quaecumque unius generis flore constant. De *helictis* sive tortilibus coronis recitantur verba Chaeremonis tragicici, *Κισσῶ τε ναρκίσσῳ τε τριέλικας κύκλῳ Στεφάνων ἐλικτῶν*: quorum imperfecta sententia est, et obscura. Canterus maluit *τριέλικτος*. omnes antiqui, etiam Epitome, sunt ab edita lectione. Hellenici verba sunt in Aegyptiacis, *Πόλις ἐπιποταμὴ Τίνδιον ὄνομα*. non opus hic emendatione: ea est urbs cujus meminit Stephanus *Περὶ πόλεων*: neque obest quod

ille Libyae urbem vocat. causam vel initiati solum geographiae studiis norunt. Perperam editum, αὐτὶ θεῶν ομηγυρίε. Legendum ἐν αὐτῇ. perperam item καὶ ροιῆς ἄνθος, pro ἄνθους. Non etiam ista concoquo, ἄνθισ δ' οὗτος ὅταν ᾤρα ἦ, καὶ ἐστὶ τῷ χρώματι τὸ ἄνθος καὶ ἀφ'εγγός. deest, puto, aliquid. Adi ad Theophrastum. Memnonis caedem, et super eo luctum multorum, canit Q. Smyrnaeus libro secundo. Συντίθεσθαι Graecis est pacisci. Homerus, σὺ δὲ σύνθεο καὶ μοι ὁμοσσον. iidem κυρίως appellarunt συνθήματα, pacta cum ergolabis et mancipibus de opere faciendo. Jureconsulti vocant hoc genus pacti, do ut facias. inde opus συνθηματιαῖον dici-
 tur, quod Gallis, *besongne faite de commande*. ita dixit συνθηματιαίους σταφάνους Aristophanes. quos interpretatur Athenaens, ἡργολαβημένους καὶ ἐκδοσίμους.

CAPUT OCTAVUM.

Corona nomen Graecum. κορώνη, et κορωνίδες. χορωνός. τέττιγες, mali poetae. ἄκινος herba. ambrosia pro lilio. amaracus et sampfucus idem. πόθεν: unde? Ὀμήρειοι κεκρύφαλοι. Reticula purpurea luxuriae argumentum. Apollodorus Περὶ Θηρίων et Περὶ Πάρεθων. chamaepitys, pinus. ἀκακαλλίς. flores iridis λύκοι dicti. Hesychii locus. κάλχη. εὐέμφαλος pro εὖσμος. ἱμάτια pro εἱμάτια. Multa emendata.

ROMANORUM vocabulum corona Graecum esse origine, pridem moniti sumus ab eruditissimis viris. nemo cui cor rite saliat in dubium hoc vocaverit. At derivatio vocis anceps. nam equidem a Graeco κορώνη coronam deducam. antiquissimis glossographis κορώνη exponitur εἶδος σταφάνου. inde sunt dictae in brachii ἀνατομῇ coronae sive corona apophyses cavae duae, literam σ referentes. Galenus de partibus, libro secundo, ἐστραμμένον δ' εἰς ἀλλήλους τῶν ἐν αὐταῖς κοιλοτήτων, μία μεγάλη γίνεται κοιλότης ἐξ ἀμφοῖν, εἰκνύει τῷ σίγμα γράμματι. ἀτὰρ καὶ ὀνομάζουσι τὰς ἀποφύσεις ταύτας κοινῇ ἀμφότερας κορώνας καὶ κορωνὰ, διότι περιφερεῖς εἰσὶ. et κορωνίδες apud Stesichorum sunt corollae. sic enim ille in

Casaub. Anim. in Athen. T. III.

Q

*Helena carmine, πολλά μὲν Κυθάνια μέλα ποτεβρίπτουσι
 ποτὶ διφρον ἄνακτι, πολλά δὲ μύρβρινα φύλλα, καὶ ροδίονες
 στεφάνους, ἴων τε χορωνίδας οὐλας. hoc nobis videtur:
 aliis aliud. Scribit enim hoc loco Athenaeus. ΧΟΡΩ-
 ΝΟΣ. Ἀτίων ἐν τῷ περὶ τῆς Ῥωμαϊκῆς διαλέκτου Φησί,
 τὸν στέφανον πάλαι χορωνὸν καλούμενον, ἀπὸ τοῦ τοῦς
 χορευτὰς ἐν τοῖς θεάτροις αὐτῷ χρῆσθαι, αὐτοὺς τε περι-
 κειμένους καὶ ἐπὶ τὸν στέφανον ἀγνισζομένους. Scriben-
 dum, αὐτ. π. κεφαλή τὸν στέφανον ἄγ. laudatur in hanc
 rem Simonides: sed ejus testimonium pessime acceptum
 animadversionis nostrae indiget. καθὼς ἐν τοῖς Σιμωνίδου
 ἐπιγράμμασιν ἰδεῖν ἐστὶν οὕτω καλουμένου. Φοῖβος ἐσαγεί-
 ται Τυνδαρίδῃσιν αἰοῖδῃσαν ἄμτροι τέττιγες ἐπέμψαντο
 χορωνῶ. Meminisse nos oportet, sumptam esse hanc χρῆσιν
 de Simonidis epigrammatis. hoc posito, nihil cunctabimur
 ita locum et digerere et corrigere:*

*Φοῖβος ἐσαγείτῃ τοῖς Τυνδαρίδῃσιν αἰοῖδῃν,
 τῶν ἄμτροι τέττιγες ἐπαστέψαντο χορωνῶ.
 id est, Phoebus docuit Tyndaridas canendi artem:
 quam cicadae modorum nesciae coronarunt corona. hoc
 vult Castores musicam didicisse ipso Apolline magistro:
 multasque reportasse coronas ex certaminibus cum im-
 p. 963. peritis cantoribus. τέττιγες sunt mali poetae, aut can-
 tores. mediam autem in hac voce producant poetae.
 ἐπαστέψαντο pro ἐπέμψαντο, suadente metro et sententia
 παρροῦντες restituiimus. prior versus pentameter est: sed
 quod in fine positum vides vocabulum, id sine dubio ad
 proxime praecedentem pertinuit. Athenaeus vero more
 suo, non versui, sed sententiae consulens, vocem ne-
 cessariam alterius loco posuit, in qua momenti nihil
 erat. nam ita erat apud poetam:*

*— αἰοῖδῃν
 Φοῖβος ἐσαγείτῃ Τυνδαρίδῃσι καλὴν
 τῶν ἄμ. etc.*

Hesiodus, καλὴν ἐδίδαξεν αἰοῖδῃν. [Porro Athenaei senten-
 tiam, deducentis vocabulum Romanum *corona* a Graeco
 χορωνός, firmat et M. Tullius, qui in Oratore ad Bru-
 tum nomen *corona* inter illa ponit, quae si analogia
 spectetur desiderant aspirationem: licet usus populi Ro-
 mani eam non admitteret, certe non desideraret.] In ser-
 mone de ACINNIA corona scribe cum doctis, οἱ ἐκ τῆς
 ἀκίνου τοῦ Φυτοῦ. non ἀκίδος. Hesychius, ἀκινος πῶς τις.
 ergo et ἀκίνιος uno γ. Florum coronariorum catalogum
 ex Theophrasto hic subiectum ab Athenaeo, ex ipsius

libris emendare non est arduus labor, praesertim post Dalecampium. Ipsam igitur Theophrastum studiosi consulant. Scribe, εἰν τις τοῦ ἐλιχρύσου τῷ ἄνθρ' σταφ. γοῦνται. et confer cum Theophrallo libri noni, capite 21. Proxima Alcmanis verba sunt depravata non uno modo: καὶ τιν' εὐχομαι φέροισαν τόνδ' ἐλιχρύσω πύλῳ ἀκηράτων κυτέρῳ. Lego, καὶ τιν' εὐχομαι φέροισα τόνδ' ἐλιχρύσω πυλέωνα καὶ ἀκηράτῳ κυτέρῳ. Dorici casus sunt, ut supra, ἀνήτῳ στέφανος. et τιν' pro τοῖ. Junonem alloquitur sacram εἰ coronam θicans, quae Spartanō vocabulo dicitur a poeta πυλέων. atque hanc esse factam ex helichryso et illibato cypero. Scribe cum eruditissimo Cantero, καὶ τέρεϊνα δάφνα. *Lilium*, inquit, *Corinthii* vocant ἀμβροσίαν. et Helychius, ἀμβροσίη, Κορίνθιοι τὸ κρήνον. At *amaracum*, ait auctor, ex Diocle σάμψυχόν τινες καλοῦσι. Succurrunt verba Servii non aliena huic loco. *Amaracus puer regius unguentarius fuit, qui casu lapsus dum ferret unguenta, majorem ex confusione odorem creavit. Unde optima unguenta amaracina dicuntur. Hic postea in herbam sampfucum dicitur versus, quam nunc amaracum dicit.* Sed coronam amaracinam a sampfachina diversam facit etiam Artemidorus lib. 1. cap. 79. Postquam dixisset ex Clearcho, Lacedaemonios τὸν παλαιότατον τῆς πολιτικῆς κόσμον συμπατήσαντας ἐκτραχχλίσθῃναι: addit, recte de illis dictum esse ab Antiphane in *Citharista*,

Οὐκ ἐφύσαν οἱ Λάκωνες ὡς ἀπόρθητοι πότῃ;
νῦν δ' Ὀμηρεῖους ἔχοντας πορφυροῦς κεκρυφάλους.

[Erit fortasse qui hanc lectionem probet, quam tamen olim suspectam habuimus. Si nihil mutes sensus erit imperfectus hujusmodi. Nonne aliquando Lacedaemonii sufflabant, id est, superbiebant tanquam inexpugnabiles, qui tamen nunc purpureis sese ornant reticulis. Nobis aliquando visum est ita scribendum.

p. 964.

Οὐκ ἐφυσαν οἱ Λάκωνες ὡς ἀπόρθητοι. πότῃ;
οἱ νῦν γ' Ὀμηρεῖους ἔχοντας πορφυροῦς
κεκρυφάλους.

Non sunt, inquit, natura inexpugnabiles Lacedaemonii. non. qui quidem luxui jam se, ut caeteri mortales dedant. Itaque cum pristina instituta deserant, vinci facile posse sunt existimandi. ἐφυσαν legimus non ἐφύσαν: quod modulum versus corrumpit. neque πότῃ, sed πότῃν. quod Atticis scriptoribus cum interrogatione enuntiatum, negationis vim habet. Dionysius Halycarnassens libro 4.

ἄρα γε τὴν ἡγεμονίαν παρέλαβεν ὥς οἱ πρὸ αὐτοῦ γενόμενοι βασιλεῖς; πόθεν; πολλοῦ γε καὶ δεῖ. Arrianus Dissertationum Epicteti lib. 2. cap. 21. οὐ γὰρ ὥς ἀποδησόμενοι, ἢ ἐπανορθώσοντας, ἢ ἄλλ' ἀντ' αὐτῶν ληψόμενοι ἐρχεσθε. πόθεν; οὐδ' ἐγγύς. Latini sunt imitati. Plinius Epistolarum libr. 4. *Quae nos refugimus, non quia superiores: unde enim? sed quia timidiore sumus.* quid appellet Ὀμηρείους κερυφάλους, non satis scio: et subesse mendam suspicor. mens tamen ea est quam diximus: nam in argumentum luxuriae proferuntur reticula purpurea: qualia erant corpore merentium foeminarum. ut in epigrammate,

Ἦδε φιλοπλέκτοιο κόμας σφιγκτῆρα Φλαινίς
Βαπτὸν ἄλός πολιῆς ἄνθρασι κερυφάλον.

[Si vocem κερυφάλους liceat exponere de subligaribus, vel fasciis cruralibus, pro Ὀμηρείους legam μηριαίους id enim est cruales. Olim apud Romanos fascias cruales gestare elegantiores, aut coloris insignioris specimen habuit morum. Notum quam suspicionem de Pompejo commoverint fasciae albae. Si tale quid fuit in moribus antiquis Lacedaemoniorum, nulla fuerit hic difficultas.] Quod sequitur, Ἀπολλόδωρος ἐν τῷ Περὶ Θηρίων Φησὶ χαμαιπύην, οἱ δ' Ἀθήνησιν ἰωνίαν, dubitationem aliquam habet: nam paulo post in eodem argumento laudatur hic scriptor, ἐν δ' Παρθικῶν. quare videndum num sit alterutro loco menda. quod literarum similitudo aliqua suadet. Vise et confer locum utrumque. *Chamaeipitis* etiam *pinus* Latinis dicitur. Virgilius quarto Georgicor.

Ipse thymum pinosque ferens de montibus altis.

Ἀκακαλλίς pro narcisso Creticum vocabulum fuit ut observat Hesychius: qui tamen eo verbo non narcissum, sed narcissi florem significari scribit. Lege statim ex Theophrasto, ubi de serpyllo, τὴν ἄγριον κομίζοντας ἐκ τῶν ὀρεῶν. non ut hic editum, ἐκ τῶν ἀγρῶν. Flores iridis λύκους esse dictos ex Philino observatur. Hesychii scripturam emendabis, λύκος τὸ τοῦ ἰστέως ἄνθος. imo vero τῆς ἰρίδος. nisi scripserat ἰστέως. Recte scribitur in omnibus codicibus, ὁμοία ταῖς καλουμέναις κάλχαις. neque audiendi qui mutant. Hesychius, κάλχη, βοτάνιον ἀνθοφόρον. Ajunt dipnosophistae, Τιμαχίδας δ' ἐν Δελπνοῖς, τὸ ῥόδον Φησὶ τοὺς Ἀρκάδας καλεῖν εὐόμφαλον, ἀντὶ τοῦ εὐοσμῶν. Vulgo Graecis ὄμφη est vox, dictio. p. 965. at dialecto Dorum ὄμφα est ὄσμη, odor. inde ὄμφαλος et εὐόμφαλος, *suave-olens* Hesychius. Scribe cum Can-

tero, ἐν ταυτῷ μένουσιν ἠνωμένοι. De auctore Κυπρίων ἐπῶν libro 8. cap. 3. ubi tractavimus proxime sequentem locum. In primo versu ἱμάτα pro εἵματα, vel ἱμάτια tuentur omnia exemplaria: quorum auctoritas insuper habenda non est, cum adstipuletur et Hesychius. ex quo patet dictum fuisse utrumque. Scrib. ἡδέϊ, νειταρέω, ἐν τ' ἀμβροσίαις καλύκεσσι. et, καλλιβρόου, οἶ' Ἀφροδίτη. et Θεαὶ λιπαροκρήδεμνοι. notum verbum ex Homero.

CAPUT NONUM.

Percurruntur Nicandri versus e secundo Georgicorum, quibus flores coronarii a poeta explicantur.

OBSCURISSIMA est Nicandri ῥῆσις tota e libro secundo Georgicorum, quae septuaginta ipsis versibus florum coronariorum historiam complectitur. Jam olim cum adhuc librariis antiquis constaret fides, poetam hunc Φιλαρχιδὸν et πολυμαθῆ, ut eum jure appellat noster libro tertio, posse recte interpretari magnum videbatur et arduum. Quid nunc? cum ad priores difficultates perfidia exscriptorum accessit, quae omnes doctissimi vatis reliquias mire depravatas, foedeque inquinatas ad nos transmissit. Humani ingenii modum excedat longe oportet, qui se speret conjecturis et divinationibus suis pulcherrimum quidem, sed deformatissimum fragmentum istud posse redivivum praestare. Omnino dux hic et auctor opus est, fidelis nempe codex aliquis: cujusmodi an ullus extet usquam hodie, nescio. Dalecampium hic, ut saepe alibi, mirari quam imitari sapientes malint. et profecto vir eruditissimus tam longe ab eo afuit, ut desperantia ulcera sanaret, ut quaedam leviter affecta, et de facili ἀκροῦτα, pessime acceperit: quinetiam multis locis cum Graeca verba Nicandri respicies, quid ille sit secutus in versione sua non facile divinaveris. Acuti et maturi iudicii lectores feliciter in hac palaestra se exercebunt. Nos ista raptim et solum ἀφοσιώσεως ἔνεκα animadvertimus. Octo primis versibus de violis agit poeta. Graeci eum florem ῥον appellant. Nicander ἰάδα licentia poetica: et appellationis hujus originem ex antiqua fabula affert istam. Ionidas sive Iadas nymphas Ioni primo coronam ex isto flore dedisse, cum ipsis dormituro post occisum

aprum, qui agrum Pisanum qua fluit Alphaeus, infestabat vivus. Scribe sic primos duos versus,

Ἄλλὰ τὰ μὲν σπείροιο τε καὶ ὠρεῖα Φυτεύουσιν
ἄνθη Ἰαονίηθεν· γένη γὰρ μὲν ἰάσι δισσι.

poetica violarum periphrasis est, ἄνθη Ἰαονίηθεν, id est ἰα. allusio est ad nomen ejus floris obscurior: nam alioquin ἄνθη Ἰαονίηθεν, omnes flores dicantur ex Ionide afferri soliti. sicut οἶνος Λαοβόθεν, et apud Varronem, p. 966. *Vinum Lesbo*. ita autem recte et vere, nulla fere mutatione, editam scripturam, quae perversissima est, Josephus Scaliger correxit. In 3. scribit Canterus, ὠχρόν τε, χρυσῶν τε Φυὴν εἰς ὧπα εἰσικός. propius ad vestigia depravatæ lectionis accesseris, si scribas, εἰς ὧπα ἰδέσθαι. Observemus, separari hoc versu ὠχρόν et χρυσοειδῆ. colorem: nisi deest aliquid post istum versum. Nam mirum sane est, cum sint violae quaedam luteae (κροκίας istas vocant Graeci) quaedam albae. Nicandrum in luteas et auro similes eas distinguere. nihil enim aut parum discriminis est inter ὠχρότητα et auri colorem. taceo quod purpurearum violarum nullam facit mentionem. cujus omissionis causam afferemus aliquam ad versum 59. In 4. σθάτο quid sit nescio. Forte, ὄσά γ' Ἰωνιάδες v. In 5. ποθέσασθαι quam ποθέσασαι mavult Scaliger. at pro ἐνὶ κλήροισι. Dalecamp. ἐνὶ κήποισι, sine causa. Sextum ita emendamus, Ἦνυσσε γὰρ χλοῦνην γε μετ' ἐσσύμενος σκυλάκεσσι. aprum, inquit, confecerat, persecutus cum canibus. potes etiam sic et fortasse verius, Σὺν ἄγριον χλοῦνην δὲ με. ut semper apud Homerum. Nonus et decimus rosarii institnendi rationem aperiunt. eos ita concipimus cum Scaligero et Cantero:

Αὐτὰρ ἀκανθοβόλοιο ῥόδου κατατέμενο βλαστὰς
τάφροις τ' ἐμπήξειας, ὁδὸν διπάλαιστα τελέσσω.

Fossam vult cavari, in qua roseae virgæ defigantur. nam pueriliter labuntur, qui τάφροις vertunt, *terrae tumulis*. posteriore hemistichio dicere videtur, vacuum locum ad viam secundum fossam ubi rosas plantaveris, palmorum duum esse relinquendum. Proximis tribus indicabatur a poeta locus ubi rosae omnium praestantissimae, et quidem sexagenis foliis insignes, circa Philippos et Pangaeum montem fuisse etiam centifolias auctor est Theophrastus. an de eo tractu senserit Nicander, viderint eruditi. nos de 11. versu nihil habemus dicere. corruptissimus namque est: etiamsi pro Ὠδονίης scribamus cum Cantero Ὠλενίης. 12. ita habet, Λαίπωμεν κλήροισιν

ἀνδραγῶς νηματιόειν. Canterus emendabat, Λαίπων ἐν κλ. non multo melius. Audax fortean videbitur, at non tamen ineptia conjectura, cuius nobis nunc primum venit in mentem. Πηλέω ἐν κλήροισιν ἀνατρέφεται Ἡμαθίωσι. vel, ἀνατρέφεται Ἡμ. Thessalicas rosas etiam alii commendant. Λαίπων τραjectione literarum corruptum vocabulum est, pro Πηλέω ἐν. aliter medicinam facere huic loco nequimus, quod si hic rem acu tetigimus: Θέτιδος scribam in superiore versu, non Θέμιδος. Scribe et distingue cum doctis, Δεύτερα Νισσαίης Μεγαρηίδος· οὐδὲ Φασηλίδος Οὐδ' αὐτὴ Λεύκοφρυς ἀγασσάμεναις ἐπιμαμφῆς Ληρ. secundae exstimationis rosae sunt, quas fert Megaris Nisaea. sed neque Phaselis, neque Leucophrys eo nomine fuerint contemptu dignae, verum admiratione potius. In 16. Ληθαίου Μάγνητος ὕδατα, periphrasis est fluvii ad Leucophryn se exonerantis. Haec geographia alibi nobis expendenda. nam in 12. Strabonis aliquanto aliter. 17. Κισσοῦ δ' ἄλλοτε κλώνες εὐρρύζου καπέτοισι. p. 967. Lego, κλώνας, et σκαπέτοισι. Dalecamp. recte, *scrobibus*. Helych. ἀκάπετος, τάφρος. Ridiculum est quod sequens versus videtur dicere: interdum coronam ipsam hederaceam cum suis racemis esse plantandam. sed ne dubita aliter Nicandrum scripsisse. 19. ita concinnant docti, Δάσκιον, ἀργοπόδην ἥδὲ κλαδέσσει κομήτην. 20. Scaliger et Canterus, Βλάστα δρέκου δ' ἐν τοῖσι, καὶ εἰς μίαν ὄρσο κόρησιν. 22. Canterus, ἐπιζυγόντες κόρυμβοι. Scribe deinde causa metri, συνουρίζωσι. et ἐπηρεφέες. recto casu. Nec vigesimus quintus menda caret: Σπαρματίνην κάλυκας κεφαλῆγονοι ἀνταλέουσι. postrema non assequor: priorem partem ita scribam, Σπερματικὴν κάλυκας κεφαλὴν. appellat Nicander σπερματικὴν κεφαλὴν, quam Phantias peripateticus in historia plantarum, σπερματικὴν κορύνωσην, qua de re dictum est in superioribus libris. 26. Ἀργῆεις πετάλοισιν, scribo Ἀργυρέοις. 29. Ἦρισε γὰρ χοιρῇ. Dalecampius Ἦρσε. 31. ita Canterus concipiebat, Ἴρις δ' ἐν ῥίζησιν ἀγάλλεται· ἣ ὑακίνθου Αἰαστῇ προσέοικεν. et in extremo versu τέλλαι non τέλλαι. Deinde lege cum Scaligero, αἶτ' ἀνὰ κόλπῳ Φυλάδα μελαινὴν ἐκχεύετον. 35. Εἶδόν τ' ἡμνοῦσαι. Lego, Εἶδοντ' ἡμνοῦσαι. et in fine praecedentis versus πάλιν ἀρτίγοναι δέ, non enim placet Dalecampiana distinctio. 36. Σὺν καὶ περ τοξία χραιτὴ λυχνίς. Scribam, Σὺν καὶ κορυφύει λυχνίς. cum his censeatur et purpurea lychnis. Dioscorides tamen sic, Λυχνίς στεφανωματικὴ. ἄνθος ἐστίν

ὁμοιον λευκοῖον, ἀμπόρφυρον δέ. non tribuit purpureum lychnidi colorem: sed purpureo adfinem. trigesimo octavo. scribe, Οὐδὲ βοάνθεμα καὶν' αὖ' ἐπηέτανον κάρα ὕψοι. quam rhizotomi buphthalmum indigetant, poeta boanthe-mon dixit, poetica voce: et florem hunc anthemidi subjunxit, cui multum est similis, ut etiam Dioscorides indicat. Sic et Dalecampius accipit. Si quem moveat, quod in 63. buphthalmi poeta meminit, scribere potest, οὐδέ γε ἄνθεμα κ. Scribit deinde Scaliger, Φλόξ δὲ θεοῦ αὐγῇσιν ἀνερχομένης ἀνιούσα. notum floris nomen ex scriptis veterum. Tres sequuntur de serpyllo versus: quos palam vitium profitentes ita refingimus. "Ερπυλλον δ' ἐφύδροισιν ἐνὶ βωλοισι φυτεύσεις. "Οφρα κλάδοις μακροῖσιν ἐφερπύζων διαίηται, Καὶ κα κατακρεμάσσαιτο ἐφίμειρων ποτὰ νυμφέων. 45. Scaliger emendat, Φύλλα σίνει γὰρ πάντα. ἀνοιγομένοισι δ' ἐφίξει Ἑρπετά. et statim, ἄλλοτε ῥιπῆς Ἠῖξαν σαρκοτύπησι. item, οὔτε τί πω βρ. et in sequente ἐνιχρίμψαντα. Quaecumque autem de papaveris cultura docentur hic a Nicandro, non temere alibi legas quo etiam nomine δυσνοητότερα sunt nobis. Scribe in 52. cum Scaligero, βαθεῖ ἐν πάχει, non τάχει. Lego etiam, νέους κλάδας. non ut editum est νέας. neque hoc nihil refert. In 55. παιδὸς ἔρωτες dialysi poetica, pro παιδέρωτες. quod plantae est nomen Dioscoridi ἄκανθα dictae versu proximo. λευκὴν populum Dalecampius interpretatur. convenientius videtur, ut de ea accipiamus. quam ἄκανθαν λευκὴν Graeci, spinam albam

p-968. Latini nominant; ἄνθη πορφυρᾶ ei tribuit Dioscorides. Septimus supra quinquagesimum versus claudit, principio mutilus. sic enim editur, κύπρος τε, σισύμβριον ὅσσά τε χ' οἶα. explemus nos et scribimus, Κύππειρος, κυπρός τε, σισ. Sequitur, Ἄσπορα νεσμένοισι πότοις ἀντρέψατο λειμῶν. Legendum, ναομένοισι, vel ναιομένοισι. nam et νάειν et νάειν pro βέειν usurparunt. et fortasse τόποις non πότοις. id est, locis irriguis, et per quae aqua fluit. Jovis florem, ex Theophrasto, Plinio, Hesychio, et botanicorum libris omnes norunt. Dalecampio non assentior, qui dictionem εὐῶδες censuit esse damnandam. contrarium enim posuit, inodorus. Versu 59. male scriptum Χάλλας, pro Κάλχας. nam κάλχην appellarunt Graeci parvulam quandam herbam, cujus florem in ferta et coronamenta legebant. auctores, Athenaeus paulo ante, Hesychius, alii. Vulgatam lectionem Χάλλας, tueri possumus per Ionicam tenuium et aspiratarum transpositionem.

Finem versus scribo cum Scaligero, *ἰωνιάδας τε χαμηλαίς*. violas vocat *ἰωνιάδας*, ut supra *λάδας*, et *ἄνθη Ἰαονίηθς*. loquitur autem poeta non in universum de omnibus violis, sed de iis solum quibus est color *ὀρφνότερος*, *magis fuscus*: nam addit, *Ὀρφνότερας ἅς τεύξε μετ' ἄνθας Περσεφόνεια*. quas violas fecit Proserpina inter flores esse obscurioris coloris. Purpureas violas intelligit, quarum facit distinctam speciem ab illis de quibus dixit initio. nec male convenit purpurearum colori vox *ὀρφνότερας*. nam errat Dalecampius, qui *ὀρφνότερα* emendavit, ut ad Proserpinam posset referri. sane perperam. Quid? nonne Dioscorides in purpureae violae descriptione, voce *μελάντερον* usus est? [Theocritus, *Καὶ τὸ Ἴον μέλαν ἐντί*. et Virgilius, *Et nigrae violae sunt*] sed haec *διαιτήσομεν* alibi accuratius, si otia Deus fecerit. *ὕψηντα πανόσμιον* quid appellet Nicander non divino ex argumento hujus eclogae, et ipso nomine, conjicere licet florem aliquem coronarium ea appellatione fuisse veteribus cognitum, notabilis, inter alios generis ejusdem altitudinis: cui ab odoris praestantia, aut pro temporis varietate, inditum nomen *πανόσμιος*. sic Pausanias in Messenicis, medicatae cuidam aquae tribuit *εὐωδίαν πᾶσαν, καὶ χροάν, καὶ ὀσμήν*. Absurdum est *πανόσμιος* interpretari Panis arbor: absurdum de pinu accipere: absurdissimum omnium existimare, posse pinum inter *στυφωματικά ἄνθη* nomen suum profiteri. In extremo versu *τύμβοι* potest ferri: *τύμβοις* tamen malim. Porro sequentibus ad finem usque hexametris sepulchrales quidam flores recensentur: quos ad mortuorum honorem solita vetustas adhibere. Causa fortasse fuit, quod in sepulchretis flores hujusmodi sua sponte nasci viderent. caeteram ampla hic quoque mendarum seges. In 62. scribebat Canterus, *Φάσγανὰ παρθενικῆς νεόχου ποσὶν ἀμφιχέονται*. neque nos aliquid videmus, quod potius amplectamur. etsi durum verbum *νεόχου*, pro, *recens tumulata*: aut, cui recens *χοαί* factae: id est, *νεόφθιτος κόρη*. ut alii poetae loquuntur. In 65. *ἐφελκόμεναι* valet p. 969. allicientes, et gratiam hominum sibi conciliantes. varia lectio quae annotatur, ex depravata glossa est orta. Scrib. *παρακάββαλα*. Non intelligo illa *Πολλάκι θάλλια καλά*. et non dubito esse mendosa. *Λεῖρια* rectum mox, non *λήρια*. Postremi versus ita scribuntur:

*Καὶ γεράν πώγωνα, καὶ εὐτραπέας κυκλαμίνου.
σαύρην τ' ἢ χθόνιον πέφαται στέφος Ἠγασίλου.*

poetica dialysi γερᾶν πώγωνα appellat, herbam dictam rhizotomis γερουτοπώγωνα: quae vel tragopogoni similis est, vel etiam fortasse eadem. Sed gerontopogonis nomen in veterum medicorum aut philosophorum libris, legere non meminimus. Quare aliquando scribebamus Καί γε τράγου πώγωνα. Deinde scribe, εὐτραπέας, vel εὐτραπέας κυκλαμίνους. et sequente versu Ἀγσιλάου. herbam quandam sepulchralem vocat *terrenam coronam Agsilai*. id est. Orci ima terrarum habentis. poetae Orcum nominant *Agasilaum*: quod cum diserte nos docuerit Athenaeus libr. tertio: propterea excusatione carent interpretes qui nugas nugacissimas hic de Lacedaemoniae Agsilao effutierunt. Nec meliorem iudicio utuntur iidem, cum principio huius versus, pro Σαύρην τε, fecerunt Κάρδαμον. quid enim vetat omnia γίνεσθαι ἐναλλα, ut ille ait, si temerariis huiusmodi conjecturis locum damus? *sauram* tamen in plantarum censu ne nos quidem usquam reperimus, emendemus igitur si placet: sed probabilior et commodior aliqua via. Existimamus autem, rejecto initiali sibilo in finem vocis praecedentis, unde manifeste excidit, veram lectionem esse hanc: Ἀῖρην δ', ἢ χθονίου πέφαται στέφος Ἀγσιλάου. quam probabilis conjectura, αἶρην pro αὐρην vel σαύρην? neque aliena vero, ut arbitror, sententia. Videntur enim veteres e lolio mortuis fecta et coronas texere soliti. Non semel apud Virgilium legas *Infelix lolium*. quod ad morem hunc referri potest, paulo aliter in veteris legis carmine arbor *infelix*.

CAPUT DECIMUM.

Θήσειον. λείμαξ et λειμάς pro λειμών. μεθύσης. ἐπικωπος, ἢ μαζαγρετας. ἄδου τραπεζεύς. Coronae unguento delibutae. Xenophontis locus illustratus. μύρον ἀπὸ τοῦ μύρεσθαι τὸ λεγόμενον ἐλευθέριον. pictura e numero liberalium disciplinarum sublata quibusdam. multa qua illustrata, qua emendata insigniter.

ΚΑΙ Θήσειόν τι ἀναγράφει καλούμενον ἄνθος. Helych. Θήσειον, φυτόν τι ποιόν. Λευκαρώης ἱερὸν, περικαλλὰς, ὃν βα μάλιστα Φίλατο. Prima dictio est corrupta.

Dalecampius scribit *Λέξατο*. non assentiōr: nam proprium foeminae nomen puto hic latere. Fortasse, *Λευκοθέας* deinde scribe ob metrum, ὅπερ ῥα μ. imo totum versum ita concipe, *Λευκορόης ἱερὸν περικαλλέος, ὄρρα μάλιστα Φίλατο*. Sed de Ariadnae corona lege Photii Excerpta e libro quinto Ptolemaei Hephaestionis F. ubi explicatur hic versus, *Καὶ Προκλέους ἵπποι χλωρὰν ψαλάκανθαν* p. 970. ἔδουσιν. qui versus non est Crinagorae, sed Eubuli comici.

ὦ *μαλάχας μὲν ἐξερῶν*. Dalecampius *ἐξορῶν*. quod sane melius videtur, etsi dubitatione non caret. omnino aulem, *ἀναπνέων δ' ὑάκινθον*. deinde, *ἔγχει, κἀπιβόα τρίτον π.* duce Cantero.

μαλακῶν τ' Ἴων λίμνα καὶ τριφύλλου. Scribendum *λείμνα*. poetis *λείμαξ* et *λειμαῖς*, idem significant ac *λειμών*.

οἱ δ' ἐν τῷ μύρῳ *λαλαῖται περὶ σ.* Pone *στιγμὴν ταλαίαν* post *μύρῳ* et scribe cum Cantero, *λαλαῖ δὲ π.* tum autem aliquanto post, *ἀνθρίσκου Φόβῃ, τῷ τ' αἰεφρούρῳ μελιλώτῳ π.* ex ipso Athenaeo. Melius etiam mox *εὐάγητον πλάδον*. et statim, *καὶ δύ' ἐτέρως*, non *δι' ἐτ.* Scio esse qui in istis, οὕτως δ' εἴρηκε τὸν μεθύσῃν *Ἀλεξίς*. corrigant *μέθυσον*: immemores nempe sic quoque Graecorum nonnullos eam vocem extulisse.

Ὅμοια καὶ βούς ἐργάτης ἐργάζεται. Legendum videtur, *Πρὶν ὅμοια*.

Σύνδαιπνος ἢ πίκωπος ἢ μαζαγρέτας. hoc est, conviva huic adest vel remigum aliquis, vel egenus e raptis mazis solitus victitare. non dubito recte legi *ἐπίκωπος*. nautae, remiges et navi- cularii omnes inter vilissimos semper habitū. At *μαζα- gretae* appellatio duplicem habet vililitatis significationem: nam et mazam edere non panem, paupertatis specimen est: cogi vero mazam *ἀγρεύειν* sive *ἀγείρειν* furto aut mendicatione (nam utroque modo exponi potest) miser- rimum est. Scio Eustath. Odyss. ξ explicare *μαζαγρέτης* voce *ἄκολος*. sed ea interpretatio quam bene conveniat huic dictioni, viderint alii: huic certe loco aptari non potest. Ferri etiam nequit in proximo versu *Αἰδοῦ τρα- πεζεύς*: quod vertere docti, *pudeat mensaris*. certum est debere scribi, *ἄδου τραπ.* *Orci conviva*. sic vocat hominem *μαζαγρέτην*, famelicum, et vivam mortis ima- ginem. Favet emendationi titulus fabulae, *Κῆρες, Parcae*. *ἀνεγκεῖν δεῦρο τῶν χρηστῶν δύο*. versus integer ita habuit, *Στεφάνους ἀναγκ.* Etsi autem non damno scribi in hoc versu *χρηστῶν*, et in sequenti *χρηστὴν* ac *χρηστῶ*: dubitari tamen haud, opinor, absurde queat, num ubique potius per i sit scribendum. parat enim auctor transitum

facere ad sermonem de unguentis: quorum varius, et multiplex usus per eam quam diximus lectionem pulchre indicatur. *στάφανοι χρυστοί*, sunt coronae delibutae unguento: nam et coronas interdum *ἐδρόσιζον τοῖς μύροις*, id est, unguentis irrorabant, ut loquitur Athenaeus: et coronarum unguentis madidarum Plinius quoque meminit libro 21. capite 3. *δαῖς χρυστὴ* fax erit ex odorato ligno inspicata: aut etiam unguento illita: quam etiam ob causam *χρυστὸν πῦρ*. non ineleganter, etsi *ποιητικώτερον* appellaverit. quod autem etiam e facibus et nocturno lumine odoris suavitatem captarint jam olim habrodiaeti, ex Homero notum et Virgilio. οὐ σπογγιᾶ; τίς μου παρ. Sequere interpretem, et sublata interrogatione, p. 97¹. *junge cum sequentibus. ἵνα καὶ εὐωδίαν ἐστιώμεθα.* Apud Xenophontem *εὐωδίᾳ*. utrumque rectum: nam utroque modo Graeci loquuntur: et tertio quoque *εὐωδίας ἐστιᾶν*, ut *λόγων*. ἄλλως τε ἂν καὶ νύμφαι ὦσι. Usitatus erat, ἄλλως τε καὶ ἂν ν. sed etiam apud Aristidem rhetorem, ἄλλως τε ἦν καὶ ν. ὥσπερ ἡ Νικηράτου τε τούτου καὶ Κριτοβούλου. repete *νύμφη*, sponsa aut recens nupta. Convivio Xenophonti descripto, inter sunt Niceratus et Critobulus juvenes, et id adhuc aetatis agentes, ut faciant absurde interpretes, qui filias nobiles ipsis tribuant. Lege autem adjecta interrogationis nota, *μύρου μὲν τι καὶ προσδέονται*; ut monuit dudum Henricus Stephanns. Nam sensus is plane quem ait Aristides rhetor, *παρὰ ἀνδρὸς μύρου οὐ προσδέονται*. Probat Socrates virum non decere unguenta: nam propter virum, sive ut sit aliquis acceptior viro vir unguento non indiget: uxoris vero causa ungere se maritus non debet: mulieres enim quae sunt ipsae pro unguento suis maritis, quid amplius unguento alio opus habent? de elegantia quae inest huic loco, Aristidem si lubet consule *περὶ ἀφελοῦς λόγου*. Ineptissimam lectionem, *ναῦται γὰρ τοῦτο ὄζουσι*, muta in *αὔται γὰρ τοῦτο ὄζουσι*. Scribe etiam *ἐλαίου δὲ τοῦ ἐν γυμνασίοις ὀσμὴ καὶ παρούσα ἡδίων ἢ μύρου γυμνασίου*, καὶ ἀποῦσα ποθεινότερα. Originem vocis *μῦρον* paulo post aperiemus: nam Chrysippus quem ait noster, derivasse eam dictionem ἀπὸ τοῦ μετα πολλοῦ μύρου καὶ πόνου ματαίου γίγνεσθαι, tam malus grammaticus, quam bonus Stoicus fuit. imo vero ludibrium plane debuit Chrysippus, si tam fatuus fuit, ut *μύρον* a *μύρος* deductum putaret: quod lectio haec significat. Fortasse non aliud voluit quam quod placet vulgo

grammaticorum, *μύρον* esse *ἀπὸ τοῦ μύρεσθαι*. propter difficultatem conficiendi unguentorum. tum foret hic scribendum, *τὴν ὄν. φ. λ. τὰ μύρα ἀπὸ τοῦ μύρεσθαι*: διὰ τὸ μετὰ πολλοῦ μόρου, etc. Lego cum interrogatione, *ὑμεῖς δ' οἴεσθε τὴν ἀβρότητα χωρὶς ἀρετῆς ἔχειν τι τρυφρόν*; vos autem putatisne ullas sine virtute *delicias esse delicatas*? Sappho, inquit auctor, *ἤδέθη τὸ καλὸν τῆς ἀβρότητας ἀφελεῖν*. Scribendum, *ἤδέθη. erubuit honestum separare a voluptate*. Amoenissimae poetriae verba lege ex emendatione Canteri sic, *ἐγὼ δὲ φλημι ἀβροσύναν· καὶ μοι τὸ λαμπρὸν ἔρος ἀεὶ λῶ, καὶ τὸ καλὸν λέλογχε*. confirmat hanc emendationem, Athenaei pene ad verbum interpretatio. Sequuntur mendarum portenta adversus quae excitandae vires ingenii, si quae sunt in nobis. Παρρῆσιος δ' ὁ ζωγράφος, inquit Athenaeus, ex Clearcho, *καὶ περ παρὰ μέλος ὑπὲρ τὴν αὐτοῦ τέχνην τρυφήσας, καὶ τὸ λεγόμενον ἐλευθέριον ἐκραβδίων ἐκτίνων ποτηρίων ἐλκύσας*. λόγῳ γὰρ οὖν ἀνταλάβετο τῆς ἀρετῆς, ἐπιγραφάμενος τοῖς ἐν Λίνδῳ πᾶσιν αὐτοῦ ἔργοις Ἀβροδῖαιτος ἀνὴρ, ἀρετὴν τε σέβων, τὰ δ' ἔγραψε Παρρῆσιος. Reprehendit Parrhasium Clearchus, tanquam παρὰ μέλος λαμπρυντὴν, ut diceret Aristoteles, quod pictor cum esset, et manibus opus faceret, tractans penicillum, cestrum, et viriculum, laudem ex eo studio sibi vindicare p. 972 caret; debitam ingenuis et liberalibus artibus. nisi fallor iudicii hoc auctor voluit: oblique picturam ex albo liberalium artium eradens, contra multorum veterum sententiam. Porro ut haec eliciatur sententia, scribendum, *καὶ τὸ λεγόμενον ἐλευθέριον ἐκ ραβδίων τινῶν, ἔκτε καυστηρίων ἐλκύσας*: qui laudem liberalis instituti ut vocant, ex viriculis quibusdam et cauteriis traxit penicilli, ράβδοι live ραβδία, (unde appellatus Parrhasius ραβδοδῖαιτος) cestra, viricula, live viricula et cauteria, pictoris sunt suppellex. καυστηρίων igitur scribo, non ποτηρίων, et refero ad genera pingendi encausto, de quibus Plinius libro trigesimo quinto, capite undecimo. Tertullianus adversus Hermogenem haereticum ex pictore. *Praeterea pingit licite, nubit assidue: legem Dei in libidinem defendit, in artem contemnit: bis falsarius et cauterio et stylo*. Conferendus autem hic locus de Parrhasii jactantia, cum iis quae de eodem scribuntur libro 12. Interpretres non id dicit quod Clearchus, sed verba Plinii sine causa nobis hic pro Clearcheis obtrudit. pessime vero idem ista cepit ὃ κομψός τις ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, ὑπερ-

αλήσας ὑπαίνοντι τὸ τῆς ἀρετῆς ἄβρὸν καὶ καλὸν, ἅτε
 Φορτικῶς μετακαλεσαμένῳ τὴν εἰς τρυφὴν δοθεῖσαν ὑπὸ
 τῆς τύχης χορηγίαν, παρέγραψε Παβδόδαιτος ἀνὴρ. id
 est, cui inscriptioni aliquis eleganti vir ingenio, ut
 mihi quidem videtur, offensus vehementer quod magni-
 ficum et honestum virtutis nomen inquinaret Parrha-
 sius, ut qui ἀρετὴν alieno nomine illam artem insulse
 appellasset, quam fortuna hominibus largita est delicia-
 rum instrumentum, adscripsit, Παβδόδαιτος ἀνὴρ. haec
 est mens. cujus nullum reperias vestigium in interpreta-
 tione Dalecamp. Ex his autem discimus quomodo Cle-
 archus nomén ἀρετῆς interpretatus sit in versu Parrhasii
 Ἀβδόδαιτος ἀνὴρ, ἀρετὴν τς σέβων τὰδ' ἔγραψε. Sub-
 jiciuntur Anacreontica haec, τί μὴν πέταται, σπρίγγων
 κοιλότερα στήθεα χρυσάμενος μύρω. Lego, τί μὴ πέταται,
 cum interrogatione. cur non advolas, habens illitum
 unguento pectus, magis cavum quam fistula? hanc
 formam probarunt in suis deliciis veteres nequitiae ma-
 gistri: ut eminentibus hinc inde mammis, cavitas esset
 in medio. atque hoc est quod idem poeta μεταμάζιον
 vocat, in pictura Bathylli. Μεταμάζιον δὲ ποίσι, Διδύμας
 τς χεῖρας Ἑρμοῦ.

CAPUT UNDECIMUM.

Sedes animae in corde, ex quorundam sententia.

Cor salire vario sensu dictum poetis. Vocis
 μύγον etymon ex sententia Athenaei. Stacte e
 sola myrrha. Theophrasti et Plinii dissensus. item
 Plinii et Athenaei. ἱεῖς et Φοῖνιξ pro unguentis
 inde factis. Cyzicenum unguentum. Plinii locus
 cum Graeci scriptoris verbis collatus.

SEDEM animae in corde esse, quae fuit veterum quo-
 rundam medicorum sententia, probat dipnosophista argu-
 mento locutionum quarundam, quae Homerus est usus.
 p. 973. Quod si in hac quaestione valeret argumenti hoc genus,
 posset haec sententia planissime ex sacris literis consti-
 tui: ubi toties, quod ait beatus Augustinus, sedes animi
 monstratur in corde, etiam a Christo: qui, ut omnis
 boni, etiam omnis sapientiae fons est et auctor. Verum
 ineptam esse hanc totam rationem, etiam mediocriter

litteris tincti norunt. Melius Damascenus, ἡ ψυχὴ συνδίδεται τῷ σώματι ὅλη ὅλῃ, καὶ οὐ μέρος μέρει· καὶ οὐ περιέχεται ὑπ' αὐτοῦ, ἀλλὰ περιέχει αὐτὸ, ὥσπερ πῦρ σίδηρον. [Olympiodorus quoque in Platonis Phaedonem praeclare: τοσοῦτον, αἶτ, προσπνέσεται ἡ καφαλή τῇ ψυχῇ, ὅσον πρῶτῃ δέχεται αὐτῆς τὴν ἡνωστικὴν ἑλλαμψιν, ὡς ἡ καρδία τὴν ζωοποιόν. οἷον εἴ τις λέγοι ἐν οὐρανῷ τὸν Θεόν. καίτοι πανταχοῦ, ἢ οὐδαμοῦ.] Ait recitatis aliquot poetae locis, ὃ δὴ καὶ σημεῖον φέρουσι τοῦ τὸ κυριώτερον τῆς ψυχῆς ἐνταῦθα κεῖσθαι. quo alii τὸ ἡγεμονικόν τῆς ψυχῆς; Stoici vocarunt τὸ κύριον, vel τὸ κυριώτερον. Galenus libro secundo de dogmatis Hippocrat. et Plato. πρέσβηται μοι δεικνύειν, ὅτι τὸ λογιζόμενον τῆς ψυχῆς, ὃ δὴ ἡγεμονικόν τε, καὶ διάνοιαν, καὶ κύριον αὐτὸς ὁ Χρύσιππος ὀνομάζει, κατὰ τὸν ἐγκέφαλόν ἐστι. non solum autem ἡ Φράσις, sed et sententia Stoicorum sectae conveniens est: quam quidem magna contentione defenderat Chrysippus lib. primo De anima, usus in hanc rem poetarum testimoniis infinitis. habes magnam ejus libri partem apud eruditissimum Galenum libro tertio, operis modo nominati. Primus autem Zeno hoc conatus est demonstrare argumento illo quod refert libro secundo idem Galenus. Zenonem secutus est Diogenes Babylinus, ut legitur ibidem. Sequitur, Θυμῷ δ' οὔτι Φαιδρά χορεύει θάρβους θυγάτηρ. Sophoclis sunt verba, sed depravata. videtur appellare cor, id est καρδίαν, filiam pavoris: quia cordis palpitatio oritur ex pavore, ceu generante causa. sic Aeschylus gloriam laboris filiam nuncupat. — τῷ πονῶντι δ' ἐκ θαῶν Ὀφείλεται τέκνονμα τοῦ Πόνου Κλέος. Scripserit igitur Sophocles, Θυμῷ δ' οὔτι καρδία χορ. Ὡ. Ὡ. ut Sophocles καρδίαν χορεύειν, sic mox Anaxandrides ὀρχεῖσθαι. Plautus in Capteiveis *subfultare* dixit. alio sensu satyricus, *cor tibi rite saltat*. Haec emendatio eo minus probatur nobis, quia non cor ipsum, sed palpitatio quae in eo fit, jure appelletur filia pavoris. quare satius nihil mutare, nisi accentum in voce Φαιδρά: et ita interpretari, *In animo meo jam o Phaedra, non amplius saltat pavoris filia*, id est, trepidatio, ἢ πῆδησις τῆς καρδίας, ut Plato aliique loquuntur. In Anaxandridae versu nemo dubitat recte Canterum ὀρχῇ pro ἀρχῇ scripsisse. Posthaec vocis μύρον, quae omne unguenti genus Graecis significat, originem explicat philologus: sane melius quam grammatici vulgo faciunt: qui a Myrrha nota ex fabulis poetarum, ridicule

id verbum derivant: vel *καρὰ τὸ μύρσσαι gemere* ineptissime, ut capite superiore dicebamus. Athenaei vero sententiam non sunt interpretes assecuti, quia male ista ceperunt, *μύρρα γὰρ ἢ σμύρνα παρ' Αἰολεῦσιν, ἐπειδὴ*
p. 974. *τὰ πολλὰ τῶν μύρων διὰ σμύρνης ἐσκευάζεται.* Athenaeus hoc voluit: *μύρον* dictum quasi *μύρρον*, ab Aeolica voce *μύρρα*, quae myrrham significat. nam quia, inquit, pleraque unguenta mixta myrrha componuntur, quaedam etiam sola myrrha constant, ut *stacte*: usus obtinuit, ut *ἀπὸ τῆς μύρρας*, omnia unguenta *μύρα* nominarentur. Haec mens auctoris: cui equidem assentior: neque dubito *μύρον* vocem Homero et primis Graecorum incognitam, tunc primum Graeciae innotuisse, quando Asiaticorum unguentorum primam notitiam habere ceperunt. *μύρον* igitur est מִרְרָה Hebraeorum, id est, *myrrha*, ut recte censet noster. Adjicit, *καὶ ἦγε στακτὴ καλουμένη διὰ μόνης ταύτης. quae dicitur stacte, e sola confit myrrha.* Videtur haec esse ratio, cur Latini myrrham ab unguentis sejungant. Varro, *magistratus myrrha, unguentisque ungetur.* Theophrastus in eruditissimo commentario De odoribus, *ἐκ σμύρνης κοπτομένης ἔλαιον ῥεῖ. στακτὴ δὲ καλεῖται διὰ τὸ μικρὸν στάζειν ὃ δὴ μόνον τινὲς Φασὶν ἀπλοῦν εἶναι καὶ ἀσύνδετον τῶν μύρων, τὰ δ' ἄλλα πάντα σύνδετα.* Plinius, *Myrrha et per se unguentum facit sine oleo, stacte duntaxat: alioquin nimiam amaritudinem affert.* sed scripserat idem paulo ante, *Singuli quoque succi nobilia unguenta faciunt: in primis malobathrum, postea iris Illyrica, et Cyzicena amaraeus.* quae plane evertunt illud *μόνον*, et *τὰ ἄλλα πάντα*, in superioribus Theophrasti verbis. Plinius scribit: *Quis primus invenerit unguenta non traditur. Iliacis temporibus non erant, nec thure supplicabatur.* ab hac Plinii sententia discrepat noster: ὁ δ' Ὅμηρος, εἰτ, *τὴν μὲν χρῆσιν οἶδε τῶν μύρων, ἔλαια δ' αὐτὰ καλεῖ μετ' ἐπιθέτων.* unguenta, inquit, et Homerus novit: sed *μύρον* nomen haud novit, *ἔλαια* nominans cum epitheti adjectione. Ait, *καὶ ἀλλαχοῦ δὲ λέγει τι τεθυμένον.* si quis tollenda haec verba censuerit, non multum repugna-vero. nam statim sequitur de voce *θύμα*, quo haec pertinent. Fuerunt olim certis locis nobilia unguenta: quorum historiam ex Apollonio persequitur Athenaeus. Ita autem orditur: *ἶρις μὲν ἐν Ἡλίδι χρηστοτάτη καὶ ἐν Κυζίκῳ. ἶρις* pro irino unguento, ut mox *οἰάνανθη* pro oenanthino. sic *Φοινίξ* apud Theophrastum

pro unguento palmeo, et id genus alia. Plinius sermonem eundem similiter ordiens, ex eodem, ut videtur Apollonio Herophili discipulo et sectatore, *Irinum*, ait, *Corinthi diu maxime placuit, postea Cyzici*. Graeci interdum vocant Cyzicenum unguentum. Pausanias Messenicis, ὕδωρ Κυζικηνῶ μύρω μάλιστα ἰδεῖν ἐμφερές. Componamus inter se etiam in caeteris Apollonium et Plinium. Ille ait, ῥόδινον δὲ κράτιστον ἐν Φασήλιδι, καὶ τὸ ἐκ Νέας δὲ πόλεως καὶ Καπύης. hic autem, simili modo *rhodinum Phaseli: quam gloriam abstulere Neapolis, Capua, Praeneste*. Apollonius, κρόκινον δ' ἐν Σόλοις τῆς Κιλικίας, καὶ ἐν Ῥόδῳ. Plinius, *crocinum in Solis Ciliciae, diu maxime laudatum, mox Rhodi*. Apollonius, γάρδινον δὲ τὸ ἐν Τάρσῳ. Plinius cum caetera omnia verteret, haec praetermisit: credo, quod ipsius aetate defuisset nardinum Tarficum esse in pretio: cuius rei Athenaeus nullam habuit rationem: cui erat hoc unum p. 975. propositum testimonia veterum de quacumque re proferre. Inquit Graecus, οὐνάνθη δὲ Κυπρία καὶ Ἀδραμυττήνη. at Plinius sic, *oenanthinum in Cypro deinde in Aegypto propositum*. Apollonius, ἀμαράκινον δὲ Κῶν καὶ Μήλινον. sonant haec verba, amaracinum maxime laudari quod ex insula Coo, aut Melo alia insula afferretur. sed Plinius aliam interpretationem suggerit et lectionem. Vertit enim *amaracinum in Coo. postea eodem loco praelatum est melinum*. legit, καὶ μήλινον, parvo μ. fiebat autem melinum e cotoneis malis et struthis. Apollonius, Κύπριον δὲ προκέρκνται τὸ ἐν Αἰγύπτῳ, δεύτερον δ' ἐστὶ τὸ Κυπριακόν, καὶ τὸ ἐν Φοινίκῃ, καὶ ταύτης τὸ ἀπὸ Σιδῶνος. Plinius haec paulo aliter, *Cyprinum in Cypro, deinde in Aegypto, ubi Mendesium et metopium subito gratius factum est: mox haec abstulit Phoenice, et cyprini laudem Aegypto reliquit*. Pergit Graecus scriptor, τὸ δὲ Παναθηναϊκὸν λεγόμενον ἐν Ἀθήναις. et Plinius similiter, *panathenaicum suum Athenae perseveranter obtinueret*. subiungit ille, σκευάζεται δὲ τὸ μετώπιον ἐξ ἐλαίου τοῦ ἀπὸ τῶν πικρῶν καρπῶν. Plin. de metopio, *oleum hoc, est amygdalis amaris expressum in Aegypto*. sed de ejus confectione plura ibi Plinius. causam appellationis explicat Dioscorides. Aegyptiacum enim est vocabulum.

CAPUT DUODECIMUM.

Μεγάλειον unguentum, vel μέγαλλιον. Optimum unguentum quod natat in summo. Differentia inter αλειμμα et χρίσμα. Βάκκαρις et βάκχαρις. Ψυκτήρια πτερά. in ornatu capitis muliebris. Lydorum delicata vita. Λυδοπαθής pro ἡδυπαθής. Βρένδιον μύρον, et βασιλείον. Ψάγδας. Eurolidis Marica. Μεγάλλειον. unguentum.

ΜΕΓΑΛΕΙΟΝ unguentum ob singularem praestantiam, et ut Plinius loquitur, propter gloriam, ita esse dictum quibusdam placebat: quos reprehendunt alii, ab inventore Megallo sic nominatum pertendentes, et scribendum esse μέγαλλιον. antiquissimi tamen Athenaei codices, et hic ἐν μεγαλειῳ, constanter, et alibi quoque non aliter, ut extremo capite dicemus. Galeno, ut norunt qui sunt in ejus scriptis versati, μύρον Αλγύπτιον, Μενδήσιον, et μέγαλειον differunt nihil. Quod ait, non permanfisse gloriam unguentorum iisdem semper locis, neque hoc praetermissum Plinio, cujus adscribam verba: *primum id scire convenit, mutatam auctoritatem, et saepius transiisse gloriam.* Recte mox docti ἐν Κυρήνῃ, non Κερήνῃ. Recte etiam vulgati codices. *μάλιστα δὲ τὸ τήλινον.* Excerpta, *λήτινον*: quo nomine nullum unguentum novimus nos: at telinum et ex ipso nomine, et ex Dioscoride, Plinio aliisque notum. Observatu digna est sequens locutio hujus auctoris, si modo ita scripsit: *ἐν δὲ Περγᾶμῳ πρότερον μὲν ἐξοχή, νῦν δ' οὐ. μυρεψοῦ τινος ἐκπονήσαντος τὸ πικρὸν οὐδενί πω γεγονός, εὐκευάσθη τὸ λιβανώτινον μύρον.* breviter et duriuscule dictum ἐν p. 976. Περγᾶμῳ πρ. ἐξοχή, pro, *fuit cum Pergamus unguentorum laude clareret.* estque hic suspecta librorum fides. quemadmodum et proxima nonnihil turbant, ac videtur deesse aliquid. Fortasse scribendum, *ὃ μυρεψοῦ τινος ἐκπ.* nam his verbis ivit expositum, opinor, Athenaeus, cujus unguenti palma olim penes Pergamenos fuerit. Dalecamp. aliter accipit, et quaedam adjicit, quaedam mutat. non assentior. Sequitur alia observatio, *μύρον δὲ χρηστὸν μύρῳ εὐτελεῖ ἐπιχρῶμενον ἐπιπολῆς μένει.* Un-

guenti eadem quae olei ratio, olei autem quod optimum est in summo natat: quod deterrimum in fundum imum fidit. contrarium fit in melle. causas quaerit Plutarchus, Symposiacorum libro septimo, capite tertio. In Achaei versu lege cum Cantero, *εισαργυρούντες*, et *χρυσμάτων*. Proponitur deinde unguentorum distinctio in *χρίσματα* et *αλείμματα*. nec dubium esse inter ista discrimen statuendum: etsi difficile est auctorem invenire, qui is vocibus non sit usus promiscue. Ne testimonia procul arcessam, scribit paulo post Athenaeus, *μυρίσασθαι* significare *χρίσασθαι αλείμματα*. ita enim ibi, non *χρήσασθαι*, omnes MSS. etiam Epit. nec multo aliter libro duodecimo, *αλείμμασιν ἐγχρίσειν ἑαυτόν*. tamen ut dixi magna differentia est. nam *αλείφασθαι* proprium voluptuariorum et mollium: *χρίσθαι* etiam sobriis interdum et ex virtute viventibus convenit. Clemens Alexandrinus, Paedagogi libro secundo, *διαφέρει δ' ὅλος τὸ μυραλοιφεῖν τοῦ μύρῳ χρίσθαι*. τὸ μὲν γὰρ θηλυδριῶδες· τὸ δὲ χρίσθαι τῷ μύρῳ καὶ λυσιτελεῖ ἕσθ' ὅτα. Emenda monitu Canteri, καὶ ῥόδιον μὲν πρὸς πότον ἐπιτήδειον. sicut statim sequitur de aliis unguentis. Theophrasti locum insequentem confer cum archetypo ipso: nam extat hodieque ille liber. Pro *ἐν δὲ Κύπρῳ καὶ τὸ κρίνον*, corrige ex ipso auctore, καὶ ἡ κύπρος καὶ τὸ πρόκινον. appellat κύπρον cyprinum unguentum, ut *irim*, irinum, *nardum* nardinum pro *φύεται ὀρεινῇ καὶ πολύγονος*. Theophrast. cod. *πολύσμος*. quod magia ad rem facit. In versu primo Antiphanis, scribe ex libro 12. — *λοῦται δ' ἀληθῶς· ἀλλὰ τί;* in testimonio Cephilodori male *μύρον τ' Ἴρινον*. tolle copulam, ut libro duodecimo, et *Ξανθία* non *Ξανθίου*. deinde, *Καὶ τοῖς ποσὶν χωρὶς πρῶ μοι βάκκαριν*. Ὡς λακκόπρωκτε βάκκαριν τοῖς σοῖς ποσὶν. Ἐγὼ πρῶμαι λακκόπρωκτε βάκκαριν. Nomen *βάκκαρις* modo per geminum κ modo per κχ scribunt antiqua exemplaria, et scriptoris huius, et aliorum. In 2. Anaxandridae *Ἐχθὰς μελαγῶπῳ* propter metrum. In ecloga Theopompea Canterus, *αὐτὸν Πέρωνι*, non *αὐτὸν περὶ μύρον*. nihilo tamen minus claudicat versus. Achaei versus scribe sic, auctore eodem eruditissimo viro.

— *Βάκκαρι χρισθέντα καὶ ψυκτηροῖς
πτεροῖς ἀναστήσαντα προσθίαν τρίχα.*

cultum molliorem nescio cuius describit qui haec loquitur. Ait, baccari se ipsum inunxisse, et crines anteriores erexisse, sustulisseque in altum ope crinalis: quod poeta

vocat alas: quia elata coma ab utraque parte capitis
p. 977. speciem alarum non male exhibet. quod et cernimus
hodieque in crinium compositione nobilium foeminarum:
quare etiam alas vulgo censores nostri appellant. Etiam
viros olim *θηλυδρίας* capiti suo crinale aptasse, nullum
dubium. Ovidius libro quinto *Metamorph.* de Atys,

— ornabant aurata monilia collum:

Et madidos myrrha curvum crinale capillos.

qui locus non mediocriter Achaei verba illustrat. At
ψυκτηρίας vocat alas istas, quoniam suscitati crines, ut
loquitur Tertullianus, flabellis similes sunt, quibus ven-
tum facere et frigus captare soliti etiam veteres. Adde
quod hoc modo composita coma, ceu expansum velum,
admisso vento caput potest refrigerare. [Sed viderit acu-
tus lector num sit melius et verius quod Scaligero pla-
cebat *ψακτηρίοις*, per primam vocalem, non per *υ*.
Notum quid sit *ψυκτηρ* vel *ψήκτρα* a *ψήχω* rado. mihi
ea emendatio admodum probaretur, nisi quod minus
videtur id epithetum congruere voci *πτεροίς*, quam non
absurde, opinor, exposuimus.] In primo versu Iouis
scribe *βάκχαριν*. in ultimo *τόπον* potius quam *τρόπον*.
Canteri haec emendatio cui assipulor, et si de voce *πρό-*
πον potest ambigi. *Διαβόητοι*, inquit, *ἐπὶ ἡδυπαθείᾳ οἱ*
Λυδοί· καὶ τὸ παρ' Ἀνακρέοντι Λυδοπαθείης, ἀκούουσιν
ἀντὶ τοῦ ἡδυπαθείης. Aeschylus Septem ad Thebas, *Ἀβρο-*
διαίτων δ' ἔπεται Λυδῶν ὄχλος. ad quem locum scholia-
stes notat, quae retulisse operae sit pretium: *ἀβροδιαίτοι*
ὄντως οἱ Λυδοί· ὅθεν καὶ τὸ παρὰ Ἀνακρέοντι λυδοπαθείης
τινὲς, ἀντὶ τοῦ ἡδυπαθείης. καὶ τὸ περιφερόμενον, Μῆτε
μοι Λυδῶν καρύκας, μηδὲ μαστίγων ψόφους. καὶ ὁ Λυδο-
φώτης δὲ μυροπώλης ταύτην τὴν τρυφήν δηλοῖ. καὶ τὴν
βάκχαριν δὲ ἔνιοι μύρον Λυδῶν ἔφασαν. id est, *re vera*
erant Lydi gens luxuriosa et mollis: unde est apud
Anacreontem Λυδοπαθείης τινες, pro *ἡδυπαθείης*, volup-
tuarii. *vulgo etiam dici solet*, Neque Lydorum condi-
menta mihi contingant, neque flagrorum crepitus. *et*
eiusdem luxus testis est unguentarius qui dicitur poe-
tae quidam, Λυδοφώτης, tanquam frequens in Lydia.
praeterea baccharim nonnulli appellarunt unguentum
Lydorum. Ait, *Βρυσνθίου δὲ μύρου μνημονεύει Φερικράτης*
ἐν Λήροις. Unguenti hujus meminerunt Clemens Alexan-
drinus, Hesychius, Eustath. alii nec causa ulla cur *βε-*
ρυσνθίου hic legere quidam malint. Ait, *Βασιλείου δὲ*
μύρου μνημονεύει Κρ. Plinius, *Regale unguentum ap-*

pellatum, quoniam Parthorum regibus ita temperatur. Ψάγδης unguentum in Hoeschelii Excerptis σάγδα semper vocatur: et ita etiam Athenaeus aliquanto post. accedit Hefychius, σαγδάς εἶδος μύρου, ἢ ψάγδας. ita scriptum eo loco in litera σίγμα. alibi sic, ψάγδας, ψαγδῆς μύρον ποίον. sic in Alexandrino, Clemente, et Galeno. Ait, Εὐπολὶς δ' ἐν μάρῳ καὶ ψάγδαν ἐρυγγάνοντα. Prope superfluum est monere scribendum ἐν Μαρικᾷ. Interpres qui meminisset *Colacas* Eupolidis fabulam aliquoties laudatam fuisse in superioribus: hic quoque id verbum putavit sibi locandum, nulla editae lectionis habita ratione. Atqui *Maricam* quoque docuerat Eupolis adversus Hyperbolum, ut Equites contra Cleonem Aristophanes. Quintilianus, *Apud Eupolim Maricas qui est Hyperbolus, nihil se ex musicis scire nisi literas confitetur.* Mitto sciens et prudens alia Graecorum testimonia, qui fabulae hujus meminerunt quam saepissime. proprie Maricas servile nomen Asiaticum: vide Hefychium. Corruptus est Eubuli versus, Αἰγυπτίῳ ψάδαν ἱτρὶς λελουμένῳ. Canterus faciebat, ψάγδαν ἱτρὶς λ. tamen aliter solent Graeci nomen hoc efferre, ut paulo ante monebamus: sed multum semper iidem in barbaris dictionibus sibi permiserunt. Quid si ita? Αἰγυπτίῳ ψάγδα εἰς τρὶς λελουμ. vel νίτρον λελουμένη. *Aegyptio psagda uncta, et nitro lota.* νίτρον pro manuum lavacro habes libri initio, in vulgari quidem lectione. Claudam caput hoc unde cepit: nam de megalio unguento sequuntur Athenaei verba, ὡς καὶ τὸ μεγαλεῖον· ὀνομάσθη γὰρ καὶ τοῦτο ἀπὸ Μεγάλλου τοῦ Σικελιώτου. οἱ δ' Ἀθηναῖον Φασὶν εἶναι τὸν Μέγαλλον. non est dubitandum quin ita scripserit Athenaeus, quod etiam Eustathius probat. Hefychius tamen eosdem laudans scriptores, Aristophanem videlicet ac Pherecratem, *Metalleum* hoc unguentum vocat, Μετάλλειον, inquit, μύρον Ἀριστοφάνης. Μεταπέμπου νῦν ταῦτα σπουδῇ, καὶ μύρον εὖρημα Μετάλλου. Μέταλλος γὰρ τις Σικελιώτης τὴν τοῦ μεταλλείου μύρου κατασκευὴν εὗρεν. μνημονεύει δὲ καὶ Φερεκράτης ἐν τῇ Περίτῳ. sunt quidem adfines literae τ et γ: sed Hefychium non aliter scripisse literarum series arguit.

CAPUT TERTIUMDECIMUM.

Μίνδαξ, species suffitus, σαλακωνεία quid. Causae canitiei ex sententia Aristotelis. Locus Aristotelis emendatus. αὐότης Attica vox. quaedam alia.

IN Amphidis versu, Ἐπειτ' ἄλε/φειν τῷ μεγαλλίῳ μύρῳ, poetarum more ἄλε/φειν dictum pro ἄλε/φστε. nam fallitur vir doctus qui argumento ejus vocis, sequentem versum corrumpit scribens θυμῶν pro θυμῶν. atqui non ex isto fuit ille emendandus: sed contra exponendus hic ex illo. *Mindax* cujus meminit *Amphis* est θυμῶνα ποιόν, ait *Hesychius*. In iis quae repetuntur nescio quare de sagda iterum corruptus est titulus *Eupolideae* fabulae. nam scribitur, καὶ ἐν Μαρσίᾳ Εὐπολίδος. σάγδα ἐρυγάνοντα, interpres plane patientia nostra abutitur: qui adeo vicinis locis tam diversā pronuntiet. Adeo verum est, erroris multas esse vias, veritatis unicam. *Lepidissimorum* versuum *Alexidis* principium ita scribe:

Οὐ γὰρ ἐμυρίζετ' ἐξ ἀλαβάστρου πρᾶγμα τι
γιγνόμενον αἰεὶ Κρονικόν.

id est, non enim ungebatur ex *alabaastro*, quod vulgo fieri solet, estque id institutum *Saturnium*. definit autem testimonium *Alexidis* in hoc versu, Ἠλεϊφόμην θυόμενος ἰρίῳ μύρῳ. proxime sequentia verba scribe cum doctissimo *Cantero*, πρὸς θεῶν, φίλοι, ποῖα ἡδονή, μᾶλλον δ' οὐ σαλακωνεία, θοιμάτια μολύνεσθαι; *Dalecamp.*

p. 979. si ex *Aristotele* et *Theophrasto* curasset discere quodnam vitium *Graeci* appellent σαλακωνείαν, absurdae interpretationi suae, et ridiculae scripturae quam commentus est, facile veritatem anteposuisset. Est autem σαλακωνεία hoc loco ἀπειροκαλία quaedam et inepta opum ostentatio. *Philosophus* vocat soloecismum hominis divitis, in opum suarum ostentatione decorum non servantis. qualis omnino fuit iste: qui dum magnificus novo genere vult videri, suarum convivarum vestes corrumpit, novum hoc σαλακωνείας edens exemplum. Nimium satagunt, qui in subjecta disputatione de causa cur in computationibus caput madescat unguentis, suspecta habent haec verba. ἵνα μὴ πρὸς τὸ ξηρόν, ταύτῃ δὲ καὶ

πολύκενον, mendii habent suspecta, atque adeo corrigunt; appellat *rem siccam* squalens caput et nullo unquam humore madens. *αὐχμῶσαν κεφαλὴν* modo dicebat. addit autem, *ταύτῃ δὲ καὶ πολύκενον*, id est quodque propterea multum vacui habet. recte et verissime. quis communi saltem sensu praeditus nescit cerebrum ut omnia *σπογγοειδῆ*, siccum angustiore loco capi quam humore plenum et madens? Sensus autem est: cerebri sicci vacuitatem humores pravos ad se trahere *ἐκ τῶν λαμβανόμενων*, id est, ex iis cibis quibus vescimur. Atque hoc probat auctor, argumento *ἐπιβρεγμάτων* quae capiti imponuntur, quando feбри corpus ardet: nam ideo caput madefieri, ne si reperiretur siccum, et ex siccitate multum habens inanis, morbi vis eo faceret impetum. Cum ait, *τὰ παρακείμενα*, intelligit vicinas capitis partes, quas morbi causa obsidet. Dalecampius, *τὰ παρακαίόμενα*, non inepte. Illud ineptissimum, quod *τὰ χρειώδη* mox vertunt *illitus*. et erat tamen digna sententia quam laborarent intelligere. Ait enim *προστιθεῖς δ' ὁ βίος ἀσι* (melius *ἀσι τι*) *τοῖς χρειώδεσι, καὶ τῶν εἰς ἀπόλαυσιν καὶ τρυφὴν ἀγόντων, ἐπὶ τὴν τῶν μύρων χρῆσιν ὤρμησε. adjiciens semper aliquid vita utilibus, etiam eorum quae ad voluptatem et delicias spectant, unguentorum usum instituit.* Addit, *ζητεῖ δ' ὁ πολυμαθέστερος Ἀριστοτέλης ἐν τοῖς Φυσικοῖς προβλήμασιν, διὰ τί οἱ μυρίζομενοι πολιώτεροι.* in eo qui extat hodie *Problematum* libro, haec quaestio non legitur. Adscribemus autem Clementis Alexandrini locum ex eodem philosopho depromptum, ut claret ex ejus comparatione cum Athenaeo. Sic ille *Paedagogi* libro, *αἱ δὲ ἀφραίνουσαι γυναῖκες, βάπτουσαι μὲν τὰς πολιάς, μυρίζουσαι δὲ τὰς τρίχας, πολιώτεραι θάττον γίνονται, διὰ τὰ ἀρώματα ξηραντικὰ ὄντα. διὸ καὶ αὐχρῆρότεροι γίνονται οἱ μυρίζομενοι. ὁ δὲ αὐχμὸς πολιωτέρους ποιεῖ. εἴτε γὰρ αὐανσις τρίχος ἢ πολιά, εἴτε ἐνδοεὶα θερμοῦ, τῆς ξηρότητος τὴν οἰκείαν τῆς τριχὸς ἐκπινούσης τροφὴν τὴν ὑγρὰν καὶ πολιοῦς ἀποτελούσης.* duas affert sententias super canitie causa: alteram eorum qui dicebant ex ariditate eam manare: alteram caussantium defectum caloris naturalis. quam esse veram canitie causam, probat philosophus, de generatione animalium libro quinto, capite 4. Priorum opinionem refellit idem *Historiae animalium* libro tertio, capite p. 980. 11. ubi moneo scribendum, ἥ καὶ δῆλον ὅτι οὐχ αὐότης ἐστὶν ἡ πολιότης ὥσπερ τινὲς Φασιν. vulgo editum, ὅτι

ὁ χαυνότης. nato errore ex prava librariorum distinctione, et incilia eorum qui ignorabant Atticos scribere οὐχ αὐτότης, non ut caeteros οὐκ αὐτότης. Atqui docent nos antiqui magistri proprium Atticis fuisse hunc πνευματισμόν. cuius rei certissimum argumentum in ἀΦαυαντέον. sic enim Attici, non ἀπαυαντέον. Scribe, μύρων Βαβυλωνίων ἔχοντας ἀσκ. Ροθία Cyttherius, est Philoxenus dithyrambicus. Super Iano patre citatur Dracon Corcyraeus, ἐν τῷ Περὶ λίθων. nisi cui placeat περὶ θεῶν, ex ipsa re qua de agitur ducta conjectura. Placet mox Canteri sententia, scribentis, τοῦτον δὲ τὴν ἀδελφὴν γήμαντα Καμίσην, υἱὸν μὲν Αἰθηβα, θυγατέρα δ' Ὀλιστήνην γεννηῖσαι. fieri potest, ut in liberorum Iani nominibus sit mendum: sed quia neque Graeca neque Latina historia Iani stemma et prosapiam nobis descripsit, feramus quod mutare non possumus, nisi temere. Camisem reperio in Catonis Originibus, sed fratrem Iani: non autem Camisen illius uxorem. Catoni assentitur Hyginus ex Protarcho Tralliano, auctore Macrobio, libro primo Saturnal. c. 7. Hactenus de coronis et unguentis: deinceps de convivialibus carminibus tractatur.

CAPUT QUARTUMDECIMUM.

Harmodii melos, *carmen conviviale*. Σκολιά, μέλη παροίνια. θάνατοι ἄωροι. θάνατοι ἔνωροι. ὦρα ἔτους. ὀμφακίαι νεκροί. acerba funera et immatura. Locus 70. interpretum. ἀμάρτιον. πένθος ἄωρον. Ceres ὀμπνία.

ΑΡΜΟΔΙΟΣ θαλεῖτο, καιὰν ἤδετο. Aristophanes Acharnensibus, Οὐδὲ παρ' ἐμοὶ ποτε τὸν Ἀρμόδιον ἄσεται Συγκατακλινείς. Solebant, ut observat ibi scholiastes, in computationibus et conviviis, carmen canere quod vocabant *Harmodii melos*. Ejus principium fuit, Φίλτατε Ἀρμόδιε οὔτι πευ τέθνηκας. paulo post describit Athenaeus id scolium. Scribo, θεῶν Θνητοῖς ἀπάντων χρησιμώτατος πολὺ Ὁ Ζεὺς, ὁ σωτήρ. potius quam χρησιμώτατον. Nihil ista significant, Οὐδὲν μόνης εἰ καί τις θαρρῶν. acute eruditissimus Canterus, οὐδὲν μέλοι σοι, πῖσι θαρρῶν. Nicostrati versum scribe, Ματανιπτρίδα δ' αὐτῷ τῆς ὑγίειας ἔγχεον, ex libro 11. et mox, ὡς οὖν

ποτε νυστάζειν γὰρ αὐτὸς ἄρχομαι. non est ἀρτίπους iste
 versus, ἀπώλεσεν αὐτὴν καὶ κατεπόντωσέ μ' ὄρεας. Can-
 terus ἀπώλεσε ναύτην. finem versus ita scribo, καὶ κα-
 τεπόντωσ' ὡς μ' ὄρεας. deinde, ἐκπλή δέσπας. postea, οἶνον
 τὸν ἐπὶ τῷ δαίπνῳ διδόμενον. et statim Excerpta, ὅπως
 ἐλάχιστον ἢ τὸ πινόμενον. non ὅπερ. in iisdem, Φησὶ
 θεσμίον τεθῆναι. pro eo quod vulgo θεσμός Φησιν ἐτέθη.
 et melius, ut libro secundo. inde corrige ista et scribe,
 προσφέρεσθαι μετὰ τὰ σιτία, πᾶσιν ἀκράτου μόνον ὅσον
 γυνῆμα. Ubi dixit praecipuos scholiorum auctores fuisse
 Alcaeum et Anacreontem, de Sicyonia Praxilla adjicit,
 καὶ Πράξιλλα δ' ἡ Σικυωνία ἐθαυμάζετο ἐπὶ τῇ τῶν σκο-
 λίων ποιήσει, non δὴ. Hujus foeminae μέλη παροιμία lau-
 dant veteres, ut comici interpretes. ea autem sunt scolια:
 nam vulgo grammatici nomen σχολία interpretantur,
 μέλη vel ᾠδὰς παροινίους. Quae de scoliis observantur
 deinceps, conferri possunt cum Hesych. verbis indidem
 petitis. Ajunt dipnosophistae, τριῶν γυνῶν ὄντων ὡς Φη-
 σιν Ἀρτέμων ὁ Κασσανδρεὺς ἐν δευτέρῳ βιβλίῳ χρήσεως
 (suspectus nobis hic titulus) ἐν οἷς τὰ περὶ τὰς συνουσίας
 ἦν ἀδόμενα, ὧν τὸ μὲν πρῶτον ἦν, ὃ δὲ πάντας ἄδειν
 νόμος. etc. Artemon haec erat mutuatus a Dicaearcho,
 cujus sunt verba in libro De agonibus musicis: τρία γένη
 ἦν ᾠδῶν· τὸ μὲν ὑπὸ πάντων ἀδόμενον καθ' ἓνα ἐξῆς.
 τὸ δὲ ὑπὸ πάντων τῶν συνετωτάτων, ὡς ἔτυχε τῇ τάξει,
 ὃ δὲ καλεῖται σχολίον. deest tertium membrum, quod
 apud Athenaeum ex Artemone est secundum: inde potest
 Dicaearchi locus expleri. In descriptione scolii est cur
 lectorem advertat haec locutio καὶ κατὰ τόπον τινα εἰ
 τύχοιεν ὄντες: nam voluit dicere, καὶ καθ' ὅντινα οὖν
 τόπον τύχοιεν ὄντες. tamen in Excerptis quoque eadem
 lectio. ex eo lib. scribendum *τηνικαῦτα γὰρ ἦδη*, non
ταῦτα. Post haec recitantur antiquissima scolια quae-
 dam, prorsus ut dicebat modo auctor, *διὰ τὴν ἀρχαιό-
 τητά καὶ ἀφέλειαν τῶν ποιησάντων* dignissima quae non
 aboleret vetustas. In primo oratur Minerva ut praestet
 civitatem et cives *ἄτερ ἀλγέων τε καὶ στάσεων, καὶ θα-
 νάτων ἁώρων. immunem a calamitatibus, seditionibus,
 et funeribus intempestivis*, mortes *ἄωροι* sunt, cum mo-
 riuntur homines ante naturalem fatorum conditionem,
 ut loquitur Justinus: ut quos publica lues absorbet, aut
 hostilis gladius interimit, aut qui juvenes diem ultimum
 obeunt. Observant prisca grammatici, *πρὸ μόρας* quidem
 μῦθι dici eum qui non defungitur sua morte: *πρὸ ὥρας*

vero qui juvenis obit, inde ἄωροι θάνατοι. sed in optimis Hoefschelii Excerptis legitur ἐνώρων. mortibus quae circa anni tempestates eveniunt. mutationes tempestatum periculosaе sunt, et saepe morborum mortisque causa, ut docet divinus Hippocrates. vel accipe ἐνώρων, quae diebus canicularibus contingere solent. ὥραν ἔτους id tempus vocant Graeci, auctore Galeno in Hippocraticis commentariis, et alibi non semel. Ego non recedam ab edita lectione. ἄωροι θάνατοι, aliter appellabantur ὀμφακταὶ νεκροί, ut Latinis acerba funera vel immatura. Nam, ut ait Julianus Archiepiscopus Toletanus libro primo, tria sunt genera mortis acerba, immatura, naturalis. acerba infantum, immatura juvenum, naturalis senum. Ἀώρους igitur mortes jure deprecatur poeta, et Minervae supplicat ut eas avertat: censebantur enim οὐκ ἀθῆσι hujusmodi casus contingere: sed alicujus deum ira. Quamobrem etiam 70. interpretes librorum sacrorum vocem θῶη quae peccati poenam significat, et ex Aeschilo ἀμάρτιον verti eleganter potest, interpretati sunt πένθος ἄωρον, ut in Proverbiorum Salomonis, capite decimo. Sequitur, Πλούτου μήτηρ, Ὀλυμπίαν ἀείδω Δήμητρα: posset ferri minore litera initiante Ὀλυμπίαν, p.982. coelestem. quia omnes superi ὀλύμπια δώματ' ἔχουσιν, ut ait poeta, sed praestat scribere, Ὀμπνίαν. nam proprium id esse Cereris cognomen auctores Hesychius et Eustathius: ille in vocibus Ὀμπνία, et ὀμπνιος λειμών: hic ad Iliad. β. ψ. ο. ubi tamen Ὀμπνοίαν scriptum. Scrib. τάνδ' ἀμφέπετον πόλιν. de Diana dicitur, ἀ γυναικῶν μόν' ἔχει κράτος, id est, quae in mulieres magnam habet imperium. Scribe Ἴω Πάν Ἀρκαδίας μεδέων κλευνᾶς Ὀρχηστᾶ. Lege δεύτερον δὲ καλὸν Φυὰν γενέσθαι. aut si unam volumus esse dictionem, καλοφυᾶ. sed illud verum. Platonis locus est in Gorgia. Recte Canterus, Καλὸς δὲ πεινῶν ἐστὶν αἰσχροὺς θηρίων. non πίνων.

CAPUT QUINTUMDECIMUM.

Scoliorum argumenta βιωφελῆ. septem sapientum ἀδόμενα. Explicantur aliquot scolia ab Athenaeo recitata.

Verissimum est quod paulo ante dicebatur, scoliorum argumenta fuisse vitae praecepta, quin etiam existima-

mus pleraque illorum facta de septem sapientum dictis et responsis: quae ut probavimus alibi, ἀδόμιστα olim dicta sunt, quia moris erat ea cantare in conviviiis. Exempli gratia, recitatur huiusmodi scolium isto loco,

ἐν γῆς χρη κατιδῶν πλόον,
εἴ τις δύναιτο, καὶ παλάμην ἔχοι·
ἐπεὶ δὲ κ' ἐν πόντῳ γένηται,
τῷ παρόντι τρέχειν ἀνάγκη.

prius dixerat Pittacus, συνετὸν ἔστιν ἀνδρῶν πρὶν γενέσθαι τὰ δυσχερῆ, προνοῆσαι ὅπως μὴ γένηται: ἀνδρείων δὲ γενόμενα εὖ θάσθαι. omnino sapientis huius dictum venusta allegoria expressit scolii auctor. nam ad verbum hoc ait poeta, *e terra oportet navigationem prospicere, si quis possit et facultatem habeat: sed ubi semel in mari fueris, praesenti vento currere necesse est.* Sensus est sapientem virum quoad ejus fieri possit, non debere se periculis navigationis committere. caeterum ubi semel navem conscenderis vento qui se offerat utendum esse aequo animo, et mutata velificatione, κατὰ δεύτερον πλοῦν tendendum esse ad portum. quid sibi velit haec allegoria, non est obscurum. Sic etiam sequentibus scoliis βιωφελῆ praeepta varia continentur separatim exponenda: quod non animadvertens Dalecampius mire omnia perturbavit. Primum praeeptum est, χάλα τὸν ὄφιν λαβών. sic emendamus editam a Cantero lectionem χαλα. in Epitom. χηλῇ depravatissime. Verte, *laxa manum serpente prehenso.* allegorice monemur, si quando cum homine improbo amicitiam contraxerimus, ut statim eam dissolvamus. Subjicitur praeeptum alterum, εὐθέα χρη τὸν ἐταῖρον μὴ σκολιὰ φρονεῖν. Ita emendavit Canterus veterem lectionem quam profert. Nos in MS. exemplari ita offendimus εὐθὺν χρη τὸν ἐταῖρον ἐν μὲν, καὶ μὴ σκολιὰ φρονεῖν. quae lectio ferri potest, si pro ἐν μὲν scribas ἔμμεν. sed in Excerptis paulo aliter, εὐθέα χρη τὸν ἐταῖρον ἔμμεν fortasse pro νέμειν sensus eodem reddit. Aliud scolium.

ἐν μύρτου κλαδί τὸ ξίφος φερῆσω,
ὥσπερ Ἀρμόδιος καὶ Ἀριστογείτων,
ὅτε τὸν τύραννον ἐκαινέτην,
ἰσυνόμους τ' Ἀθήνας ἐποίησάτην.

p. 985.

monet scolii poeta, prudentia et astu interdum esse utendum, sicut factum ab Harmodio et Aristogitone. Prima verba quae proverbii speciem habent, sic inter-

pretantur veteres: ὅτι Ἀρμόδιος καὶ Ἀριστογείτων ἐν μύρτοις βίψαντες τὸ ξίφος, Ἰππαρχὸν τὸν τύραννον ἀπέπτειναν. Alius scolii principium est in illis Φίλτατε Ἀρμόδιε, ut jam ante monuimus, item in illis, Ἀδμήτου λόγον ᾧ ταῖρε, nec non in istis, Παῖ Τελαμαῶνος. In eo scolio quod incipit Ἀδμήτου λ. opponuntur ἀγαθοὶ et δειλοὶ, non eo sensu quo putarunt interpretes: sed ut boni et mali. nam illa accipienda vox δειλοὶ, ut in aureo Pythagorae carmine, et apud vetustissimos auctores. In Παῖ Τελαμ. perperam scriptum, de Ajace, ἄριστον εἰλθεῖν Δαναῶν καὶ Ἀχιλλέα. melius apud Eustathium μετ' Ἀχιλλέα. Alcaeus in Antispastico versu qui apud Hephaestionem. Κρονίδα βασιλῆος γένος Ἄλαν, τὸν ἄριστον πᾶδ' Ἀχιλλέα. sic olim eum locum emendavimus. πῆδα Dorice pro μετά. Ergo etiam paulo post scribendum μετ' Ἀχιλλέα. Placet Canteri emendatio, scribentis, σύν μοι πῖνε, συνήβα, συνέρα, σ. Scrib. οἶον πατέρων κύρησαν. In Hybriæ Cretenfis carmine: quod scolium esse censuerunt quidam, negarunt alii, vocem τούτῳ aliquoties repetitam non intellexerunt qui vertere cum hoc. nam Hybrias voluit, *per hunc*, clypeum, id est, virtute mea et robore omnia mihi ipsi suppedito. τούτῳ ἄρῳ, inquit: non multo aliter Theocritus de piscatore, τὰ δὲ δίκτυα κείνῳ ἄροτρα. ait Hybrias, τούτῳ δεσπότης μνοῖας κέκλημαι. *hujus ope herus familiae audio*, id est sum. nam καλεῖσθαι pro εἶναι usurpabant, ut alibi dicebamus. μνοῖα Creticum vocabulum est, de quo libro sexto. pergit miles hic gloriosus, et imbelles, ait, qui arma tractare nesciunt, πάντες γόνυ πεπτηότες ἐμὸν κυνέοντι δεσπότην, καὶ μέγαν βασιλέα φωνέοντι: *omnes inclinati genu meum osculantes, herum et magnum regem me vocant*. Subditorum mos, genu osculari, non manum, non frontem, nec faciem. sed non displicet vetus conjectura nostra: πάντες ποτὶ γόνυ πεπτηότες ἐμὸν, ἐμὲ κυνέοντι δεσπότην. *omnes ad genu mihi accipientes, me pro hero adorant*. nec multo aliter scriptum postea apud Eustathium reperimus. πάντες γόνυ πεπτηότες ἐμοὶ κυνέοντι δεσπότην. id est, προσκυνοῦσι. Atque haec satis ad ea quae de scoliis scripta sunt Athenaeo. Id genus poeseos, sicut ante dictum, maxima ex parte fuisse βιωφελές, et ad vitam recte instituendam pertinuisse, etiam Timocreonis scolinum arguit: quod ab auctore praetermissum, adtexemus nos isto loco. Sic igitur Timocreon de contemptu divitiarum:

Ὡφελος ὃ τυφλὸ Πλοῦτα,
 μήτ' ἐν γῇ, μήτ' ἐν θαλάττῃ,
 μήτ' ἐν ἡπείρῳ φανήμεναι.
 ἀλλὰ τάρταρόν γε ναίειν κ' Ἀχέροντα
 διὰ σέ γάρ πάντ' ἐν ἀνθρώποις κακὰ.

p. 984.

CAPUT SEXTUMDECIMUM.

De natura paeorum quaedam. Georgus sive Gorgon, antiquus scriptor. ποιητῆς τῶν λεγομένων κολάβρων, κολαβερίζειν. chorus συρβηναιῶν. σύρβη. Eunidae familia sacra Athenis. Hegemonis Thasii parodia multis locis illustrata.

ΔΗΜΟΦΙΛΟΣ εἰς αἰδῶ τε παρασκευασθεῖς ὑπ' Εὐρυμέδοντος. Dele superfluum voculam τε. Ait, Eurymedontem in caput Aristotelis Demophilum subornasse εἰς αἰδῶ, id est, ut accusatori major praestaretur honos et reverentia.

Apparet Demophilum inter suos cives magna fuisse auctoritate. σαφῶς ὁμολογοῦντος τοῦ γεγραφότος, τετελ. duobus argumentis probat Aristotelem cum hoc carmen aureolum fecit, de scribendo paeane nihil quicquam cogitasse. Prior ratio est huiusmodi. fatetur Aristoteles disertim, eum quem laudat mortem obiisse: quod Deo non convenit cui proprius paeon. non igitur paeonem scribere voluit. altera est haec: omnis paeon habet acclamationem paeanicam ἴσι παιῶν ἴσι: carmen Aristotelis nullam habet: ergo paeon dici non potest. Priori argumento responderi possit, quod etiam Castori et Polluci canebatur paeon: quos e terris in coelos transcendisse, et mortem obiisse, omnes sciunt. Xenophon, Παιδαλας libro tertio, ἐπεὶ ἦκε τὸ σύνθημα, ἐξῆρχε Διοσκουροῖς παιῶνα τὸν νομιζόμενον.

Γεωργὸς ἐν τῷ Περὶ τῶν ἐν Ῥόδῳ θυσιαῶν. Hesychio nominatur quidam Γόργων ἐν τῷ Περὶ θυσιαῶν. qui an hic sit quem Athenaeus laudat, doctorum esto arbitrium. Locus est in voce καταβριπίτης.

ὡς θνητῷ μνήμα κατασκευάζον. Legendum κατασκευάζεν, ut conveniat cum sequente verbo ἐκοσμήσατο. aut ibi scribendum ἐκοσμησάμην.

μετὰ τῶν τοὺς κολάβρους καλουμένους συντιθέντων. et statim, ποιητῆς τῶν καλουμένων κολάβρων. quae de colabris eruditissimus vir Lilius Gyraldus scripsit, vero sunt aliena et

ἀπροσδιόνυσα. nos ex antiquorum scriptis tantum didicimus, Κολαβρίζειν Graecis est σκιρτᾶν, lascive saltare. inde genus saltationis petulantis et lascivae, κολαβρισμὸς est dictus; cantiones quas inter colabrissandum cantabant, κόλαβροι vocabantur. parum honestas, et spurcificas eas fuisse clarum nimis ex Athenaei hoc loco. Julius Pollux colabrium affinem pyrrhichae saltationi facit, Thracum et Carum inventum. Vocem κόλαβροι quomodo hic capitur, pro obsceno et inhonesto carmine, non temere alibi legas quam hoc loco et simili alio libri quarti, si per impuros librarios licuisset. Ita ibi scribitur in omnibus codicibus, ὑπὸ τῆς ἐμφύτου γαστριμαργίας καὶ ἡδύλογας κολάρους ἀναγινώσκει, καὶ μέλη παρὰυλά, καὶ ἀκρότητα, κύμβαλα. Frustra quaesieris quid p. 985. vocet κολάρους sophista coenarum. Neque eruditissimo Turnebo facile assentior κοβάλους emendenti. Legendum profecto κολάβρους. ἢ καὶ ὀλίγον σου πεφροντισμέναι κύον ἀδδεῖς. postrema sunt poëtae: cuius est versus, Πῶς δὲ σὺ νῦν μέμονας κύον ἀδδεῖς ἀντὶ ἐμαῖο; ἔρχομαι σοι λέξων τὰν Συρβηναίων χορὸν ὅστις ἐστίν. Accedit tandem ad solvendam initio libri quaestionem. Et si autem constanter συρβηναίων. scriptum in Athenaeo ubique offendimus, verius tamen scriberetur συρβηνέων, quemadmodum legitur apud Graecos paroemiographos. σύρβη, idem ac τύρβη, strepitus, tumultus, et confusio. σ et τ literas passim commutari invicem quis ignorat? grammaticis tamen lubet esse subtilibus, et vocis hujus originem aliunde rimari. Athenaeus sub libri hujus principium, et proverbii usum ostendit, et originem veram, cum dixit de Cynulco: ἐπεὶ θόρυβος κατεῖχε τὸ αὐμπόσιον, ἔφη, τίς οὗτος ὁ τῶν συρβηναίων χορὸς; chorus syrbenaeorum, est turba hominum ἀτακτούντων, et temere tumultuantium. σύρβη, sive τύρβη, est idem ac θόρυβος. Xenophon, ἡ τύρβη τῶν ἀγοραίων. καὶ αἱ τούτων φωναὶ καὶ ἀπειροκαλαίαι. [Sic ἡ ποιητικὴ τύρβη apud Plutarchum in libro Quod nulla sit vita suavis ex praecceptis Epic. Κλέαρχος ὃ λῆσσε ἐν δευτέρῳ Περὶ παιδείας. Clearchei operis hujusce meminit Hesychius in Μανέρως. Ἔστι δὲ τις Κλεόνικος ὃν ἀθάνατον λάχε ἡἷρας. Scribe, ὅς. omnes autem hi versus ex Homericis leviter sunt immutati. καὶ ὅστις, ἡδέως ἔφη τῶν ἐπῶν, ὃ καλέ μου ἑταῖρα. Locus mutilus et aliquot verbis defectus. Scribo, servatis editae lectionis vestigiis, καὶ ὅς, τίς ἢ παρωδία, ἔφη τῶν ἐπῶν, ὃ καλέ

μου ἐστ. καὶ Κρατῖνος ἐν Εὐνοῖδαις. alibi Εὐνεῖδαις. Ut Cerycum familia fuit Athenis, sic et Eunidarum. illi sacrorum administri erant, hi citharoedi ab antiquo. plura de istis Hesychius. Similis fuit apud Milesios *Eunagelidarum* sacra familia: cujus originem explicat Conon apud Photium; narratione 44. Porro inter Cratini dramata *Eunidae* excellebant. cujus fabulae lectione sic delectatum ferunt Alexandrum M. ut post ejus mortem ad ipsius caput is liber fuerit inventus. Ptolemaeus τοῦ Ἡφαιστῖωνος libro quinto, τοὺς Εὐνεῖδας Κρατῖνου πρὸς τῇ Ἀλεξάνδρου τοῦ βασιλέως Μακεδόνων τελευτήσαντος πεφασμένῃ φασὶν εὐρεθῆναι. Ἐς δὲ Θάσον μ' ἐλθόντα μετ. Describit poeta his versibus quomodo exceptus fuerit a popularibus suis Thasiis, cum longo, ut videtur, intervallo repetita patria, versus suos in theatro recitare institueret. Legunt autem MSS. μεταωρίζοντες ἐβαλλον Πολλοῖσι σπελέθοισι: non μετωρίζοντες, neque σπέλθοισιν, ut legebatur prius. sed in aliis membranis, et in optimis quoque Excerptis, est λίθοισι. ut legi queat, πολλοῖσιν τε λίθοισιν. Ait Thasios florum loco, qui in eos soliti olim conjici, quorum placebat ἡ δαίρις, lapidibus se petiisse, ceu aliquem rabiosum canem. plura de hoc more libro decimotertio et alibi. Altera lectio finum p. 986. fuisse in Hegemonem conjectum significat: nam et finum et lutum, et id genus alia contumeliae causa jaciebant, ut ad Suetonium lib. 8. notamus. Vox μεταωρίζοντες, etsi commodam interpretationem non respuit, non penitus tamen suspicione mendii caret. Sunt et alia quae mendosa qua obscura in hac parodia: quae breviter attingemus. Versu 3. τίς σ' ἀνέπεισεν Εἰς καλὴν κρητίδα, ποσσὶν τοιοῦτόν' ἀναβῆναι. quis te impulit pulchras adeo crepidas talibus pedibus inducere? Sermo est allegoricus: nam sensus est, quis σ' inepte, imperite et opice te impulit, ut ad poëticam repente animum appelleres? Quinto versu, μικρὸν μετὰ τοῦτ' ἔπος εἶπον. non est anastrophe, ut putavit Dalecampius pro μετὰ μικρὸν: sed est tmesis familiaris Homero, cujus verbis loquitur, pro μικρὸν τοῦτ' ἔπος μεταῖπον. Sexto, Μνημ' ἀνέπεισε γέρ. Non dubitandum censeo, quin τὸ μνημα alterius vocis locum occupet. illa vero quatenus sit quaestionis est. an legendum, Μοῦσ' ἀνέπεισε. an potius, Πεῖν' ἀνέπεισε γ. vel Πείνα μ' ἔπεισε. fames fecit me versificatorem: et ut ait satyricus, *Magister artis ingenii lartigator, Venter, negatas artifex sequi voces.* 8. Ἐς κόυ.

ρων βδελυρῶν. Epitome, Εὐκούρων. Legebamus, Ἐς χά-
 ραν vel χῶρον. 10. Οὗς καὶ ἐγὼ μετὰ τοῖσι τὰ χρητῶν
 ἐπέθην. Fortasse, μετὰ τοῖσιν ἀχρητῶν ἐπέθην. huic
 studio, ait, animum adjeci factus jam ἀχρηστὸς, et ad
 alia omnia inutilis. 12. Μηδὲν ποιμαίνων κλυτὸν ἄργυ-
 ρον ἐγγυαλίζω. Tenebrae magnae isto loco. Quantum ex
 sequentibus verbis possumus colligere male apud suos
 Thasios audiebat Hegemon, ob crebras peregrinationes,
 et uxoris totiusque rei suae contemptum. Mulieres in
 primis cum ipso expostulabant, egestatis non ignarae,
 qua absente Hegemone, ipsius uxor premebatur. Ut igitur
 calumniandi sui ansam praecidat, pollicetur se omnem
 pecuniam quam cogere potuerit, in patriam delaturum,
 uxoriq̃ue traditurum, fide bona. Lego, Μηδὲν πημαίνων.
 14. Πισσομένης ἀλόχου τὸν Ἀχαικὸν ἄρτον ἐν οἴκοις.
 Verius censeo, Πισσομένης. Dalecampius Γαυσαμένης,
 non male. quid appellet Achaicum panem, imo vero an
 ita scripserit, non facile dixerim. Scimus ἀχάιναν inter
 panum genera fuisse, docente Athenaeo libro tertio. Sed
 quamvis concederetur ἀχάινον posse hic legi, tamen ea
 vox isti loco non convenit. Vilis enim et sordidus panis
 Hegemoni describitur: non is qui apud Delios *achaïnas*
 dicebatur. Sed fieri potest, ut per *achainum* panem in-
 telligat poëta vile aliquod placentaе genus. nam quod
 sequente versu scriptum est, μικρὸν τηροῦντας ἰδοῦσα,
 mendosum existimamus, scribimusque μικρὸν τηροῦντ'
 δειδοῦσα. Sententia, nisi fallor, est hujusmodi. Matronae
 Thasiae cum uxorem meam vident ipsam sibi placen-
 tulas parantem, iisque tenuiter vescentem, esse me ipsi
 iniquum clamitant: qui pereгри luculentum faciens que-
 p. 987. ritum, misere ipsam victitare cogam. 16. Ὡς Φιλῶν
 ὄρμην παρ' Ἀθηναίοισιν αἰίσας, Πεντήκοντ' ἔλαβεν δρα-
 χμάς. Si recte scribitur ἔλαβεν, non possumus haec ali-
 ter interpretari quam ut sit Φιλῶν proprium viri nomen.
 poëtae nimirum cujusdam, qui in Attico theatro carmen
 recitaverat Ὀρμὴν inscriptum, et cum placuisset, prae-
 mium drachmarum quinquaginta erat consecutus. Vide-
 tur poëta narrare quomodo et quam ob causam factus
 sit poëta. Ego, inquit, dum alio vitae genere uterer,
 nec aere gravis unquam domum redirem, ignaviae ar-
 cessebar a Thasiis matronis, conjugis meae egestatem
 iniquo animo ferentibus. atque illae mihi Philonem quen-
 dam, (Thasium, opinor, et ipsum) objiciebant: qui ex
 recitatione suorum versuum rem Athenis strenue faciebat:

cum tu, o Hegemon, ajebant illae paucillulum modo tuam uxorem adjuves. His vocibus impulsam se ait Hegemon, ut repente sic prodiret poëta, accedente praesertim Minervae cohortatione, quam sequentibus versibus commemorat. Haec ita exponimus, servata scriptura vulgari ἔλαβεν. sed visum aliquando nobis scribendum, Πεντήκοντ' ἔλαβες, οὐ δὲ μικρὸν ἐπέμψω. mentem ante exposuimus. verba sunt mulierum Thasiarum, cum Hegemone exposulantium, quod multa Athenis lucratus, paucula solum uxori mitteret. Illa verba, Φιλίων ὄρμη, argumentum continent alicujus carminis ab Hégemone compositi, et magna cum voluptate caveae totius recitati. Fortasse *Gigantomachiam* intelligit; quod Hegemonis carmen quod est commissum Athenis, miros plausus tulit, ut libro nono dictum est. Φιλίων aut Φίλων ὄρμη, *oenjuratorum impetus*. Vel eo carmine Sacra Thebanorum cohors laudabatur, ex amantibus conflata: et aliquot fortia facta illorum narrabantur. Scio *Phaëtiann* comoediam ab Hegemone fuisse editam: quam tamen vix putem hic intelligi. 20. Δεινὰ παθοῦσα Φακῇ βέλυσά, χαρσεῖς τὸν ἀγῶνα. Legandum ut in Excerptis, χώρ' εἰς τὸν ἀγῶνα. vel, quia diphthongus illa temere elidi non solet, χώρ' εἰς τὸν ἀγῶνα. *Gravia passa, Phace infrunita descende in certamen*. Hortatur Minerva Hegemonem, ut ad poëticae studium se applicet, et recitationes καὶ ἀπιδείξεις carminum suorum compendii sui gratia instituat. 21. Καὶ τότε θάρσασα καὶ ἦσιν πολὺ μᾶλλον. de se poëta loquitur. genus foemineum ferri potest: quia Hegemoni cognomen adhaesit *Phace*. sic in praecedente versu, hic tamen scribendum censeo:

Καὶ τότε δὴ θάρσασα, καὶ ἦσιν πολὺ μᾶλλον.

CAPUT SEPTIMUMDECIMUM.

Alexandri Aetoli versus corruptissimi et obscurissimi qua emendantur, qua illustrantur.

Quo propius ad finem accedimus eo majores difficultates p. 988. impetum nostrum remorantur. De parodis poëtis agens Athenaeus, observat Siculos olim genus hoc poëseos magni fecisse. avertit in eam rem elegiacos versus Alexandri Aetoli tragici poëtae: in quibus omnia sic mendis deformata sunt, ut magnis censoribus, qui ante nos in

Casaub. Anim. in Athen. T. III.

S

hac parte operam posuerunt, animus defuerit eorum emendationem aggrediendi. Interpretibus animi plus fuisse, quam peritiae τῆς ἀληθινῆς κριτικῆς, non negaverint idonei harum rerum iudices. Eorum exemplo periclitabimur etiam nos ingenii vires in his quoque versibus. Primum distichum sic habet in libris omnibus: nam manuscripti, ut saepe alibi produnt nos in hac parte:

Ὡς Ἀγαθόκληιος λασιαὶ Φρένες ἤλασαν ἔξω
πατρίδος. ἀρχαίων ἦν ὃδ' ἀνὴρ προγόνων.

non male Dalecamp. mutata distinctione post πατρίδος, scribebāt, Ὁν δ' Ἀγαθόκληιοι. ille quem patria extorem fecit Agathocles, talis erat. Nobis videbatur poëta Agathoclis cujusdam hieronicae reditum in patriam describere, post partem in sacris ludis coronam. quare ὡς scribebamus, pro οὕτως, et ἔσω non ἔξω. Notum est qua magnificentia a suis civibus exciperentur hieronicae, cum recens quaesitam palmam patriae suae inferrent. speciem triumphi habuit istorum in urbem introitus, ut testatur etiam M. Tullius. ipsi εἰσέλασιν vocabant. et ita hic interpretor ἤλασαν ἔσω. hoc est εἰσήλασαν. ut apud Artemidorum lib. 1. cap. 58. εἰσελαύνειν εἰς πόλιν ἀγαθὸν ἀθλητῆν. ἱερουλῆς γὰρ ἔσται. Deinde ait poëta:

Εἰδὼς ἐκ νεότητος αἰεὶ ξείνοισιν ὁμίλειν
ξείνος. Μιμνέρμου δαὶ σε πόσα κρονίων.

priore versu laudat Agathoclem, quod diu multumque peregrinatus, quomodo agendum esset cum peregrinis, et jura omnia hospitalia, probe calleret: posterior portentofo depravatus, luxatusque in suos artus ita restituentus est. Μιμνέρμου δ' εἰς ἄκρον ἄκρον ἰών. si usquam alibi hic certe sedit nobis Critice, cum absque ulla illius literae immutatione pulcherrimum loquendi genus cum sententia optima restitimus. Quis non legit apud Graecos, εἰς ἄκρον ἰέναι σοφίας? Ita hic dicitur Agathocles εἰς ἄκρον ἰών ἔπος Μιμνέρμου, id est, calluisse eximie poësim Mimnermi, sive, poëseos id genus in quo excelluit Mimnermus. quorsum hoc pertineat, explicat statim, subjiciens, Παιδομανεῖν σὺν ἔρωτι πότῃς ἴσοις. significat Agathoclem assidua Mimnermi lectione talem evasisse, qualem fuisse Mimnermum ipsius arguit poësis, Veneris nimirum et Bacchi juxta magnum cultorem. De ingenio ejus poëtae nemo expectat, pluribus hic agam: res enim vulgo nota. Est vero elegantissima locutio, M. εἰς ἄκρον ἄκρον ἰών. pro εἰς ἄκρον ἐπέων. nam ita dicendum potius fuit, si per metri legem licuisset. Tertium distichum ita scribunt et membranae et vulgares editiones:

Παιδομανεῖ σὺν ἔρωτί πότην. ἴσον ἔγραφε δ' ὦν p.989.
 ἥρεῦς † παρ' Ὀμηρείην ἀγλαίην ἐπέων.

primum scribe, πότης ἴσος, quod jam exposuimus. deinde iterum male distractas syllabas connecte, et scribe, ἔγραφε δ' ὦν ἥρ Καὶ παρ' Ὀμῆρ. tam plana sententia, quam certa emendatio. Sequuntur mera monstra, quibus debellandis ne Aristarchus quidem, opinor, sufficiat:

Πισσυγάσῃ Φαρᾶσαν αἰδέας, ἣ τίνα χλούνην

Φλοῖαν ἀθήρη σὺν κακοδαιμονίῃ.

prioris versus Chironem ulcus ne attingendum quidem duximus. posterior ita fortasse sanandus: Φλοῖαν ἀταρτηρή. σ. κ. vocem Φλοῖαξ five Φλύαξ non semel exposuimus in superioribus. Postremo ait:

Τοῖα Συρηκοσίοις καὶ ἔχων χάριν, ὥς δὲ Βοιωτοῦς

ἐκλυεν, Εὐβοίᾳ τέρψεται οὐδ' ὀλίγον.

Lego, Τοῖα Συρηκοσίοισιν ἔχων χάριν· ἣν δὲ Βοιωτοῦ ἔκ. Boeotus et Euboeus nobiles parodiographi poëtae fuerunt, ut paulo ante docuit nos Athenaeus. Atque ego demiror eruditum interpretem aliorum haec traxisse, contra perspicuam Athenaei et ipsius poëtae mentem, sed virum doctum corrupta lectio decepit Βοιωτοῦς pro Βοιωτοῦ. Καὶ ταῦτα μὲν ταύτη. Transeamus ad sermonem de lucernis et facibus.

CAPUT DUODEVIGESIMUM.

Λυχνίον, λυχνεῖον, λυχνία, λυχνεύς. λοφνία, et λοφνίς. ἐλάνη five σελάνη. Φανοί, λαμπάδες, λυχνοῦχοι. δέλετρον. νέοι νυκτερεύοντες. γράβια. Alexidis Midon, five Medon. Alexandridae Ὑβρις ἢ Κόνδυλος. πανός. Eustathii error μνημονικός. Aceti potus. Philipridae Συμπλέουσαι.

Ο ΜΕΝ τις ἔλεγε, Παῖ, λυχνεῖον, οἱ δὲ λυχνέα. Eustathius scribit ex hoc loco λυχνίον. et ita Pollux, Hesychius, alii. nostri codices λυχνεῖον. λυχνίον autem et λυχνία proprie vas ipsum notant, cui oleum infunditur, et ellychnium aptatur: aut candelabrum cui lucerna imponitur, vel appenditur. Diphilus, ἅπαντες λύχρον λυχνεῖον ἐζητοῦμεν. Accensa lucerna quaerebamus candelabrum. Sic etiam interpretor in Aristophanis loco paullo post relato. — τῶν ἀκοντίων Συνδοῦντας ὁρᾷ

τρία λυχναία χράμεθα. intelligo enim, surrecta et in lummo colligata jacula tria candelabri vicem praestitisse. At Eustathius cepit longe aliter: quasi tria jacula simul juncta vinctaque facis usum praebuerint. τὴν ἐκ ξύλων τετραμμένων, inquit, σύνθεσιν τοῦ εἴτε Φανοῦ εἴτε λυχνοῦ, δηλοῖ Φασὶ καὶ Ἀριστοφάνης ἐν τῷ, τῶν ἀκοντίων Συνδοῦντες ὁρᾷ τρία, λυχναία χράμεθα. Notemus etiam vocem λυχναίος usurpatam fuisse pro λυχνος aut λυχνιον. nam vulgo lapidis pellucidi genus quoddam ita vocabant. Equidem nullius scriptoris memini, qui eo vocabulo ita sit usus. Quid quod veterum grammaticorum ne unus quidem est, qui hanc significationem nominis λυχναίος p. 990. observarit? non Pollux, qui περὶ λέχνου, et de vocibus eo spectantibus fusa scripsit libro decimo, cap. 26. non Eustathius, qui ad septimam Odysseam, hanc totam Athenaei disputationem, more suo, in pauca contraxit. An igitur scribemus, οἱ δὲ λυχνίαν? ut sit mens auctoris: e convivis alios veteri voce λυχνιον usos esse, alios recentiore, et quae in usu tum fuit, λυχναία. Satis constat inter has dictiones non aliud fuisse discrimen. Additur, ὁ δὲ λοφνίαν· οὕτω καλεῖσθαι Φάσκων τὴν ἐκ Φλοιοῦ λαμπάδα. Usitatus est λοφνίς, cujus πρωτότυπον est ἡ λοφνία ait Eustathius. sic λοφίσκη dicitur et λοφίς. Originem vocis explicant varie. non displicet quod ajunt nonnulli. λοφνίς et λοφνία, quasi λιοφάνης dicta per Aeolicam syncopen, ἢ λιβαν Φαίνουσα. Sequitur, ἄλλος δὲ ἐλάνην, ὁ δὲ τις ἐλάνας. Utraque vox aspero spiritu notanda, ut apud Eustathium. Fuere qui aspirationis loco sibilum usurparent (ut in multis aliis dictionibus) et faces vocarent σελάνας. Hesychius, σέλαιναί, λαμπάδες. scribo σέλαναι. Dictae autem σελάναι, inquit auctor, παρὰ τὴν ἑλλην. addit Eustathius explicandi gratia, ἥτις ἐστὶν εἰλή, ἀφ' ἧς πολλὰ γίνονται. ὦν καὶ τὸ θειλόπεδον. Silenum veterem Glossarum scriptorem, veluti aspernans vocat γλωσσοράφον, aut certe γλωσσοβράφον. Refert autem ex eo, Ἀθηναίους λέγειν τὰς λαμπάδας Φανούς. Veteres Athenienses appellabant Φανούς quas vulgus Graecorum λαμπάδας. hoc etiam Pollux innuit. At posterior aetas Φανούς nuncupavit, quos Athenienses λυχνούχους, et M. Tullius etiam, eumque secutus Suetonius, *lychniophoros*. testes sunt grammatici. Sed et Artemidorus varium hujus usum obscure innuit, scribens libro quinto, Ἐδοξέ τις τὸν δοῦλον αὐτοῦ Φανὸν γογγύειναι, τοῦτον ὕπερ λαμπτήρα καλοῦσι. nam qui sciret

